SYLLOGE

GENERUM SPECIERUMQUE

CRYPTOGAMARUM

QUAS IN VARIIS OPERIBUS DESCRIPTAS ICONIBUSQUE ILLUSTRATAS,
NUNC AD DIAGNOSIM REDUCTAS, NONNULLASQUE NOVAS INTERJECTAS,
ORDINE SYSTEMATICO DISPOSUIT

J. F. Cam. MONTAGNE, D. M.

Academiæ Scientiarum Instituti Imperialis Gallici
Societatumque Imper. Agriculturæ et Botanices Socius;
Acad. Cæsar. Leopold.-Carol. Natur. Curios. et Societ. Linnæan. Londin. Socius externus;
Reg. Acad. Agrar. Taurin. Academicus liber; Societ. Philomat. et Biolog. Parisiens.,
Physic. et Hist. natur. Genevens., Reg. Instit. ad incitam. Scient. natur.
et Acad. Pontaniamæ Neapol. Membrum honorarium;
Acad. Reg. Scientiar. Neapol., Taurin., Œconom. Florent., Soc. Linn. Lugdun.
et Burdigalensis nec non Soc. Imp. Scient. natur. Cæsaroburg. litteris conjunctus;
Ord. Imper. Legion. Honorariæ et Ord. Siciliar. Equos.

Qui quo destinavit pervenire vult, unam
sequatur viam, non per multas vagetur.
Non ire istud, sed errare est.
(Seneca, *Epist.* XLV.)

PARISIIS,

SUMPTIBUS J.-B. BAILLIÈRE,

BIBLIOPOLÆ ACADEMIÆ IMPERIALIS MEDICINÆ,
VIA VULGO DICTA HAUTEFEUILLE, 19.
LONDINI, H. BAILLIERE, 219, REGENT STREET.

M DCCC LVI

VIRIS CELEBERRIMIS

ACADEMIÆ SCIENTIARUM INSTITUTI IMPERIALIS GALLICI SOCIIS,

ADOLPHO **BRONGNIART**,

PETR. ARM. **DUFRÉNOY**,

PETR. FRANC. OL. **RAYER**,

Hunccc libellum,
grati et redamantis animi pignus,

D. D. D.

AUCTOR.

PRÆFATIO.

Rem multum diuque perpendenti mihi fuit persuasissimum fore, ut aliquid commodi botanicis in difficili plantarum cryptogamarum investigatione versatis suppeditarem, si plantas omnes cellulares a me per vicennium et quod excurrit publici juris factas et pluribus in operibus rarioribus dispersas, compendiose colligendi systematiceque disponendi curam haberem.

Quum enim horum librorum nonnulli, ut Floræ extra-europeæ, Itinera circum orbem terrarum publico sumptu peracta, etc., etc., in quibus symbolas conscripsi novarum specierum exoticarum quamplurimas, seu in bibliothecas regias privatasque pariter difficiles aditu relegati, seu impenso nimioque pretio comparandi sunt, evenit ut plerique omnes micrographi solis opibus familiaribus vix sibi eosdem acquirere queant, et ideo symbolæ ipsæ illis hucusque latuisse videantur.

Quæ quum ita sint, amicis ad id suadentibus incitatus, hanc Syllogen scribere tandem statui. In quo proposito susceptoque consilio perstare me monuit et enixe hortatus est in litteris Prid. novembris MDCCCXLIX amicissimus Elias Friesius, summus botanicus. Expedit ipsa verba illustrissimi viri huc afferre et exscribere :

« Observationes fragmentitias edere nolui, priusquam *hæc* » in opus universale redigere liceat. Vix vitari possumus ut » variæ symbolæ dispersæ prætervideantur, et te igitur enixe » rogamus velis edere systematicum indicem omnium eximia-

» rum tuarum symbolarum variis locis dispersarum. Sæpe » memini plantam a te descriptam, at multum temporis perdo » inquirendo locum, quo descripta sit. Quamdiu enim in perenni » litterato commercio occupati sumus, citantur et laudantur » symbolæ nostræ, at, illo neglecto, imo vero post obitum » omnes student modo ut eas vituperent. Expertus novi..... »

Sed jam ad rationem methodi in hoc libello conscribendo usurpatæ accedens, contextum ejus ordinemque paucis exponam.

Quisque sibi facillime persuadebit, qui finem instituti nostri probe intellexerit, me essentiales solum, quos vocant, characteres genericos et specificos plantarum cellularium suis locis singulatim commemoratarum, patriam, habitationem, inventorem et libri indicem, quo descriptiones nec non icones analyticas inserui, huc exhibere debuisse. Prôpositum nostrum in hac Sylloge edenda fusiorem expositionem vetabat. Alioquin decem volumina vix satis fuissent. Hoc incommodi, quantum in me est, ut lenirem, diagnoses plurimarum stirpium imprimis exoticarum olim evulgatas ita emendare et dilatare, ut valeant ad quamque speciem ab affinibus discernendam instituí.

Quibus autem erunt causæ cur opus ipsum originale consulant, præter descriptiones, ut jam admonui, locupletissimas, invenient inibi et animadversiones quamplurimas, in quibus singula et nova species cum affinibus et similibus sedulo minutatimque collata est, quo facilius dignosci possit. Quæ diligentia vero, complementum omnis descriptionis, sicut ego æstimo, necessarium et præcipuum, a nonnullis ævi nostri micrographis, maximo scientiæ detrimento, aut nimis neglecta, aut oblivioni consulto prorsus tradita est. Mihi cæterum stat in scribendo compendiis seu abbreviationibus uti, ne limites unius voluminis transeam. Verum ad investigationes expeditiores reddendas, index amplus omnes ordine alphabetico complectens abbreviationes in capite operis reperietur.

Stirpes autem non modo nobismet ipsis divulgatas, sed et illas olim cognitas, nonnullis propriis observationibus iconibusque amplius illustratas et signo * notatas in isto libello coercere destinavi. Aliter enim optatum finem haud assecutus fuissem, qui in hoc præsertim consistebat, ut, ex tantis variisque symbolis dissipatis, quoddam Summarium omnium studiorum meorum componerem.

His igitur allatis, dispositionis rationem systematicam cujusque familiæ in hoc opusculo usurpatam breviter exponere par est.

De Muscis autem ordinandis methodum mixtam et, ut ita dicam, eclecticam, a cl. Hampe in Diario Berolinensi (*Botanische Zeitung*, 1853, p. 297 et 321) propositam, multis et gravibus argumentis confirmatam, secutus sum.

In dispositione Hepaticarum qualem præstantiorem mihi ducem quam *Synopsin* amicissimi Nees ab Esenbeck deligere potuissem?

Principis mycologorum non potui non pedetentim, ut semper, vestigiis insistere, quum tantos et tam varios Fungos exoticos *in limine scientiæ admittere mihi curæ* erat. Itaque divisiones primarias et secundarias a professori upsaliensi in variis ejus operibus propositas, paucis exceptis, adoptavi.

Item de Lichenibus fere idem dicendum est, quoniam systema a me, in *Dictionnaire universel d'histoire naturelle* de Ch. d'Orbigny, propositum parum distat ab eo quod amicus perillustris in libro « *Lichenographia europæa reformata* » exposuit.

Quod ad Algas tandem attinet, in levi meam habens ad calcem Commentarioli *Phycologie, ou Considérations générales sur l'organographie, la physiologie et la classification des Algues*, in Dictionario prælaudato impressam, inter utramque dispositionem virorum celeberr. J. Agardh et Kützing sæpius oscillavi, modo hanc, modo illam anteponens, prout observationes

propriæ suadebant, quandoque et Harveyi sententiæ libenter accedens.

Si quærimus nunc numero comprehendere plantas cellulares, quas per hoc vicennium publicavi, in mille et sexcentas species circiter octogintaque genera, quindecimam scilicet omnium cellularium hucusque cognitarum partem, eum numerum abire constat, ne de aliis vicenis generibus ob characteres haud satis firmos prorsus derelictis, quæ et restauravi confirmavique, mentionem moveam. Hæc fere omnia genera et vix minus quingentæ et quinquaginta species in variis citatis libris vel a me delineatæ vel a pictoribus rerum naturalium præclarissimis, Riocreux et Vaillant, ex meis adumbrationibus mirum in modum depictæ, dein ære incisæ et cum coloribus ut plurimum impressæ fuerunt.

Tot et tantæ stirpes, quarum inventio cultoribus scientiæ amabilis quampluribus simul et multis peregrinatoribus tam nostratibus quam exteris maxime debetur, multiplicem, ut optime quisquis perspicere potest, originem ducunt.

Omissis igitur consulto, præ nimio investigatorum numero, illis in Gallia nostra detectis, pleræque aliæ extra Europam collectæ fuerunt. Segetes enim cryptogamarum amplissimas mihi humanissime largiti sunt, ex Hispania australi, Barker Webb, proh dolor! vir eximiis pulchrisque virtutibus ornatus, immatura et improvisa morte scientiæ, quam tanta colebat præstantia et amicitiæ nostræ ereptus; ex insulis Canariis, Webb, Berthelot, Despréaux, Bourgeau et Bolle; ex Africa septentrionali, præsertim ex Algeria, Durieu de Maisonneuve, Deshayes, Gouget, Guyon, Bory, Steinheil, Monard fratres et Roussel; e Senegambia, Leprieur et Perrottet; ex insulis Gorgoneis, vulgo du *cap Vert* dictis, Leprieur, Bolle; ex insula Galega, Auguste Leduc; ex Africa meridionali, Port-Natal (Miquel), Drège; e mari Rubro, Bové, Evenor Dupont, Dr Lallemand, Arnaud et Vaysière; ex imperio Sinensi, Gaudichaud

et Ivan; ex Indiis orientalibus, Bélanger, imprimis e montibus cæruleis *Neelgherries* dictis, Perrottet; ex insulis Philippinis, Cuming (mecum ab amicissimo Berkeleyo communicatas); ex insula Java, Junghuhn, Zollinger et Miquel; ex insula Taiti, Jules Lépine; ex America meridionali, particulariter e Republica chilensi, Bertero et Claude Gay; e Peruvia, Gaudichaud, navarchus Du Petit-Thouars et Alcide d'Orbigny; e Brasilia, Auguste de Saint-Hilaire, Gaudichaud, Guillemin, Blanchet (in reliquiis Boryanis) et Riedel; e Guyana gallica, Leprieur; e Surinamo, Splitgerber et Miquel, professor amstelodensis; ex insulis Antillarum, præsertim e Cuba, Ramon de la Sagra et Auber; e Martinica, Duperrey, dum viveret, hydrographus navalis, Perrottet et Bélanger; ex America septentrionali, Bailey, Andrieux, Menand, Asa Gray, Lamarepiequot, Tuckerman, Ravenel; seorsum ex Statu Ohiensi, Sullivant; e Pedemontio, Sardinia, Longobardia, etc., Cesati, Garovaglia, De Notaris, Massalongo; e regionibus tandem et maribus tam et perquam diversis, omnes qui itinera circum orbem terrarum peregerunt, Dumont-d'Urville, Gaudichaud, Hombron, Jacquinot, Le Guillou, etc., etc., et materiam hujus libelli præbuerunt uberrimam, ne dicam viribus majorem.

Ex hisce autem plantis multas, at non tamen omnes, species Muscorum, Hepaticarum et Algarum recognoverunt et in operibus universalibus recentioribus jam admiserunt celeberrimi viri J. Agardh (1), Gottsche, Lindenberg et Nees ab Esenbeck (2), Kützing (3) et C. Müller (4).

Quod ad Fungos vero attinet, quibus constat major pars Sylloges nostræ, innumeras hujus immensæ classis species, Diariis et opusculis variis dispersas ac dissipatas, nemo botani-

(1) *Species, genera et ordines Algarum*, Lundæ, 1848, 3 vol. 8° (continuatur).
(2) *Synopsis Hepaticarum*, Hamburgi, 1844, 8°.
(3) *Species Algarum*, Lipsiæ, 1849, 8°.
(4) *Synopsis Muscorum frondosorum*, Berolini, 1849, 2 vol. 8°.

cus (præter Friesium, qui hoc in *Epicrisi*, vastam familiam Hymenomycetum amplectente, plene absolvit perfecitque) colligere et systematico ordine coadunare aut disponere conatus est, et, ut aperte loquar, vix tentabit. Etenim onus est magnum et munus omnino arduum suscipere. Idem valere debet de Lichenibus, quibus periculum est ne in Germania et in Italia novissima systematis immutatione obruantur.

Inter ingentem illum numerum plantarum cellularium ex omnibus orbis terræ regionibus oriundarum allatarumque circiter ducentæ adsunt prorsus novæ et in opusculo nostro primum elucidatæ signoque † designatæ. Mihi erit curæ illas, nullibi hactenus receptas, descriptionibus completis observationibusque criticis pro viribus illustrare. In hac phalange militant :

1° Sexaginta fungi exsiccati ad familiam tam vastam Hymenomycetum fere omnes pertinentes, circa Columbum, in statu Ohicensi Americæ foederatæ collecti et ab artifice peritissimo, cl. Robinson, coloribus aqua gummosa dilutis miro modo depicti, quos (hic numero iconum locoque natali notatos), cum aliis multis (350 circa) tam Europæ communibus, hinc jam notis, quam solo americano propriis et A. Schweinitzio, Friesio, Berkeleyo et Curtisio nuper evulgatis, ad me prolixa liberalitate, quæ ei est, nunquam satis laudanda, misit celeberrimus Sullivant.

2° Totidem Lichenes Javanici, a cl. Junghuhnio lecti, doctori Van den Bosch ut divulgarentur commissi, et cum diagnosi conjunctis nostris studiis præparata huic Syllogæ inserti, descriptionibus locupletioribus ad opus peculiare, cui titulus est, ***Plantæ Junghuhnianæ***, servatis.

Itaque ex iis quæ hactenus a me dicta sunt jam satis patet necessarium esse ut omnes Cryptogamiæ cultores, qui vitare cupiunt ne antiqua tritaque pro novis inscitie spargant, huncce qualemcumque libellum, laboris improbi fructum, nonnunquam

evolvant, præcipue quum de his plantulis exoticis tractaturi sunt.

Restat nunc ut viris præclarissimis amicissimisque maxime colendis Rev. M. J. Berkeley, Eliæ Fries, professori upsaliensi, Nees ab Esenbeck, Acad. Imper. Natur. Curios. præsidi perpetuo, gratias agam quam possum maximas pro auxilio, quod mihi tam benigne et indesinenter in rebus materiam nostri opusculi sistentibus difficillimis sæpeque ambiguis solvendis, concedere voluere.

Præsentissimum tacere auxilium, quod in laboribus susceptis tulit aditus ad vastam bibliothecam et ditissimas plantarum collectiones, cum tanta benignitate munificentiaque omnium *botanices studiosorum arbitrio* a viris liberalissimis Benjamino et Francisco Delessert permissas, illud foret hominis ingrati, a me quidem alienum, Illum autem, natu majorem et Musæi Botanici fundatorem, invida mors maturius ademit et miseris, quorum fuit altera et incessabilis Providentia, et Floræ amantissimis, quibus exemplo et re favebat. Hic vero in Academiam scientiarum Fratri condigne succedens, munus a nobilissimo familiæ duce inceptum totis viribus et corde persequitur. Quamobrem mihi nunc nihil rerum omnium est quod malim quam me tanti beneficii memorem et gratum præbere.

Ea sunt, Lector benevole, quæ te monitum volui; superest te orare obsecrareque ut, de humana imbecillitate recordans, velis, si maculas vel incuria vel inscitia in hoc libello fudit, illis et mihi indulgere; nam

Τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστὶ Θεῶν.

(Demosth., *De corona.*)

Dabam Parisiis, Calend. novembris MDCCCLV.

Auctor.

NOMINA ABBREVIATA.

B. et Desm.	Berkeley et Desmazières.
B. et M.	Berkeley et Montagne.
Bert. et M.	Bertero et Montagne.
C. M.	Camille Montagne.
Del. et M.	Delastre et Montagne.
D. et M.	Desmazières et Montagne.
DR. et M.	Durieu de Maisonneuve et Montagne.
Fr. et M.	Fries et Montagne.
H. et H.	Hooker fils et Harvey.
Lepr. et M.	Leprieur et Montagne.
M.	Montagne.
M. et Ces.	Montagne et Cesati.
M. et Ch. Rob.	Montagne et Charles Robin.
M. et V. d. B.	Montagne et Van den Bosch.
Moug. et M.	Mougeot et Montagne.
N. et M.	Nees ab Esenbeck et Montagne.

Desc.	Descriptio.
Hab.	Habitat.
Obs.	Observationes.
Syn.	Synonymia.

CLAVIS ABBREVIATIONUM

AD VARIA AUCTORIS OPERA SPECTANTIUM.

Ann. — Annales des Sciences naturelles. Séries 2, 3 et 4, indiquées en chiffres arabes; volumes de chaque série en chiffres romains (1833-1855).

Alg. Yem. — Pugillus Algarum Yemensium, quas collegerunt annis 1847-1849 clarissimi Arnaud et Vaysière et descripsit C. M. in Ann., 3, XIII, p. 236, seq. (1849).

Bonite. — Voyage autour du monde exécuté pendant les années 1836 et 1837 sur la corvette *la Bonite*, commandée par M. Vaillant; Botanique par M. Gaudichaud, de l'Institut; Cryptogames cellulaires : Algues, Lichens, Hépatiques et Mousses, par C. M. — Un vol. in-8 avec 10 pl. in-fol. Paris (1844-1846).

Caulerpeæ. — De l'organisation et du mode de reproduction des Caulerpées, etc. Comptes rendus de l'Acad. des Sciences et Ann., 2, IX, p. 129 (1837).

Canar. — Histoire naturelle des Canaries, par Philippe Barker Webb et Sabin Berthelot. — Phytographia canariensis, sectio ultima Plantas cellulares sistens, in-4, XVI et 208 pag. cum tab. æneis IX, auctore C. M. (1840).

Cent. I-VI. — Centuries de plantes cellulaires exotiques ou indigènes nouvelles, publiées, au nombre de six, par C. M., dans les deuxième et troisième séries des Annales des Sciences naturelles, et ainsi réparties :

Centurie I (1837-1838). N^os^ 1 à 65, Ann., 2, VIII, p. 345; — n^os^ 66 à 100, Ann., 2, IX, p. 39.

Centurie II (1840-1841). N^os^ 1 à 20, Ann., 2, XIII, p. 193; — n^os^ 21 à 50, Ann., 2, XIII, p. 339; — n^os^ 51 à 80, Ann., 2, XIV, p. 321; — n^os^ 81 à 90, Ann., 2, XVI, p. 108; — n^os^ 91 à 100, *ibid.*, p. 266; huit planches.

Centurie III (1842-1843). N^os^ 1 à 40, Ann., 2, XVII, p. 119; — n^os^ 41 à 80, Ann., 2, XVIII, p. 241; — n^os^ 81 à 100, Ann., 2, XIX, p. 13; deux planches.

Centurie IV (1843). N^os^ 1 à 60, Ann., 2, XIX, p. 238; — n^os^ 61 à 70, Ann., 2, XX, p. 294; — n^os^ 71 à 100, Ann., même tome, p. 352; cinq planches.

Centurie V (1845). N^os^ 1 à 60, Ann., 3, IV, p. 86; — n^os^ 61 à 100, Ann., même tome, p. 346; deux planches.

Centurie VI (1848-1849). N^os^ 1 à 20, Ann., 3, X, p. 106; — n^os^ 21 à 60, Ann., 3, XI, p. 33; — n^os^ 61 à 70 (avec le Révér. M. J. Berkeley), même tome, p. 235; — n^os^ 71 à 100, Ann., 3, XII, p. 200; une planche.

Crypt. Alg. — Cryptogames algériennes, ou plantes cellulaires recueillies par M. Roussel, pharmacien en chef de l'armée d'Afrique, aux environs d'Alger, et publiées par C. M. — Ann., 2, X, p. 268 et 334, avec deux planches (1838).

Crypt. Bras. — Cryptogamæ brasilienses seu Plantæ cellulares, quas in itinere per Brasiliam a celeberrimo Auguste de Saint-Hilaire collectas recensuit et observationibus nonnullis illustravit C. M. — Ann., 2, XII, p. 42, cum tabula (1839).

Cuba. — Historia fisica, politica y natural de la isla de Cuba, por don Ramon de la Sagra. Criptogamia o Plantas cellulares por C. M. — In-fol., 6, 328 pages et 20 planches in-fol., coloriées. — Édit. française, un vol. in-8, 10, 550 pages avec le même atlas (1838-1842).

Dec. of Fung. — Decades of Fungi, by Rev. M. J. Berkeley. Decade II, by B. et C. M., in *London Journal of Botany*, vol. III, p. 249, with two plates.

Diagn. phycol. — Diagnoses phycologicæ, seu quibus characteribus discriminandæ sunt species Lichenum Algarumque nonnullæ novæ, in tomo Floræ Chilensis octavo descriptæ. — M., Ann., 3, XVIII, p. 302 (1852).

Enum. Fung. — Enumeratio Fungorum quos a cl. Drège in Africa meridionali collectos et in Herbario Miqueliano servatos, descriptionibus observationibusque nonnullis illustravit C. M. — Ann., 3, VII, p. 66 (1847).

Étud. microg. — Étude micrographique de la maladie du Safran connue sous le nom de *Tacon*, dans le tome I^er^ des Mémoires de la Société de Biologie, p. 63 et suivantes. Cette étude, traduite en anglais par le Rév. M. J. Berkeley, a été insérée avec une planche dans le *Journal of the horticultural Society* for 1849.

Fl. Alg. — Exploration scientifique de l'Algérie. Botanique, par MM. Bory de Saint-Vincent et Durieu de Maisonneuve, in-4, avec un atlas de 100 magnifiques planches. — Algues, par C. M., tom. I^er^, p. 1 à 199, et 16 planches coloriées. — Collémacées et Podaxinées, avec deux planches. — Pyrénomycètes, en collaboration avec M. Durieu de Maisonneuve, même tome, p. 443 à 608 avec trois planches (1846).

Obs. Quoad cæteras plantas cellulares algerienses, si excipere velis Hymenomycetes et Discomycetes fere omnes a clarissimis Durieu et Léveillé, et Tuberaceos a cl. Tulasne elaboratos, alias familias ab Uredineis inclusive ad Muscos non solum attente perscrutatus sum et species *omnes* determinavi, sed etiam descriptiones stirpium novarum completas atque icones analyticas absolvi perfecique. In hoc quidem, ut libenter agnosco, sponte sua acquiescit amicissimus Durieu de Maisonneuve declarans p. 215 ejusdem operis : M. le docteur Montagne a bien voulu revoir toutes nos déterminations, et se charger même, ainsi qu'il l'a fait pour les Collémacées et qu'il doit le faire encore pour d'autres groupes de notre Cryptogamie, de l'analyse des objets nouveaux et de la rédaction entière de leurs descriptions, etc. Ex centum tabulis viginti septem ex meis adumbrationibus a cl. Vaillant, ante diem erepto, eximie depictæ fuerunt. Suum cuique.

Fl. Boliv. — Voyage dans l'Amérique méridionale, par Alcide d'Orbigny. — Botanique : *Florula Boliviensis*, in-4, 120 p. et 10 planches, en y comprenant celles du *Sertum Patagonicum*, qu'on trouvera indiqué plus loin (1839).

Fl. chil. — Historia fisica y politica de Chile, por Claudio Gay. — Botanica, tomos I à VIII, in-8, con Atl. de 100 láminas. — Plantas cellulares, por C. M. Tom. VII de 514 y VIII de 393 pag. con 16 láminas in-4, coloradas (1852).

Fung. Surin. — Fungorum species novæ Surinamenses, scripsit C. M. — Overdrukt uit het Tijdchrift voor de Wis — en Natuurkundige Wetenschappen uit gegeven door de Eerste Klasse van het Kon.-Ned. Institut. Deel IV, Bladzijde 203. — Curante cel. Miquelio.

Guy. — Cryptogamia guyanensis, seu Plantarum cellularium in Guyana Gallica annis 1835-1849 a cl. Leprieur collectarum enumeratio universalis, auct. C. M. (1850-1855) cum tab. æneis 4.

Algæ, n° 1 ad 76, in Ann., 3, XIV, p. 283.
Collemaceæ, n° 77 ad 83, in Ann., 3, XVI, p. 47.
Lichenes, n° 84 ad 262, l. c. p. 49, *cum tab.* I.
Hymenomycetes, n° 263 ad 442, in Ann., 4, I, p. 91, cum tab. I.
Discomycetes, n° 443 ad 465, in Ann., 4, III, p. 91.
Pyrenomycetes, n° 466 ad 586 ter, l. c. p. 98, cum tab. II.
Gasteromycetes, n° 587 ad 606, l. c. p. 136, cum tab. I.
Hepaticæ, n° 607 ad 668, l. c. p. 311.
Musci, n° 669 ad 718, l. c. p. 321.

Guy. centr. — Énumération des Mousses et des Hépatiques recueillies par M. Leprieur dans la Guyane centrale (dans un voyage consacré à la recherche des sources du Maroni), et description de plusieurs espèces nouvelles de ces deux familles par C. M. — Ann., 2, III, p. 193 (n° 1 ad 43), avec deux planches (1835).

Jung. Hb. Montag. — Jungermanniearum Herbarii Montagneani species exposuerunt C. G. Nees ab Esenbeck et C. M. — Ann., 2, V, p. 52, cum tab. 2 (1836).

Lond. J. of Bot. — Plantæ cellulares quas in insulis Philippinensibus a cl. Cuming collectas recensuit observationibus nonnullis descriptionibusque illustravit C. M. — In sir W. Hooker's London Journal of Botany, tom. IV, p. 3, n° 1 ad 75 (1845).

Mém. sur les Chara. — Mémoire sur la multiplication des Charagnes par division. Ann., 3, XVIII, p. 74, avec une planche (1852).

Mém. Soc. Lin. de Lyon. — Mémoires de la Société Linnéenne de Lyon pour 1828, Note sur le genre *Pilobolus*, avec une planche.

Mém. sur la Muscardine. — Observations et expériences sur un Champignon entomoctone (*Botrytis Bassiana*), ou Histoire botanique de la Muscardine; Mémoire lu en 1837 à l'Académie des Sciences de l'Institut, et inséré en 1847 dans ceux de la Société séricicole, tome XI, p. 174.

Mém. sur la color. de la mer Rouge, etc. — Mémoire sur la coloration des eaux de la mer Rouge, par C. M., in Ann., 3, II, p. 332, avec une planche; lu à l'Académie des Sciences le 15 juillet 1844.

Monogr. Conom. — Monographie du genre *Conomitrium* de la famille des Mousses, par C. M. — Comptes rendus de l'Académie des Sciences, séance du 25 septembre 1837, et Ann., 2, VIII, p. 239, avec une planche.

Nilgh. — Cryptogamæ Nilgherienses seu plantarum cellularium in montibus peninsulæ indicæ *Neelgherries* dictis, a cl. Perrottet collectarum enumeratio auctore C. M. — Ann., 2, XVII, p. 243, et XVIII, p. 12, cum tab. 2 (1842).

Note sur la color. de la mer, etc. — Note sur un nouveau fait de coloration des eaux de la mer par une algue microscopique. Compt. rend. de l'Acad. des Sc. du 16 décemb. 1846, et Ann., 3, VI, p. 262.

Notice, etc. — Notice sur les plantes cryptogames récemment découvertes en France, contenant aussi l'indication de quelques espèces les plus rares de la Flore Française (1832-1837).

Fougères et Mousses, Archives de Botanique de Guillemin, tom. I, p. 130 et p. 212, avec une planche.

Hépatiques, même recueil, même volume, p. 224.

Lichens, même recueil, tom. II, p. 6 et p. 289, avec deux planches.

Hypoxylées (*Pyrénomycètes*), Ann.,2, I, p. 295 et p. 337, avec trois planches.

Champignons, Ann., 2, V, p. 280 et p. 337, et VI, p. 28, avec deux planches.

Algues et Supplément, Ann., l. c., p. 321, avec une planche.

Otia hisp. — Otia Hispanica, auctore P. Barker Webb. *Pentas Secunda*, auctore C. M., Phyceas sistens novas aut minus cognitas cum tab. æneis color., in-fol. (1839). — Nova editio emendata sub eodem titulo, in-4 maximo, cum iisdem tabulis (1853).

Plant. Jungh. — Plantæ Junghuhnianæ. Enumeratio Plantarum, quas in insulis Java et Sumatra detexit Fr. Junghuhn. Lugdun. Batavorum A.-W. Sythoff. — Lichenes mss., auctoribus Van den Bosch et C. M.

Fl. (vel *Prodr.*) *J. Fern.* — Prodromus Floræ Fernandesianæ sistens enumerationem plantarum cellularium, quas in insula Juan Fernandez a Bertero collectas describi edique curavit C. M. — Ann., 2, III, p. 347, et IV, p. 86, n^os^ 1 ad 160 (1835).

Prodr. Phyc. — Prodromus generum specierumque Phycearum novarum in itinere ad polum antarcticum, regis Ludovici-Philippi jussu suscepto et ab illustri Dumont-d'Urville peracto collectarum, notis diagnosticis huc evulgatarum, descriptionibus vero fusioribus nec non iconibus analyticis jamjam illustrandarum, auctore C. M., in-8, Parisiis; 16 p. (1842).

Sert. Patag. — Voyage dans l'Amérique méridionale, par Alcide d'Orbigny. — Botanique : *Sertum Patagonicum* plantas cellulares includens, auctore C. M., p. 1-19, cum tab. 3 (1839).

Syn. Fl. Canar. — Synopsis Floræ Canariensis mss.

Obs. — Celeberrimus Parlatore, professor florentinus, alteram partem hujus Synopsis, phanerogamicam scilicet, jam ab amico nostro Barker Webbio inceptam, conscribendam edendamque suscepit et illi mens est ad priorem addere hanc alteram partem cryptogamicam a me jamdudum præparatam.

Voy. Ind. orient. — Voyage aux Indes orientales par terre, exécuté pendant les années 1825-1829, par Charles Bélanger. Cryptogamie, Algues, Lichens, Mousses et Hépatiques, par Bory de Saint-Vincent et Bélanger; Champignons, par C. M., 16 p. de texte in-8 et une planche in-4 (1834).

V. P. S. — Voyage au Pôle Sud et dans l'Océanie, exécuté par les corvettes *l'Astrolabe* et *la Zélée*, sous le commandement de Dumont-d'Urville. Plantes cellulaires, par C. M., un vol. in-8 de XIV et 350 pages, avec un Atlas in-fol. de 20 planches coloriées (1842-1845)

SYLLABUS AUCTORUM

QUORUM NOMINA ET OPERA MUTILIS VERBIS COMPENDII CAUSA CITATA SUNT.

Ach. — Erik Acharius, Lichenographia universalis, Goettingæ, 1810, in-4, cum tab. 14. — Synopsis Lichenum, Lundæ, 1814, in-8.

C. Ag. — C.-A. Agardh, Species Algarum. I-II, sect. prior, in-8, Gryphiæ, 1823-1828. — Systema Algarum, Lundæ, 1824, petit in-8.

J. Ag. — J.-G. Agardh, filius prioris, Species, genera et ordines Fucoidearum et Floridearum, I-II, in-8, Lundæ, 1848-51. (Continuatur.)

Alb. et *Schwz.*—J.-B. de Albertini et L. D. de Schweinitz, Conspectus Fungorum Lusatiæ, Lipsiæ, in-8, 1805, cum tab. 8 pictis.

Aresch. — J.-E. Areschoug, Iconographia phycologica, Decas I, Gothoburgi, 1847, in-4.

Bab. — Reverend Churchill Babington, The Lichens of New Zealand. London, 1855, in-4, cum tab. 9, coloratis. Seorsim impress.

Balb. — J.-B. Balbis, Flore Lyonnaise, 2 vol. in-8. Lyon, 1828.

Bél. — Ch. Bélanger, Voyage aux Indes orientales. V. plus. haut.

Berk. — Reverend M.-J. Berkeley, Fungi in Hooker's British Flora; London, 1836, in-8. — Decades of Fungi, in Hooker's London Journal of Botany I-XL, spec. 1 ad 400, c. tab. — Observationes Botan. et physiol. on the Potato Murrain in the Journ. of the Horticultural Society. 1845, cum tab., tom. I, P. I.

Berk. et *Br.* — Berkeley et C.-M. Broome, On British Fungi, in Annals and Magazine of nat. history, n^os^ 1 ad 661, in-8, cum tab. (Continuatur.)

Berk. et *C.* — Berkeley et M.-A. Curtis, Decades of North and South Carolina Fungi, n^os^ 221 ad 240.

Berk. et *Desm.* — Berkeley et J.-B.-H. J. Desmazières, On some Moulds referred to Fumago, in Journal of the Hortic. Soc. In-8, cum tab., tom. IV, P. IV, p. 243.

Bisch. — G.-W. Bischoff, Bemerkungen über die Lebermoose u. s. w. In-4, cum tab. 7, in Nov. Act. Acad. Nat. Curios., XVII, P. II.

Biv. — A. Bivona-Bernardi, Stirpium rariorum..... in Sicilia provenientium descriptiones, Manip. I-IV. Panormi 1813, in-4, cum tab.

Bolt. — J. Bolton, An history of Fungusses. Halifax, 1788, in-4, 3. vol., cum tab. 182.

Born. — Ed. Bornet, Monographie du genre *Meliola*, Ann., 3, XVI, cum tab. 1851.

Bory. — J.-B. Bory de Saint-Vincent, Voyage dans les quatre îles des mers d'Afrique, etc., 3 vol. in-8 et atl. in-4. Paris, 1804. — Essai sur les îles Fortunées, etc. Paris, 1803, in-4. — Voyage de circumnavigation de *la Coquille*, Cryptogamie, 1 vol. in-4 et atl. in-f° color. Paris, 1828.

Brid. — S.-E. Bridel-Brideri, Bryologia universa, etc. Lipsiæ, vol. I et II, in-8, 1826-27.

Br. et *Schmp.* — Bruch et W.-P. Schimper, Bryologia Europæa, Fasc. I ad LXIV, in-4, cum tab. 640. Stuttgardiæ, 1837-1855. Opus splendidum absolutum.

Bull. Soc. Agric. — Bulletins de la Société impériale et centrale d'Agriculture. In-8. Paris.

Bull. Soc. philom. — Bulletins de la Société philomathique de Paris.

Bull. — P. Bulliard, Herbier (Champignons) de la France, in-f°. Paris, 1780-95. 600 pl. color.

Castag. — L. Castagne, Catalogue des Plantes des environs de Marseille. Aix, in-8, 1845. — Supplément, 1851.

Compt. rend. Comptes rendus de l'Académie des sciences de l'Institut de France, in-4.

Compt. rend. et Mémoires de la Société de Biologie, 6 vol. in-8. Paris, 1849-55. Paris, 1835-1855.

Cord. — A.-J. Corda, Icones fungorum hucusque cognitorum, 6 vol. in-f°. Pragæ, 1837-54, cum tab. 64.

Crouan. — Crouan fratres, Algues marines du Finistère. Brest, 3 vol. in-4. Specimina exsiccata.

Dcne. — J. Decaisne, Plantes de l'Arabie-Heureuse, in Arch. du Muséum, in-4. Paris, 1839, cum tab.

DC. — A.-P. de Candolle et J.-B. de La Marck, Flore Française, 6 vol. in-8. Paris, 1815.

DC. et *Dub.* — De Candolle et J.-E. Duby, Botanicon gallicum, 2 vol. in-8 Paris, 1828-30.

Delile. — A. Raffeneau-Delile, Flore d'Égypte. Paris, 1813, in-f°, avec pl. 6 gr. format.

DNtrs. — G. De Notaris, Primitiæ Hepaticologiæ Italicæ, Taurini, in-4, 1838 — Micromycetes italici novi vel minus cogniti, Decas I-VIII. Taurini 1841-51 in-4, cum tab. — Frammenti lichenografichi, in-8.

Derb. et *Sol.* — A. Derbès et A.-J. Solier, Mémoire sur la physiologie des Algues, in-4. Paris, 1853, avec 23 planches. Extr. du tom. I, du Supp aux Comptes rendus de l'Acad. des Sc. de l'Institut.

Desm. — J.-B.-H.-J. Desmazières, Notices cryptogamiques I-XXIII, dans les An — Plantes Cryptogames de France, 1re sér., 1 à 2200 ; 2e sér., 1 à 300. (Co tinuatur.)

Duch. — P.-E. Duchartre, Revue botanique. 2 vol. in-8. Paris, 1845-46.

Eschw. — F.-G. Eschweiler, Systema Lichenum, in-4. Norimberg, 1824. — Lichenes in Flora brasiliensi cel. Martii, tom. I, in-8, Stuttgardiæ, 1829, exposuit.

Fée. — A.-L.-A. Fée, Essai sur les Cryptogames des écorces officinales, etc., in-4. Paris, 1824, avec 34 pl. color. — Supplément, in-4, 1837, avec 9 pl.

Flke. — H.-G. Floerke, De Cladoniis, in-8. Rostockii, 1828.

Fresen. — G. Fresenius, Beitrage zur Mykologie, Heft I-II, in-4. Frankfurt A. M., 1850-52, mit. 9 taf.

Fr. — E.-M. Fries, Elenchus fungorum, in-8, 2 vol. Gryphiæ, 1828. — Lichenographia europæa reformata, in-8. Lundæ et Gryphiæ, 1831. — Genera Hymenomycetum, in-8. Upsaliæ, 1836. — Epicrisis System. Mycol. seu Synopsis Hymenomycetum, in-8. Upsaliæ et Lundæ, 1836. — Summa Vegetabilium Scandinaviæ, etc., in-8. Holmiæ et Lipsiæ, 1846. — Novæ Symbolæ Mycologicæ, in-4. Upsaliæ, 1851.

Grev. — R.-K. Greville, Scottish Cryptogamic Flora, in-8, 6 vol., 360 tab. col. Edimburgh, 1823-29.

Guill. — A. Guillemin, Archives de Botanique, in-8, 2 vol., Paris, 1833.

Hmp. — E. Hampe, Icones muscorum novorum, Dec. I-III, in-8. Bonnæ, 1844, 30 tab.

Harv. — W-H. Harvey, Phycologia britannica, in-8, 3 vol. London, 1849-51, *tab. 360, col.* — *Nereis australis, in-8, 2 vol. London, 1847-1849, tab. 50,* colour. — Nereis Boreali-Americana, in-4, 2 vol., Washington, 1851-53, with pl. 36 colour. — Marine Botany of Western Australia, in 4. Dublin, 1855.

Hedw. — J. Hedwig, Descriptio..... muscorum frondosorum, etc., in-f°, 4 vol. Lipsiæ, 1787-1797, cum tab. 160.

Hofm. — W. Hofmeister, Zur Morphologie der Moose, Berichte der Kon. Sachs. der Wissenschaften, für 1854. In-8, cum tab. 4.

Holmsk. — T. Holmskjold, Beata ruris otia fungis danicis impensa, in-f°, 2 vol. Havniæ, cum tab. 75 color.

Hook. — W.-J. Hooker (sir) in Kunth, Synopsis plantarum æquinoctialium..... Cryptogamæ, in-8. Paris, 1822. — British Flora (vol. secund., pars prior; Musci, Hepaticæ, Lichenes, Charæ et Algæ). in-8. London, 1853. — London Journal of Botany, in-8. 1842-55.

Hook. fil. — J.-D. Hooker, filius prioris, Cryptogamia Antarctica, in-4. London, 1845, cum tab. color. 71. Opus conjunctis studiis celeb. Wilsoni, Taylori, Harveyi et doctoris Hookeri susceptum et absolutum.

Hornsch. — C.-F. Hornschuch, Musci in Floræ brasiliensis fasc. prim., a C. Endlicher et C.-F.-P. de Martius edit., in-f°. Vindobonæ, 1840, cum tab.

Kze. et *Schmdt.* — G. Kunze et J.-K. Schmidt, Mykologische Hefte, in-8, 2 vol. Leipzig, 1817-23.

Kg. — F.-T. Kützing, Phycologia generalis, in-4. Leipzig, 1843, 80 tab. color. — Species Algarum jam supra laudata. — Tabulæ Phycologicæ, in-8, fasc. I-L, cum tab. 500 color. (Continuatur.)

Labill. — J.-J. Labillardière, Novæ Hollandiæ plantarum specimen, 2 vol. in-4. Paris, 1804. cum tab. 265.

Lamx. — J.-V.-F. Lamouroux, Histoire des Polypiers coralligènes flexibles. in-8. Caen, 1816, avec 19 pl.

Lehm. — J.-G.-C. Lehmann, Novarum et minus cognitarum Stirpium Pugilli. Fasc. I-VIII. Hamburgi, 1828-44, in-4.

Leight. — Rev. W.-A. Leighton, Angiocarpous Lichens, in-8. London, 1851, with colour pl. XXX.

Lel. et *Prouh.* — Le Lièvre de la Morinière et F. Prouhet, Hydrophytes marines du Morbihan, in-4. Vannes, 1841. 100 espèces d'Algues en nature.

Lév. — J.-H. Léveillé, Champignons exotiques, in Ann., 3, II, p. 167, et III, p. 38. — Description des Champignons de l'herbier du Muséum de Paris, même recueil, 3, V, p. 111 et 249.

Lib. — M.-A. Libert (mademoiselle), Plantes Cryptogames des Ardennes, Cent. I-II.

Lindbg. — J.-B.-W. Lindenberg, Synopsis Hepaticarum, in-4. Bonnæ, 1829. — Species Hepaticarum, fasc. I-V, *Plagiochila*. cum tab. 33 color., in-4, fasc. VI-VII, cum Gottscheo, *Lepidozia*, cum tab. 12; fasc. VIII-XI. *Mastigobryum*, cum tab. 22, *in-4* Bonnæ, 1839-51. — Monographie der Ricciecn, in-4, in Nov. Act. Acad. Nat. Curios., vol. XVIII, P. I, mit taf. color. 19.

Lindl. — J. Lindley, The vegetable Kingdom, in-8. London, 1853.

Mart. — K.-F.-P. von Martius, Flora cryptogamica Erlangensis, in-8. Norimbergæ. 1817, cum tab. 6 — Flora brasiliensis, tom. prim., in-8. Stuttgardiæ et Tubingæ, 1833. Algæ, Lichenes, Hepaticæ.

Massal. — A. Massalongo, Memorie lichenografiche, in-4. Verona, 1852-53, con fig. 398 et 200.

Mér. — F.-V. Mérat, Nouvelle Flore des environs de Paris, in-18, 2 vol. Paris, 1836. — Revue de la Flore parisienne, in-8. Paris, 1843.

Meyen et *Fw.* F.-J.-F. Meyen et J. de Flotow, Lichenes, in *Observ. botanicas Meyenii*, in Nov. Act. Acad. Nat. Curios., vol. XIX, Suppl. I.

Miq. — F.-A.-W. Miquel, Fungorum aliquot exoticorum recensio, in Mem. Acad. Amstelod., V, p. 188.

Moug. Nestl. et *W. Schmp.* — J.-B. Mougeot, C. Nestler et W. P. Schimper, Stirpes Vogeso-Rhenanæ, in-4. Bruyerii Vogesorum, 1810-1855, n^os^ 1 ad 1400.

C. Müll. — C. Müller, Synopsis muscorum frondosorum, in 8. V. supra.

N. ab E. — C.-G. Nees ab Esenbeck, Horæ physicæ Berolinenses, in-f°. Bonnæ, 1820, cum tab. 27. — Hepaticæ javanicæ, in-8. Vratislaviæ, 1830. — Naturgeschichte der europaeischen Lebermoose, in-8, 4 vol. Berlin und Breslau, 1838. — Synopsis Hepaticarum (conjunctis studiis Lindenberg, Gottsche et Nees ab Esenbeck edita), in-8. Hamburgi, 1844.

C. d'Orb. — C. d'Orbigny, Dictionnaire universel d'histoire naturelle, in-8, 13 vol. Paris, 1841-49. Atlas.

Pay. — A. Payen, Maladie des végétaux, in-18. Paris, 1853. Biblioth. des chemins de fer.

Pers. — C.-H. Persoon, Synopsis methodica Fungorum, in-8, Goettingæ, 1801. — Lichens et Champignons de la Botanique du Voyage autour du monde de *l'Uranie* et de *la Physicienne*, in-4. Paris, 1826, atl. in-f°.

Petit. — C. Petit, De la matière organique des eaux *minérales* de Vichy, in-8. Paris, 1855.

Ray. — P.-F.-O. Rayer, Archives de médecine comparée, in-4, n^os^ 1-5. Paris, 1843, avec pl.

Rob. (*Ch.*)—Ch. Robin, Histoire naturelle des végétaux parasites, qui croissent sur l'homme et sur les animaux vivants, in-8°, Paris, 1853, avec un atlas de 15 planches.

Roth. — A.-W. Roth, Catalecta botanica, fasc. I-III, in-8. Lipsiæ, 1797-1806, cum tab. 29.

Rupr. — F. Ruprecht. Algæ ochotenses, in-4. St.-Petersburg, 1850, cum tab. 10 color. — Die Vegetation des *rothen* Meeres, a. s. w., in-4. St-Petersburg, 1849, aus den Mém. de l'Acad. imp. des Scienc., tom. VI.

Schæf. — J.-C. Schæffer, Fungorum qui in Bavaria et Palatinatu circa Ratisbonam nascuntur Icones, in-4, 4 vol. Ratisbonæ, 1762-74, cum tab. color. 330.

Schær. — L.-E. Schærer, Lichenes Helvetiæ exsiccati. Fasc. I-XXIV. Bernæ, 1823-1849. — Enumeratio critica Lichenum europæorum, in-8. Bernæ, 1850, cum tab. 10 lithogr.

Schwgær. — C.-F. Schwægrichen, Species Muscorum (Hedwigii) : Supplementa I-IV. Lipsiæ, 1801-1842, cum tab. color. 325, in-4.

Schwz. — L.-D. von Schweinitz, Synopsis Fungorum Carolinæ superioris, in-4. Lipsiæ, cum tab. — Synopsis Fungorum in America boreali degentium, in-4. Philadelphia, 1831, cum tab. 1. Seorsim impressa.

Sm. — J.-E. Smith, English botany. London, 1790-1814, et Supplement, 1831, seq. in-8, plat. 1-2950.

Sol. — A.-J.-J. Solier. V. Derbès.

Sond. — O.-G. Sonder, Plantæ Preissianæ, in-8, Hamburgi, 1846, a cl. C. Lehmann editæ. Algæ a cl. auctore descriptæ.

Spreng. — K. Sprengel, C. Linnæi Systema vegetabilium, ed. XVI, in-8. Gœttingæ, 4 vol. in 5 partes; 1825-28.

Steinh. — A. Steinheil, Cryptogames de Barbarie, Ann., 2, I, p. 282.

Swz. — Swartz, Lichenes americani, fasc. I, 8. Norimbergæ, 1811, 18 tab. color.

Thur. — G. Thuret, Sur la fécondation des Fucacées, Ann., 4, II, p. 197, avec 4 pl. — Sur un nouveau genre d'Algues (*Bornetia*); Mém. de la Soc. imp. des sc. nat. de Cherbourg, 1855, in-8.

Tode. — H.-J. Tode, Fungi Mecklenburgenses selecti, in-8. Luneburgi, 1790-91, cum tab. I-XVII.

Tul. — L.-R. et Ch. Tulasne, Recherches sur les Nidulariées, Ann., 3, I, p. 41, avec 6 pl. — Mémoire pour servir à l'histoire organographique des Lichens,

in-8, Ann., 3, XVII, p. 5 et 153, avec 15 belles planches dessinées par Ch. Tulasne.

Turn. — D. Turner, Fuci, seu Historia Fucorum, in-4. London, 1808-1819, 4 vol., cum tab. 258 color.

Webb, — P. Barker Webb, Spicilegia Gorgonea in Hooker's Niger Flora, in-8. London.

Zoll. — H. Zollinger, Systematisches Verzeichniss der im indischen Archipel gesammelten, u. s. w. Zurich, 1854, in-8.

SYLLOGE

GENERUM SPECIERUMQUE

PLANTARUM CRYPTOGAMARUM.

Classis I. MUSCINÆ.

Familia I. MUSCI.

Ordo I. HYPOPHYLLOCARPI.

* Hypopterygium Thouini M., — *Cent.* V, n° 1, et *Flor. Chil.*, VII, p. 8, t. 2, fig. *h*. — dioicum; rhizomate subterraneo repente, divisionibus dendroideis erectis flabellatim ramosis, ramo medio bipinnato; squamis caulinis oblongo-quadratis heterogeneis; foliis rameis distichis tegminibusque ovatis marginatis serratis evanidinerviis; capsula cylindrica pendula basi tuberculosa; operculo conico-acuminato obtuso.

Hab. In Chile. Cl. Gay.

Syn. *Hypnum Thouini* Schwægr. *Suppl.*, III, t. 289.

Ordo II. ENTOPHYLLOCARPI.

1. CONOMITRIUM M.

Peristomium simplex. Dentes sedecim bifidi, cruribus subinæqualibus. Calyptra conica, basi integra, subrepanda. Capsula æqualis. Sporæ majusculæ, glabræ, e luteo fuscæ.

Flos monoicus. Masculus gemmiformis brevissime pedunculatus femineusque vel in duplicatura foliorum nidulantes vel apicem ramulorum propriorum terminantes. Antheridia 3-5,

paraphysibus paucis aut nullis comitata. Archegonia (*Pistilla*) 1-4, unico fœcundo, paucissimis aut nullis paraphysibus stipata.

Plantæ teneræ, fluitantes, filiformes, ramosæ. Habitus subfissidentoideus, pinnatus, elegans. Folia laxe disticha, duplicatofissa, nervata, integerrima, tenerrime reticulata. Perichætialia 3-4 ovata, concava, minima. Capsula erecta, ovoidea aut obconica, breviter pedunculata. Patria in aquis vivis utriusque orbis aut in alveis torrentium Americæ meridionalis. Vita cæspitosa perennis.

Genus Fissidentibus affine, sed calyptra conica basi semper integra, ramificatione ut et habitatione in aquis maxime autem diversum. — M., *Monogr. generis Conomitrii* in *Ann. sc. nat.*, 2e *série*, tom. VIII, p. 239. — C. Muell. *Syn. Musc.*, II, p. 524.

Syn. *Fissidentis* spec. Schimp. *Bryol. Eur.* — *Octodiceras* Brid. — nomen erroneum.

1. Conomitrium Berterii M., — *Fl. Boliv.*, p. 105, t. 3, fig. 4. — caule fluitante filiformi ramosissimo, ramis superioribus subfasciculatis; foliis dissitis angustissime linearibus, supremis longissimis; pedunculis 1-3 cauligenis; capsula ovoidea erecta; operculo acuminato.

Hab. Ad saxa in scaturiginosis collium, loco *la Campana chica* dicto, prope Quillota reipubl. Chilensis : Bertero. — Cfr *Fl. Chil.*, VII, p. 56.

Syn. *Fissidens Berterii* C. Muell. *Syn. Musc.*, I, p. 45, et dein *Conomitrium*, ibid., II, p. 524.

* C. Dillenii M. — *Fl. Bol.*, p. 104, t. 3, fig. 5, et *Fl. Chil.*, VII, p. 57, cum descriptionibus.

Syn. *Fissidens* dein *Conomitrium Dillenii* C. Muell., ll. cc. — *Octodiceras* Brid., *Bryol. univ.*, II, p. 677.

*/ C. Hedwigii M. — *Fl. Boliv.*, p. 99, t. 3, fig. 1, et *Fl. Chil.*, l. c., cum descriptione,

Syn. *Fissidens semicompletus* Hedw., *Musc. Frond.*, III, t. 13. — *F. Hedwigii* C. Muell. dein *Conomitrium*, *Syn. Musc.*, II, p. 524. — *Octodiceras fissidentoides* Brid., l. c., p. 676.

* C. JULIANUM M. — *Monogr. Conom.* in *Ann. sc. nat.*, 2, VIII, p. 246, t. *h*, cum descriptione locupletissima.

SYN. *Fissidens* dein *Conomitrium Julianum*. C. MUELL., l. c. — *Octodiceras* BRID., l. c., p. 678.

OBS. Primus omnium in speciminibus a cl. LA PYLAIE in Armorica lectis capsulam observavi et descripsi.

2. FISSIDENS ZOLLINGERI M., — *Cent.* V, n° 46. — hermaphroditus; caule decumbente minimo subsimplici basi polyrrhizo; foliis paucijugis flabellatim expansis lanceolato-acuminatis marginatis ultra medium duplicatis, nervo crasso cuspidatis, splachnoideo-pellucidis integerrimis; pedunculo basi geniculato ascendente flexuoso; capsula erecta pyriformi-clavata fere æquali; operculo oblique rostellato.

HAB. In terra turfosa insulæ Javæ : ZOLLINGER. — C. MUELL., l. c. p. 47.

3. F. ANOMALUS M., — *Nilgh.*, n° 36. — elatus; caule ascendente subsimplici basi nudo; foliis alternis subremotis homomallis subquinquagentajugis, siccitate apice crispulis subevanidinerviis acutis, margine non incrassato albido tenuissime denticulatis, ultra medium duplicato-fissis; pedunculis lateralibus axillaribus seriatis brevissimis folia perichætialia subquina parum superantibus; capsula (ut in Grimmia) ovato-subrotunda; peristomii dentibus 16 fuscis profonde bifidis sæpe deorsum lacunosis, cruribus filiformibus articulatis varioque modo simul concretis. Operculum calyptraque desiderata.

HAB. Inter surculos *Hypni discriminati* in montibus nilgheriensibus : PERROTTET. — C. MUELL., l. c., p. 53.

4. F. MASCHALANTHUS M., — *Cent.* V, n° 47, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 62. — dioicus; caule cæspitoso erecto innovationibus ramoso subdichotomo; foliis subtrigentajugis dense imbricatis erectis linearibus obtusis acuminulatis integerrimis, nervo subcontinuo albo instructis, madore strictis, siccitate crispato-inflexis; floribus terminalibus et lateralibus in axilla foliorum vel in dichotomia; capsula inclinata oblongo cylindrica, operculo convexo-rostrato, rostro recto; calyptra brunnea coriacea cuculliformi; dentium cruribus articulatis punctato-asperis haud trabeculatis.

HAB. Ad terram in Chile australiori : CL. GAY. — C. MUELL l. c., p. 53.

5. F. HORNSCHUCHII M., — *Ann.*, 2, XIV, p. 342, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 60. — monoicus; caule humili simplicissimo apice subfalcato 4 lin. longo; foliis 9-jugis lato-lanceolatis acutis, toto ambitu vix et remote denticulatis, nervo flavo crassiusculo excurrente brevicuspidatis, serrulatis; capsula ovali recta, collo brevi subverrucoso instructa, pedunculo curviusculo ascendente fulta; operculo conico brevi recto; calyptra cucullata.

HAB. Ad terram in Brasilia et apud Cayennam : clarr. MARTIUS et LEPRIEUR. — C. MUELL., l. c., p. 54.

SYN. *F. serrulatus* HORNSCH. in *Fl. Bras. Fasc.* 1, p. 91, t. II, non BRIDEL.

6. F. CRISPUS M., — *Cent.* I, n° 100 et *Fl. Boliv.*, p. 97. — caule subsimplici erecto filiformi longiusculo flexuoso, innovationibus diviso; foliis 15-20-jugis alternis remotis oblongo-lanceolatis acuminatis secundis, siccis madidisque crispatissimis ultra medium fissis, margine incrassato hyalino nervoque excurrente instructis, tenuissime areolatis, pedunculo terminali flexuoso erecto; capsula ovoideo-oblonga inæquali horizontali; operculo conico-acuminato recto.

HAB. In Amer. merid. provincia Corrientes ad terram arenosam : D'ORBIGNY. — C. MUELL., l. c., p. 61.

OBS. Observationibus meisque monitis spretis, nescio qua hallucinatione decepti, bryologi *F. gracilem* BRID., speciem affinem sed distinctissimam, aut prorsus neglexerunt, aut, quod sane magis mirandum est, una cum *F. incurvo* commiscuerunt. Utramque vero comparans, uberrime l. c. in ea re disserui.

7. F. MANGAREVENSIS M., — *Cent.* V, n° 45 et *V. P. S.*, p. 344. — cæspitosus; caule procumbente simplici vel innovationibus fasciculato-ramoso, ramis subflabellato-ramulosis; foliis dense distichis erecto-patentibus lineari-lanceolatis integriusculis, nervo ante apicem evanido instructis, siccitate in plano involuto-cincinnatis, ad medium plicatis; pedunculo terminali capsulam urceolato-cylindricam cernuam fulciente, operculo convexo-conico rostrato capsula longiori.

HAB. In insula Mangareva (*Archipel Gambier*) ad rupes humidas nec non ad ramos dejectos : HOMBRON. — C. MUELL., l. c., p. 62.

8. F. CAMPYLOPUS M., — *Cent.* V, n° 48 et *Fl. Chil.*, l. c., p. 61. —

monoicus; caule decumbente simplici; foliis subquindecimjugis dense imbricatis lineari-lanceolatis, ad medium fissis, incurvatis immarginatis subcrenato-denticulatis, supremis longioribus; pedunculo terminali basi geniculato apice curvo; capsula inversa ovoidea inæquali cernua, operculo convexo recte rostrato.

Hab. Ad terram in locis umbrosis provinciarum austral. reipub. Chilensis : Cl. Gay. — C. Muell., l. c., p. 66. — Flores masculi axillares.

9. F. prionodes M., — *Guyane centr.*, p. 200, t. 3, fig. 1. — caule simplicissimo ascendente; foliis subduodecimjugis, lineari-lanceolatis ad medium fissis, erecto-patentibus, supremis falcato-secundis, perichætialibus basi dilatata auriculatis, omnibus acutis tenuissime serrulatis, nervo crasso excurrente mucronatis; capsula oblonga, operculo conico-subulato.

Hab. Ad terram et ligna consumpta, prope scaturigines fluminis *Jary* in Guyana : Leprieur. — C. Muell., l. c., p. 67.

* F. serrulatus Brid. — M., *Canar.*, p. 22, t. 2, f. 1; cum descriptione fructus. — C. Muell., l. c., p. 69.

10. F. leptophyllus M., — *Cent.* II, n° 77. — dioicus; caule humili procumbente simplici aut innovando ramoso ramisque fastigiatis flaccidissimis; foliis subvigintijugis distiche alternis scalpelliformibus obtusis tenuissime membranaceis pellucidis hexagone reticulatis, cellulis parvis tenerrimis, margine haud incrassato cellulis prominentibus vix denticulatis, nervo ante apicem evanido crassiusculo; capsula in pedunculo brevi flavido erecta oblonga, operculo e basi convexa breviter curvirostro; peristomii dentibus purpureis in crura inæqualia apice pallida fissis.

Hab. In sylvis humidis montis *Kau* Guyanæ : Leprieur. — C. Muell., l. c., II, p. 530.

11. F. guyanensis M., — l. c., n° 76. — dioicus? caule simplicissimo declinato; foliis laxe imbricatis vel contiguis suboctojugis linguæformibus obtuse subacuminulatis, subtilissime toto ambitu denticulatis, ad medium fissis; madore siccitateque incurvo-secundis crispulis; capsula terminali oblonga subinæquali ob flexuram pedunculi tantillum inclinata, operculo conoideo-acuminato recto.

Hab. Ad corticem arborum in summo monte *Matouri* insulæ Cayennæ : Leprieur. — C. Muell., l. c., II, p. 534. — Sequenti affinis.

12. F. radicans M., — l. c., n° 78. — monoicum, gregarium, pusillum, siccitate crispabile; caule repente innovationibus hypogynæis ramosissimo; foliis 10-14-jugis brevibus oblongis apice obtusissime brevissimeque acuminatis ad medium plicatis, nervo albo evanido, subtilissime toto ambitu cellularum prominentia denticulatis, pedunculo ascendenti-geniculato brevi; capsula erecta cylindrica exannulata parvula, operculo conico-rostrato longo recto; calyptra conica basi sublacerata elongate cylindrica angusta. — Verum Conomitrium.

Hab. Corticibus adrepit, non autem ad imum arborum vivarum truncum at vero sic excelse positus, ut ne manu quidem decerpi possit. Guyana : Leprieur.

Syn. *Conomitrium radicans* C. Muell., l. c., p. 526.

Ordo III. PLEUROCARPI.

13. Hypnum Berteroanum M., — *Cent.* V, n° 5, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 17. — dioicum; caule cæspitoso elongato vage ramoso, ramis remotis brevibus complanatis sciuroideis lutescentibus nitidis; foliis subbifariam laxe imbricatis e basi cordata ovato-acuminatis, acumine brevi, margine integerrimis planis, mediis æqualiter lateralibus inæqualiter nervo ultra medium evanido divisis, angustissime lineari-areolatis, perichætialibus conformibus, interioribus piliformi-acuminatis rectis in vaginula convolutaceis, pedunculo longiusculo rubro gracili lævi; capsula oblonga cernua late annulata, operculo bis conico brevi.

Hab. Prope Quillota reipub. Chil. in collibus sylvaticis herbidis : Bertero. — C. Muell., l. c., p. 244.

H. Montagnei Schimp. in litt. et Montag. in *Cuba, Crypt.*, p. 530, pl. 20, fig. 1. — C. Muell., l. c., p. 234.

Syn. *Pterygophyllum Montagnei* Bélang. *Voy. aux Ind. orient. par terre, Crypt.*, p. 85, t. 9, f. 1.

14. H. peruvianum M., — *Cent.* IV, n° 2, et *Bonite*, p. 305, t. 150,

fig. 2. — caule gracili flexuoso ramisque brevibus distichis patentibus subtus radiculosis arcte repentibus; foliis dimorphis in caule ovato-lanceolatis laxe — rameis ovatis concavis acuminatis dense imbricatis, seminerviis integerrimis, perichætialibus conformibus enerviis; operculo conico-acuminato obtuso dimidiam capsulam urceolatam inæqualem subhorizontalem æquante.

Hab. Ad ligna decorticata carie consumpta adrepens circa Guayaquil Peruviæ : Gaudichaud. — C. Muell., l. c., p. 244.

15. H. Gaudichaudii M., — *Cent.* IV, n° 3, et *Bonite*, p. 303, t. 150, f. 1. — monoicum, intricatum; caule repente vage ramoso, ramis complanatis inæqualibus; foliis laxe imbricatis patenti-subdistichis late ovatis acuminatis concaviusculis, toto ambitu minutissime denticulatis, nervo dimidiato, perichætialibus exterioribus recurvis enerviis; capsula oblonga horizontali pedunculo lævi inferne (in sicco) dextrorsum superne sinistrorsum torto fulta, operculo e convexo recte rostrato, peristomii interioris ciliolis binis ternisque.

Hab. In corticibus arborum insul. Sandwich : Gaudichaud. — C. Muell., l. c., p. 249.

16. H. scaberulum M., — *Cent.* V, n° 10, t. 5, f. 2. — monoicum, minutum; caule decumbente vage ramoso, ramis apice incurvatis; foliis dense imbricato-subdistichis, e basi oblonga subulatis falcato-secundis enerviis apice serrulatis, cellulis retis punctulato-scabris, alaribus magnis pellucidis, perichætialibus squarrosis, pedunculo muriculato; capsula urceolata horizontali, operculo aciculari longissimo recto; peristomii exterioris dentibus tenuissime subulatis.

Hab. In corticibus arborum Javæ insulæ in jurisdict. Buitenzorgi : Hb. Miquel. — C. Muell., l. c., p. 272.

17. H. callidum M., — l. c., n° 7, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 22. — monoicum; caule repente bipinnatim ramoso, ramis approximatis decrescentibus ramulosis; foliis falcato-secundis ovato-acuminatis lanceolatisve margine reflexo ad speciem marginatis ad apicem filiformi-attenuatum denticulatis enerviis laxe reticulatis, perichætii radicantis foliis interioribus rectis oblongis acuminulatis denticulatis convolutaceis; capsula horizontali ovali-oblonga, operculo conico longirostro.

Hab. Ad cortices arborum in provinciis australior. reipubl. Chilensis: Cl. Gay. — C. Muell., l. c., p. 313.

18. H. Scorpiurus M., — *Cent.* V, n° 6 et *Fl. Chil.*, l. c., p. 21. — caule primario repente, ramis procumbentibus alterne pinnatis apice incurvo-uncinatis; foliis ovato-lanceolatis filiformi-attenuatis subfalcato-secundis croceis enerviis integerrimisque, perichætialibus abrupte filiformibus, exterioribus recurvis, intimis erectis, pedunculo mediocri; capsula oblonga horizontali, operculo e conica basi rostrato.

Hab. In Chile: Cl. Gay. — C. Muell., l. c., p. 314.

* H. aureum Lagasca — M., *Fl. Alg., Atl.*, t. 35, f. 5.

19. H. auriculatum M., — *Cent.* IV, n° 4, et *V. P. S.*, p. 331, t. 20, f. 3. — caule procumbente tereti inordinate ramoso, ramis elongatis obtuse cuspidatis; foliis subquadrifariam imbricatis ex ovato subrotundis concavis obscure uninerviis basi cordatis utrinque auriculatis, auricula rotundata a caule cellulis reticuli magnis pellucidis sejuncta; fructu.....

Hab. Ad cortices in freto Magellanico: Jacquinot. — C. Muell., l. c., p. 373.

20. H. Berthelotianum M., — *Canar.*, p. 4, t. 1, f. 2. — caule procumbente vage ramoso ramisque repentibus teretibus longissimis, ultimis brevibus secundis; foliis ovato-lanceolatis subhomomallis denticulatis enerviis acuminatis, acumine longo oblique plicato-inflexo, perichætialibus late vaginantibus longe acuminatis, acumine recto, reflexo vel torto ubique subdenticulatis; paraphysibus longe exsertis; pedunculo brevi valido lævi capsulam inæqualem horizontalem fulciente, operculo conico mucronulato.

Hab. Ad cortices in sylva *Agua Garcia* Teneriffæ: Webb. — C. Muell., l. c., p. 375.

21. H. strepsiphyllum M., — *Cent.* V, n° 9. — dioicum; caule procumbente irregulariter ramoso, ramis ascendenti-erectis; foliis imbricatis lanceolatis basi auriculatis apice convolutis patentissimis pungentibusque enerviis, perichætialibus ovato-oblongis acuminatis strictis; pedunculo flexuoso sinistrorsum torto lævi; capsula propter inflexionem pedunculi cernua ovoidea, oblongo-urceolata, sub ore constricta, operculo convexo vel conico oblique rostrato.

Hab. Ad cortices in Java insula, provinc. Buitenzorgi : Hb. Miquel. — C. Muell., l. c., p. 389.

22. H. tanytrichum M., — *Cent.* V, n° 4. — dioicum; caule longissimo tereti prostrato ramoso, ramis brevibus attenuato-cuspidatis; foliis julaceo-imbricatis obovato-subrotundis concavis strictis apice abrupte piligeris, pilo longo recto aut flexuoso subintegro, enerviis, integerrimis, nitidis, elongato-areolatis, perichætialibus lanceolato-acuminatis cuspidatis; pedunculo longo valido lævi; capsula cylindraceo-clavata horizontali, operculo.....

Hab. In Java insula : Hb. Webb. — Zolling. *Coll.* n° 1737. — C. Muell., l. c., p. 391.

23. H. acanthophyllum M., — l. c., n° 8 et *Fl. Chil.*, l. c., p. 30. — monoicum; caule cæspitoso tenerrimo repente intricato vage ramoso, ramis capillaribus erectis simplicibus compositisque; foliis caulinis ovatis, ramels ovato-lanceolatis acuminatis plumose imbricatis patenti-erectis margine dentatis, nervo crasso supra medium evanido instructis, perichætialibus strictis enerviis; capsula horizontali oblonga subæquali, sicca ore constricta, operculo conico oblique rostrato.

Hab. Ad radices arborum in Valdivia et Chiloe : Cl. Gay. — C. Muell., l. c., p. 398.

H. Teneriffæ M., *Canar.*, p. 3, t. 3, f. 1.

Syn. H. Teesdalii Smith., *Fl. Brit.*, III, p. 1291; *Eng. Bot.*, t. 202. — C. Muell., l. c., p. 400.

24. H. Duriæi M., — *Cent.* IV, n° 100 *bis* et *Fl. Alg. ined.* — densissime cæspitosum, velutinum; caulibus decumbentibus ramisque filiformibus sparsis longiusculis erectis strictis, supremis fastigiatis; foliis undique imbricatis e basi oblonga concava lanceolatis erectis obsolete dentatis, apice elongato inversis, nervo obscuro supra medium evanido percursis, e viridi luteis, tenuissime elongato-areolatis; fructu.....

Hab. Ad terram in fruticetis declivis insulæ La Galite (*Galata*) : Durieu. — C. Muell., l. c., p. 417.

25. H. secundum M., — *Nilgh.* n° 8. — surculo repente, nudo irregulariter fasciculatimque ramoso, ramis procumbentibus compressis iterum ramulosis apice incurvis; foliis subquadrifariam im-

bricatis secundis ovato-lanceolatis acuminatis concavis tenuissime denticulatis, apice semitortis, obscure viridibus, anticis posticisque erectis, lateralibus obliquis, nervo ultramedio, perichætialibus enerviis longe acuminatis recurvis; operculo conico-attenuato, capsula inæquali ovato-oblonga cernua dimidio breviore.

Hab. Ad terram prope Neddoubetta in montib. nilgheriensibus: Perrottet. — C. Muell., l. c., p. 427.

26. H. trismegistum M., — *Cent.* V, n° 3. — squarrosulum; caule decumbente, divisionibus magnis dendroideis erectis vage subpinnatimque ramosis, ramis cuspidatis; foliis caulinis laxe — rameis dense imbricatis patentibus ovato-acuminatis enerviis; pedunculo longissimo lævi; operculo conico fere dimidiam capsulam ovato-oblongam cernuam æquante.

Hab. In districtu Buitenzorgi Javæ insulæ : Hb. Miquel.

Syn. Hypnum Korthalsii Dz. et Molkb. ex clar. C. Muell., l. c., p. 497.

27. H. liliputianum M., — *Cuba*, p. 528, t. 20, f. 3. — monoicum; caule pusillo simplicissimo repente; foliis confertis undique imbricatis erectis subsecundis lineari-lanceolatis enerviis apice obsolete dentatis, pedunculo ascendente sinistrorsum tortili; capsula subinæquali minima urceolata nutante; operculo calyptraque desiderata.

Hab. Ligno carioso adhærens in Cuba insula : Ramon de la Sagra.

28. H. discriminatum M., — *In litt.* ad C. Muell. — dioicum; caule procumbente vage ramoso, ramis crassiusculis squarroso-turgidis flexuosis; foliis caulinis squarroso-patulis rotundato-ovatis obtusis brevissime acuminatis, margine apicem versus serrulatis anguste elliptico-arcolatis, nervis binis brevibus; pedunculo longiusculo crasso lævi capsulam subhorizontalem magnam ovoideam turgidulam subcernuam late annulatam fulciente, operculo conico obtuso.

Hab. In sylvis umbrosis circa Ootacamund in montib. nilgher. : Perrottet. — C. Muell., l. c., p. 452.

Syn. Hypnum serratum M., *Nilgh.*, n° 9, non Pal. Beauv.

† 29. H. lonchophyllum M., mss. — *Guy.*, n° 675 *ined.* — caule fluitante debili intricato vage ramoso, ramis iterum ramulosis, ramulis

brevibus ; foliis distantibus longe lanceolatis patentibus flaccidis viridibus enerviis, apice dentatis fusiformi — vel vermiformi-areolatis, perichætialibus brevibus conformibus; pedunculo lævi e vaginula conico-truncata ascendente; capsula minuta, ovoideo-urceolata, tandem pendula, sub ore constricta ; peristomii interioris ciliis carinatis solidis i. e. haud lacunosis, ciliolis solitariis interjectis, operculo e basi convexa rostrato, rostro incurvo capsula longiori.

Hab. In aquis dulcibus fluitans prope Cayennam. : Leprieur, *Coll.* n° 1378. Caulis et folia hujusce musci *Fragilariæ* nova specie conspurcati sunt.

Desc. Caulis debilis, ruber, ramosus, intricatus, 12-15 centim. et ultra longus. Rami primarii vagi, satis elongati, minores tamen caule primario, ramulos breves et brevissimos patentes aut patenti-erectos hinc inde emittentes. Folia distantia, spiraliter circa caulem et ramos 2/5 disposita, a basi angustata eximie lanceolata (unde nomen), longa, prorsus enervia, margine a medio ad apicem usque irregulariter dentata, planiuscula, flaccida, patentia, viridia. Reticuli areolæ vermiculari-lineares, limitibus crassis. Perichætialia 6-7 longitudine varia ut et forma, exteriora breviora, ovato-lanceolata, interiora caulinis conformia, vaginulæ longiusculæ conico-truncatæ pistillis aliquot residuis onustæ inserta. Paraphyses nullæ. Folia omnia *Fragilariæ* specie nova mox describenda conspurcata. Pedunculus in caule ramisque lateralis, folio bracteatus, ruber, gracilis, lævis, e basi incurva erectus, pro ratione breviusculus, vix centimetrum longitudine, 5 centimillim. diametro metiens. Capsula minuta, ovoidea, dein urceolata, nutans, tandem pendula, sub ore constricta (an vetustate?), rugosa, subæqualis, millimetro brevior, fusca. Operculum e basi convexa rostratum, rostro incurvo capsula longiore. Peristomii exterioris dentes sedecim, 15 ad 17 centimillim. longi, triangulares, apice inflexi, trabeculati, obscure rubro-fusci, fere ad apicem usque lineolis (sulculis) longitudinalibus ternis, mediâ profundiori, exarati; interioris membrana cellulosa, luteo-rufa, in cilia totidem carinata, haud lacunosa, fissa, ciliolis solitariis interjectis. Calyptra pallida, longe conica, latere fere ad apicem usque acuminatum dehiscens.

Ab omnibus congeneribus aquaticis hæc species præsertim foliis enerviis capsulæque exiguitate abunde differt. Structura dentium peristomii magnopere notabilis.

II. ERIODON M.

Peristomium duplex, utrumque longissimum, capsulam dimidiam æquans; exterius dentes 16 lineari-lanceolati, articulati, capillari-attenuati. Interius membrana carinato-plicata, in cilia totidem inferne subcarinata, superne capillaria, ciliolis interjectis nullis, fissa. Capsula teres tandem curvula, subapophysata, exannulata. Operculum conico-subulatum, longum. Calyptra levis, latere fissa.

Flores monoici. Masculus in axilla foliorum caulinorum gemmiformis, ovoideus. Folia perigonalia 6-8 concava, ovata, breviter acuminata, enervia. Antheridia 12-15 oblonga, subsessilia, paraphysibus brevibus basi breviter — apice longissime articulatis stipata. Femineus et ille axillaris, e pistillis paucis paraphysibusque masculi compositus.

Musci corticolæ, repentes, habitu Leskearum, a quibus peristomio longe diverso capsulæque forma apophysatæ maxime differunt. — M., *Ann. sc. nat.* 3, IV, p. 98 et *Fl. Chil.*, VII, p. 38.

30. Eriodon conostomus M., — *Cent.* V, n° 17 et *Fl. Chil.*, VII, p. 39, t. 5, f. 2. — monoicus, cæspitosus, pallide viridis; caule repente subpinnatim ramoso, ramis iterum vage ramulosis; foliis ovatis acuminatis concavis margine denticulatis, basi plicato-recurvis, nervo supra medium evanido instructis angustissime lineari-areolatis; perichætialibus vaginantibus enerviis; capsula angusta cylindrica, demum arcuata exannulata basi subapophysata, operculo conico recte subulato.

Hab. In corticibus arborum provinciæ Valdiviæ et insulæ Chiloe reipublicæ Chilensis : Cl. Gay.

Syn. *Neckera Eriodon* C. Muell., l., c., p. 85. — *Entopogon cylindricus* Ejusd. in *Sched.*

31. Rhegmatodon orthostegius M., — *Nilgh.*, n° 27. — monoicus; caule repente vage ramoso, ramis brevibus tereti-filiformibus erectis viridibus dein rufescentibus, parce divisis, apice incurviusculis; foliis appressis ovato-acuminatis concavis margine integerrimo late revo-

lutis, nervo ultramedio carinato; perichætialibus late lanceolato-acuminatis vaginantibus subduplo longioribus; pedunculo levi capsulam inæqualem inclinatam oblongam pallidam suffulciente, operculo convexo-conoideo recto apiculato; peristomii dentibus externis brevissime lanceolatis, internis quadruplo longioribus conniventibus perforatis, omnibus longe infra orificium oriundis.

Hab. Ad corticem arborum circa *Kaitie* in dumetosis montium nilgheriensium : Perrottet. — C. Muell., l. c., p. 29.

32. Hookeria utacamundiana M., — *Nilgh.*, n° 20. — dioica; caule primario repente parce et irregulariter ramoso, ramis procumbentibus planis; foliis imbricatis distichis e basi symmetrica late ovata concava lanceolato-acuminatis, margine hic illic paululum reflexis, a medio ad apicem usque inæqualiter denticulatis, elongato-areolatis, nervis binis ultra medium productis; perichætialibus ovatis acuminatis, acumine reflexo, integerrimis ; capsula nutante vel horizontali oblongo-subclavata, operculo conico truncato obtusissimo.

Hab. Ad truncos in sylvis prope *Ootacamund* in montibus nilgheriensibus : Perrottet. — C. Muell., l. c., p. 197.

33. H. Leducbana M., — *Cent.* II, n° 97 et *Bonite*, p. 292. — monoica; caule repente vage ramoso, ramis brevibus incurvis; foliis ovato-lanceolatis acuminatis patenti-erectis subsecundis ob margines recurvos specie binerviis læte viridibus, elongato-seu fusiformi-areolatis; capsula ovoideo-urceolata subinæquali nutante; operculo conico oblique rostrato ; calyptra basi integra.

Hab. Ad cortices arborum in insula Galega : A. Leduc.

Obs. A cl. C. Mueller in *Syn. Musc.*, cur autem nescio, omissa. Forsan sub novo nomine, synonymia neglecta, publici juris facta.

34. H. papillata M., — *Cent.* V, n° 12, — hermaphrodita; caule late cæspitoso repente complanato fuscescente vage pinnatim ramoso ; foliis quadrifariis oblongis subretusis acuminulatis minute denticulatis dorso papillosis, nervis binis parallelis fere ad apicem percursis ; capsula in pedunculo levi apicem versus vix scaberulo parvula obovoidea cernua sub ore constricta, collo instructa, operculo convexo aut conico recte rostrato.

Hab. Ad cortices in prov. Buitenzorg Javæ insulæ : Hb. Miquel. — C. Muell., l. c., p. 219 et 678.

35. H. PHILIPPINENSIS M. — *Lond. Journ. of Bot.*, Janu. 1845, p. 11. — dioica; caule primario repente rameso, ramis pinnatis brevibus teretibus approximatis; foliis caulinis ex oblongo lanceolatis acuminatis concavis, ramcis oblongis cochleariformibus apice obtuso recurvo acuminulato undulato-crispo, margine tenuiter reflexo denticulatis, breviter binerviis, cellulis retis papillosis, perichætialibus in acumen serrato-ciliatum productis; capsula elongata horizontali pedunculo scabro fulta, operculo convexo-conico subulato, calyptra piloso-hirta, pilis laxosis albis.

HAB. Ad cortices in insulis Philippinensibus et Java : CUMING et ZOLLINGER. — C. MÜLL., l. c., p. 213.

† 36. H. SPLITGERBERI M. mss. : repens; caule complanato fusco-radiculoso bipinnatim ramosissimo, ramis alternis patentibus, ramulis extremis julaceis falcato-incurviusculis; foliis dimorphis, caulinis quadrifariam imbricatis ovato-oblongis acuminatis, acumine plicato-torto, mediis erectiusculis, lateralibus patenti-subrecurvis, ramulorum julaceorum confertissimis ovato-subrotundatis acuminulatis inæquilateris siccitate subcucullatis, in axilla fila convervoidea e caule (ut videtur) oriunda stellato-verticillata foventibus, omnibus siccitate contortis enerviis elongato-areolatis toto ambitu serrulatis. Flores et fructus ignoti.

HAB. In folio coriaceo ad Surinam lecto hancce speciem ab omnibus congeneribus distinctissimam legit SPLITGERBER qui mecum sub n° 1205, dum vivebat, communicavit.

OBS. Habitus jungermannoideus. Ramuli extremi singulares et inflorescentiam masculam jungermanniæ cujusdam simulantes. Nullum vestigium floris in his inveni, at modo in quavis foliorum axilla fasciculos pilorum e pedicello brevi stellatorum confervoideorum.

37. H. ANCISTRODES M., — *Cent.* V, n° 13 et *Fl. Chil.* VII, p. 47, t. 4, fig. 4. — dioica; caule repente subpendulo ramoso, ramis vagis longissimis; foliis undique imbricatis cymbiformi-oblongis abrupte piliformi-acuminatis, pili dentibus hamosis, cæterum integerrimis semibinerviis; capsula brevipedunculata ovato-cylindrica annulata; operculo convexo obtuse mucronato; calyptra longe conica lævi.

HAB. Ad cortices in provincia Valdivia reipubl. Chilensis : CL. GAY.

SYN. *Pilotrichum genuflexum* C. MUELL. l. c. p. 152.

38. H. PARADOXA M., — *Cent.* IV, n° 61 et *Bonite*, p. 296, ubi descriptio. — dioicus ? caule breviusculo procumbente vage ramoso ramisque complanatis; foliis imbricatis subdistichis elongato-linearibus acuminato-cuspidatis marginatis integerrimis, nervo evanescente percursis, perichætialibus brevibus ovatis enerviis ; capsula urceolato-oblonga pedunculo gracili lævi fulta, operculo convexo rostrato, calyptra basi ciliata.

HAB. Ad cortices in insulis Sandwich : GAUDICHAUD.

SYN. *Mniadelphus paradoxus* C. MUELL., l. c., p. 24.

39. H. FREYCINETII M., — ll. cc. — caule longissimo ascendente irregulariter subdichotome ramoso, ramis crassis compressis apice substellatis ; foliis patentibus oblongis acuminatis cuspidatis basi obliquis marginatis integerrimis, nervo ante apicem evanido instructis, siccitate undulato-crispulis.

HAB. Sterilis cum priori lecta.

SYN. *Mnium giganteum* dein *Hypnum Freycineti* SCHWÆGR. *Suppl.* III, t. 279 b. — *Mniadelphus* C. MUELL., l. c., p. 26.

40. H. MICRODENDRON M., — *Cent.* IV, n° 7 et *Bonite*, p. 293, t. 150, f. 3. — caule primario repente, divisionibus erectis tandem dendroideis bipinnato-ramosis, ramis patentibus complanatis obtusis ; foliis quadrifariam imbricatis distichis erecto-patulis, ex obovato subcuneatis apice rotundatis minute denticulatis, nervo tenui dimidiato percursis, basi lineari — cæterum punctiformi-areolatis flavo-viridibus nitidis ; fructu . . . .

HAB. In cortice arborum circa Tourane Cochinsinæ : GAUDICHAUD.

SYN. *Hypnum Microdendron* C. MUELL., l. c., p. 231.

41. H. CONTORTIFOLIA M., — *Cent.* IV, n° 6 et *Bonite* p. 295. — caule repente ramuloso ; foliis spathulatis vel oblongo-lingulatis obtusissimis undique imbricatis, nervo ante apicem evanescente instructis marginatis integerrimis, varie etiam madidis contortis læte viridibus, omnibus æqualibus ; fructu . . . .

HAB. Inter alios muscos in insulis Sandwich : cel. GAUDICHAUD.

SYN. *Mniadelphus contortifolius* C. MUELL., l. c., p. 23.

42. H. MNIIFOLIA M., — *Nilgh.* n° 21 non HORNSCH. — procumbens, pusilla ; caule brevissimo repente, parce ramoso ; foliis laxe appressis

spathulatis mucronatis pallide limbatis integerrimis nervo ante apicem evanido percursis, cellulis parvis, basi majoribus areolatis ; capsula in pedunculo glabro ascendente crasso lævi breviusculo suberecta oblonga subapophysata ; operculo conico acuminulato apice curvato.

Hab. Ad radices fruticum in montibus nilgheriensibus : Perrottet.

Syn. *Mniadelphus Montagneanus* C. Muell., l. c., p. 22.

43. H. seminervis M., — *Cent.* V, n° 11 et *Lond. Journ. of Bot. Dec.* 1844, p. 632. — caule repente compresso plano ; foliis sexfariam imbricatis spathulatis planis, mediis patenti-erectis, lateralibus patentibus adpressis, omnibus marginatis integris, nervo medio ad vel ultra medium evanido instructis ; fructu . . . .

Hab. Corticibus adrepens in Java insula, in provincia Buitenzorgi lecta : Hb. Miquel.

Syn. *Mniadelphus spathulatus* C. Muell., l. c., p. 24.— *Hookeria* Dz. et Molkb. *Ann.* 3e *Sér.*, II, p. 305, ex C. Muell. ; sed folia sexfaria, non quadrifaria, mutica, haud apiculata, etc.

44. H. Webbiana M., — *Canar.*, p. 12, t. 1, f. 1. — caule procumbente vage bipinnatim ramoso, ramis obtusis planissimis ; foliis duplicato-distichis patentissimis obovato-oblongis, apice obtuso tenuissime denticulatis, nervo vix conspicuo unico instructis, punctato-areolatis, perichætialibus e basi vaginante angustata linguiformibus enervibus seu breviter binerviis ; capsula subæquali ovoidea, sub ore coarctata.

Hab. In sylva *Agua Garcia* Teneriffæ : Webb, Despreaux.

Syn. *Hypnum Webbianum* C. Muell., l. c., p. 230.— Vera *Omalia*.

45. H. (Pterygophyllum) obscura M., — *Cent.* V, n° 11 bis et *Fl. Chil.*, l. c., p. 50. — monoica ? caule erecto brevi subsimplici ; foliis quadrifariam imbricatis, lateralibus patenti-erectis spathulatis, dorsalibus seu mediis erectiusculis obovatis, omnibus apice grosse serratis, nervo crasso subbifurco ante apicem evanido. Cætera desunt.

Hab. In provinciis australioribus reipubl. Chilensis : Cl. Gay. — C. Muell., l. c., p. 204.

† 46. H. (Pterygophyllum) Orbigniana M. mss : dioica ? caule procumbente planissimo subdichotomo (unc. 3 longo, 2 lin. lato) ; foliis sexfariam imbricatis ovatis apiculatis nervo basi rubro sub apicem viridi evanido percursis, toto ambitu tenuissime serrulatis, planis, me-

diis erecto-patentibus, lateralibus majoribus patentissimis, omnibus minutissime rotundato-areolatis immarginatis. Flores feminei axillares. Folia perichætialia exteriora ovato-acuminata sensim majora, interiora e basi oblonga concava longissime subulata incurva, nervosa, intimo auguste lanceolato. Pistilla octona absque paraphysibus.

Hab. In sylvis collinis densis humidis, inter *Chupe* et *Yanacache* in Bolivia a cel. Alc. d'Orbigny lecta.

Syn. *Hookeria asplenioides*, var. *nervo subcontinuo* Montg. *Fl. Boliv.*, p. 109, non Steud.

Obs. Ab *Hookeria asplenioide*, cui primo aspectu simillima, foliis nec marginatis nec grosse dentatis, nervo subcontinuo purpureo præditis et minute punctiformi-areolatis revera differt.

47. H. (Pterygophyllum) splendidissima M., — *Prodr. J. Fern.* n° 145, *Fl. Bol.*, p. 110 et *Fl. Chil.*, l. c., p. 50. — dioica; rhizomate repente, divisionibus procumbentibus parce ramosis latissime complanatis longissimis; foliis amœne viridibus nitidis quadrifariam imbricatis, lateralibus patentissimis, intermediis brevioribus suberectis, ovato-oblongis acutis enerviis subintegerrimis, cellulis angustissimis densissimisque areolatis, perichætialibus lanceolato-acuminatis, intimo cylindraceo-convoluto; capsula in pedunculo parum exserto ovato-elliptica; operculo e basi convexa rostrato, rostro recto; calyptra basi integra capsulam longitudine adæquante.

Hab. In cortice arborum insulæ *J. Fernandez* nec non in *Chile*: Bertero, Gay, Cuming. — Schwægr., *Suppl.*, IV, t. 320. — C. Muell., l. c., p. 203.

48. Isothecium nilgheriense M., — *Nilgh.* n° 18. — caule prostrato repente, divisionibus procumbentibus dendroideo-ramosis apice prolifero-attenuato radicantibus, ramis pinnato-subfasciculatis sensim brevioribus incurvatis; foliis imbricatis ovato-lanceolatis concavis toto ambitu tenuissime serrulatis scariosis, nervo ultramedio striisque quatuor percursis; perichætialibus enerviis estriatis piliformi-acuminatis squarrosis; capsula oblonga erecta æquali submicrostoma; peristomii interioris membrana carinato-sulcata in cilia 16, ciliolis subbinis brevioribus interjectis, divisa; operculo . . . .

Hab. Ad rupes in montibus nilgheriensibus: Perrottet.

Syn. *Hypnum nilgheriense* C. Muell., l. c., p. 462.

49. ? TRICHOPHORUM M., — *Cent.* IV, n° 1 et *Bonite*, p. 302. — caule primario repente ramoso, ramis filiformi-attenuatis compressiusculis iterum vage divaricateque ramulosis ; foliis inferne densius — superne laxissime imbricatis e basi amplexicauli subauriculata longe lanceolatis piliformi-acuminatis, pilo in foliis supremis longissimo, prorsus enerviis, interdum plica nervum simulante instructis. Color aureo-fuscus nigricans, apicem versus lutescens.

HAB. In cortice arborum in insulis Sandwich : GAUDICHAUD.

SYN. *Neckera trichophora* C. MUELL., l. c., p. 130.

50. I. ANDRIEUXII M., — *in litt. ad cl.* C. MUELL. — dioicum ; cæspitosum e luteo aurescens ; caule decumbente dichotome diviso, ramis brevibus curvulis homalophyllis, modo crassioribus, modo tenuioribus ; foliis caulinis subsecundis confertis oblongo-lanceolatis profunde concavis superne subobliquis margine revolutis apice dentatis, seminerviis angustissime lineari-areolatis ; perichætialibus vaginantibus enerviis attenuato-acuminatis, acumine brevi latiusculo subreflexo, subintegerrimis ; pedunculo elongato lævi ; capsulâ angusta cylindrica aurantiaca ; peristomii dentibus brevibus involutis, ciliis rudimentariis e membrana altiuscula flava oriundis.

HAB. In corticibus. Mexico : ANDRIEUX.

SYN. *Hypnum Andrieuxii* C. MUELL., l. c., p. 348.

51. I. INSIDIOSUM M., — *Cent.* IV, n° 71, t. 15, f. 1. — caule diviso simpliciter pinnato, ramis teretibus recurvis acutis ; foliis imbricatis appresso-patulis ovatis concavis nitidis, basi utrinque breviter reflexis, nervis binis instructis, perichætialibus enerviis ; capsulæ erectæ æqualis operculo conico acuminato obtuso incurviusculo.

HAB. Secus vias ad terram in sylva Saint-Germain prope Lutetiam alibique : LA PYLAIE.

SYN. *Hypnum Schreberi* var. γ *orthocarpum* BRID., *Bryol. univ.*, II, p. 422. — *Entodon Montagnei* C. MUELL., *Linn.*, XVIII, p. 708. — *Hypnum orthocarpum* LAPYL. mss. — *Neckera orthocarpa* C. MUELL., *Syn. Musc.*, II, p. 69. — *Cylindrothecium Montagnei* SCHIMP., *Bryol. Eur.* cum icone eximia.

52. LESKEA DISTANS M., — *Cent.* V, n° 18 et *Fl. Chil.*, l. c., p. 35. — dioica ; caule repente ramoso, ramis erectis compressis ; foliis ovato-lanceolatis erecto-patentibus, basi reflexis apice serratis subenerviis,

pericluetialibus vaginantibus ; capsula oblonga octostriata, annulata, operculo rostrato, ciliis peristomii interioris brevissimis.

Hab. In provinciis austral. reip. chilensis : Cl. Gay.

Syn. *Neckera Pœppigiana* C. Muell., l. c., p. 115. — *Leucodon gracilis* Hamp., *Ic. Musc.*, t. 18, ex C. Muell., l. c., vix eadem stirps.

53. L. acidodon M., — *Cent.* V, n° 15. — monoica, cæspitosa ; caule primario repente pinnato, ramis brevibus ascendentibus ; foliis imbricatis subsecundis ovato-lanceolatis apice acuminiulatis margine integerrimo reflexis enerviis aureo-fulvis ; capsula inclinata oblonga sub ore constricta ; operculo longe rostrato æquilongo ; peristomii exterioris dentibus oblongis longe cuspidatis.

Hab. Ad corticem repens in insula Borbonica : Hb. Ach. Richard.

Syn. *Rhegmatodon rufus* C. Muell., l. c., p. 30, ubi alia synonyma vide.

54. L. Duisabonæ M., — *Cent.* V, n° 16. — monoica ; caule repente vage subpinnatimque ramoso ; ramis laxis inæqualibus compressis ; foliis imbricato-subdistichis ovali-lanceolatis acuminatis margine reflexo concavis integerrimis enerviis ; pedunculo lævi in ramis lateralì ; capsula inæquali subhorizontali, operculo conico longirostro.

Hab. Ad caules *Macromitrii mauritiani* adrepens : Duisabo. — *Hypnum Duisabonæ* C. Muell., l. c., p. 309.

† 55. L. helvola M. mss., — *Hb. Delessert.* — caule primario repente, divisionibus biuncialibus erectis helvolis, ramis pinnatis decrescentibus tenuibus gracilescentibus ; foliis caulinis e basi cordata amplectente ovato-acuminatis patentibus subintegris aut vix hinc inde denticulatis, rameis ovato-lanceolatis erectis evidentius et tenuissime denticulatis, elongato-lineari-areolatis, utrisque nervo dimidiato percursis ; perichætii longissimi foliis conformibus strictis enerviis, intimis longioribus convolutaceis ; pedunculo scaberrimo capsulam ovoideam primo suberectam, maturam vero inclinatam uno latere gibbosam fulciente ; operculo conico acuminato, acumine obliquo ; peristomii exterioris dentibus lanceolatis dense trabeculatis sulco longitudinali exaratis brunneis, apice inter cilia interiora longiora pertusa inflexis, nullo ciliolo interjecto ; calyptra dimidiata pallida.

Hab. Ad cortices in Andibus peruvianis circa Quito legit hanc speciem ut videtur legitimam et nondum descriptam cl. Jameson. — An *Leu-*

codon scabrisetus Tayl. (*Neckera* C. Muell.)? at duplex peristomium adesse certo certius est.

56. L. Gayana M., — *Cent.* V, n° 5 et *Fl. Chil.*, p. 36, t. 3, f. 4.— dioicum; caule repente complanato vage ramoso, ramis sparsis subpinnatis patentibus longissimis; foliis patenti-suboctostichis late subrotundis breviter acuminatis 5-plicatis, nervo obscuro, subintegerrimis; perichætii polyphylli foliis ovalibus acuminatis enerviis, intimis convolutaceis; capsula oblonga horizontali 8-striata.

Hab. Ad corticem in provinciis austral. reipubl. chilensis: Cl. Gay.

Syn. *Hypnum ptychocarpum* Schwægr., *Linn.*, 1844, II, 6, p. 674.— C. Muell., l. c., p. 459.

III. SYMPHYODON M.

Peristomium duplex, utrumque insigniter longum. Exterius dentes sedecim subulati, linea media longitudinali exarati, tandem *normaliter*! ad dimidiam decidui, parte inferiori persistentes et membrana annulari conjuncti, extrorsum reflexiles. Interius delicatissimum e membrana basilari brevi, haud plicata, cilia totidem et eadem ac dentium longitudine utentia, tandem evanida emittens. Capsula exannulata, ovoideo-lanceolata, subinæquali, aculeolis compressis spinuloso-horrida. Pedunculus scaberrimus. Operculum longe conicum. Calyptra basi subinerassata, apice acuminulata asperula, latere rumpens. Sporæ minutæ, sphæricæ, punctatæ, viridi-luteæ.

Flos dioicus lateralis. Masculus femineusque gemmiformis, alaris. Antheridia decem ad duodecim oblonga, pedicellata, nullis paraphysibus stipata. Pistilla sex ad duodecim, unico fecundo, paraphysibus articulatis, filiformibus comitata.

Habitus hypnoideus, vage fasciculatimque ramosus, compressus. Folia imbricata 3/4 spiraliter disposita, tenuissime areolata, ut in plerisque Hookeriis binervia, apice serrulata undulato-crispa, perigonialia perichætialiaque enervia. Capsula spinoso-aculeolata. Columella centralis, longitrosum plicata,

apice truncata, stylo coronata. Sedes ad imos arborum truncos. Patria India orientalis. Vita perennis. — M., *Cent.* II, n° 100, in *Ann.*, novemb. 1841.

57. SYMPHYODON PERROTTETII M., — *Cent.* II, n° 100, *Ann.*, 2, XVI, p. 280, t. 17. — caule repente ramoso, ramis ascendentibus iterum vage fasciculatimque ramulosis, compressis ; foliis ovato-oblongis serratis semibinerviis ; capsula ovato-lanceolata echinata subinæquali, operculo longe conico.

HAB. Ad imos arborum truncos in montibus cæruleis peninsulæ Indicæ ab Anglis vernacule *Neel-Gherries* nuncupatis, circa Ootacamund : PERROTTET.

SYN. *Neckera Perrottetii* C. MUELL., *Syn. Musc.*, II, p. 72. — Icon citata quoad peristomia erronea est.

58. PTEROGONIUM INDICUM M., — *Nilgh.* n° 29. — dioicum ; caule primario repente, divisionibus erectis filiformi-gracilescentibus irregulariter pinnatis, pinnis subsimplicibus ; foliis undique imbricatis ovatis acuminatis concavis apice denticulatis margine recurvis, nervo valido ultra medium producto, perichætialibus pedunculum brevem subæquantibus piliformi-attenuatis tenuinerviis ; capsula oblonga exannulata breviter exserta, operculo convexo acuminato duplo minori obliquo.

HAB. In truncis arborum soli expositis circa *Kaitie* in montibus nilgheriensibus : PERROTTET.

SYN. *Neckera indica* C. MUELL., l. c., p. 94.

59. P. CONSANGUINEUM M., — l. c., n° 28. — dioicum ; caule ramoso ramisque repentibus simplicibus tereti-filiformibus sensim decrescentibus apice recurvis ; foliis ovatis acuminatis in plano falcatis, nervo sub apicem denticulatum evanido, margine patentibus subsecundis fuscescentibus ; perichætialibus ovato-oblongis duplo longioribus nervosis pallidis ; capsula cylindrica erecta, operculo brevi conico-acuminato ; peristomii dentibus albis conniventibus, siccitate incurvis.

HAB. In cortice arborum cum priori. — *Hypnum consanguineum*, C. MUELL., l. c., p. 472.

60. P. SQUARROSULUM M., — *Lond. Journ. of Bot. Janu.* 1825, p. 10.

— monoicum, repens; caule alterne ramoso, ramis tenuissimis filiformibus simplicibus ascendentibus squarrosulis; foliis caulinis dense imbricatis ovatis sub apice acuminatis, acumine patenti, quadrato-areolatis subenerviis, obsolete superne denticulatis; perichætialibus oblongis filiformi-acuminatis, intimis longe crinitis reflexis; capsula in pedunculo flavido turgide elliptica aut cylindracea; peristomii dentibus brevissimis aurantiacis, ciliis tenerrimis brevioribus albidis fugacissimis.

Hab. Ad corticem arborum in insulis Philippinensibus; Cuming, n° 2201.

Syn. *Neckera squarrosula* C. Muell., l. c., p. 101.

Obs. Areolatio foliorum caulinorum insignis: nervi vice cernuntur cellulæ lineares a basi ultra medium flabellatim irradiantes et undique cellulis aliis quadratis opacioribus circumdatæ.

61. Daltonia Lamyana M., — *Notice*, *Suppl.* n° 1, t. 18, f. 2. — aquatica; caule elongato ramoso, ramis paucis fluitantibus inferne denudatis; foliis late ovatis concavis subacuminatis obtusiusculis nervo ultramedio; perichætialibus dentatis; capsula urceolata perichætio immersa, operculo brevi conico-incurvo.

Hab. In rivulis prope Lemovicem (Limoges) in societ. cum *Grimmia rivulari* et *Cinclidoto fontinaloide*: Lamy.

Syn. *Pilotrichum heteromallum* P. B. var. γ *aquatile* C. Muell., l. c., p. 168.

62. Fabronia nivalis M., — *Cent.* 1, n° 98 et *Fl. Boliv.*, p. 107, t. 3, f. 3. — dioica; caule repente inordinate ramoso, ramis filiformibus fasciculatis, apice incurvis; foliis ovato-lanceolatis piliformi-acuminatis subsecundis irregulariter remote et breviter acute-dentatis vel dentato-ciliatis, seminerviis; capsula ovato-oblonga vel pyriformi; operculo convexo rostrato, rostro tenui incurvo.

Hab. In summis jugis Andium prope Cochabamba Boliviæ ad nives æternas supra terram: Alc. d'Orbigny. — C. Muell., l. c., II, p. 35.

63. F. secunda M., — *Nilgh.* n° 31. — monoica, cæspitoso-pulvinata, sericea; caule tenerrimo repente ramoso, ramis capillaribus subsimplicibus; foliis imbricatis secundis anguste lanceolatis, concavo-carinatis, piliformi-acuminatis, nervo obsoleto ultramedio percursis

margine minute denticulatis ; perichætialibus enervibus, exterioribus ovatis, interioribus lanceolatis vix dentatis integrisque ; capsula ovoideo-urceolata, operculo planiusculo mamillato.

Hab. In montibus nilgheriensibus, in sylvis humidis circa Dotacamund : Perrottet. — C. Muell., l. c., p. 36.

64. Neckera Lepineana M., — *Cent.* VI, n° 1. — dioica ? caule longissimo decumbente bipinnato ramoso, ramis remotis divaricatis ; foliis distichis oblongis apice truncatis undulato-plicatis, nervo basilari instructis, perichætialibus intimis oblongo-acuminatis ; capsula cylindracea inferne attenuata perichætio immersa ; operculo conico oblique rostrato.

Hab. Ad basin truncorum in insula Taïti : Jules Lépine. — C. Muell., l. c., p. 49.

Syn. *N. undulata* Montag., *V. P. S.*, p. 318, p. parte, non Hedw.

65. N. obtusata M., — *Cent.* IV, n° 5 et *Bonite*, p. 287. — caule primario decumbente ramoso, ramis complanatis obtusis subramosis ; foliis distiche imbricatis, e basi concava oblongis obtuse rotundatis undulatis integerrimis, nervo ad medium evanescente instructis, elliptico-areolatis ; fructu.....

Hab. In cortice arborum Cochinsinæ prope Tourane : Gaudichaud. — C. Muell., l. c., p. 58.

66. N. cylindracea M., — *Cent.* VI, n° 2. — dioica ? caulibus secundariis erectis bipinnatis, ramis compressis alternis heteromorphis, aliis ex toto foliosis, aliis vero inferne nudiusculis vel squamiformi-foliosis ; foliis subdistiche imbricatis cymbiformibus ovato-oblongis acuminatis integerrimis, nervo simplici aut bifurco brevissimo instructis, elongate angustissimeque lineari-areolatis ; perichætii interioribus longissimis lanceolatis longeque acuminatis ; capsula immersa cylindracea gracili longa pachyderma fusca.

Hab. In insula Taïti : Jules Lépine.

Syn. *Pilotrichum cylindraceum* C. Muell., l. c., p. 182.

67. N. Vulpina M., — *Guyane centr.*, p. 203, t. 4, f. 1. — monoica ? caule decumbente vage et subpinnatim ramoso ; ramis subdivisis apice obtuso incurvis sordide viridibus ; foliis caulinis erecto-patulis subsecundis cymbiformi-oblongis obtusissimis sed plicaturis binis ternisque

spurie acuminatis concavis integerrimis enerviis ; perichætialibus longioribus ovatis acutis ; capsula in pedunculo longiusculo trilineari oblongo-cylindrica erecta, operculo e basi convexa curvirostro.

Hab. Ad truncos in sylvis montium Guyanæ : Leprieur.—C. Muell., l. c., p. 79.

† 68. N. guyanensis M., Hb. : surculo repente, caule procumbente pinnato ; foliis oblongo-ovatis concavis subapicem utrinque plica inflexa acuminatis, acumine patulo, quinquefariam subspiraliter imbricatis, integerrimis enerviis tenuissime lineari-areolatis ; perichætialibus exterioribus minoribus late ovatis longeque acuminatis, interioribus lanceolatis plus duplo longioribus; capsula in ramis lateralì, perichætio immersa, pedunculo brevissimo subnullo fulta, ovato-oblonga truncata ; operculo longitudine capsulæ conico subacuminato ; calyptra conica, basi modo hinc breviter fissa.

Hab. Ad ramulos in sylvis umbrosis Guyanæ : Leprieur.

Syn. *N. imbricata* var. *brachypoda* Montag., *Cent.* II, n° 74, non Schwægr.

Obs. Plures sub nomine *N. imbricatæ* species traditæ sunt, nempe *N. rigida*, *versicolor* et *imbricata*, omnes, ut videtur, quoad formam foliorum et ramificationem simillimæ. Hujus ultimæ fructus nondum innotuit. A prioribus nostra perfacile distinguitur brevitate pedunculi semimillimetrum æquantis aut subnulli et ea de causa capsula perichætio longissimo omnino immersa.

69. Leucodon hexastichus M., — *Cent.* V, n° 22 et *Fl. Chil.*, l. c., p. 42. — dioicus ; caule repente tomentoso, ramis erectis teretibus obtuse acutis ; foliis sexfariam julaceo-imbricatis oblongo-lanceolatis obtusiusculis striato-plicatis subseminerviis, apice denticulato acuminatis, acumine piliformi aut breviusculo reflexo ; perichætialibus vaginantibus enerviis ; capsula oblonga subapophysata exannulata, operculo convexo oblique rostrato ; peristomii dentibus sæpius apice coalitis.

Hab. Ad cortices Malorum in provinciis austral. Chiles : Cl. Gay.

Syn. *Neckera implexa* C. Muell., l. c., p. 93.

Ordo IV. CLADOCARPI.

70. Cryphæa Gorveana M., — *Cent.* V, n° 20 et *Fl. Chil.*, VII, p. 53, t. 5, f. 3. — monoica ; caule pendulo longissimo vage ramoso, ramis

brevibus patentibus apice fructigeris; foliis imbricatis ovatis erecto-patentibus, nervo continuo crasso percursis, vix crenulatis concavis margine inferne subrevolutis; perichætialibus longissime lanceolatis, nervo subulatis; capsula immersa sessili oblonga subcostata; operculo conico acuminato recto.

Hab. Ad truncos et ramos arborum circa Valdivia reipubl. chilensis.

Syn. *Pilotrichum Gorveanum* C. Muell., l. c., p. 175.

71. C. consimilis M., — *Cent.* V, n° 21 et *Fl. Chil.*, l. c., p. 52. — monoica; caule repente diviso, divisionibus erectis subpinnatim ramosis; foliis ovato-lanceolatis acuminatis, margine reflexis integerrimis, nervo subevanido; capsula oblonga perichætio pilifero immersa, annulata; operculo eximie conico; calyptra basi integra aut lacinulata.

Hab. In cortice arborum Chiles meridionalis.

Syn. *Pilotrichum consimilis* C. Muell., l. c., p. 166.

72. C. helictophylla M., — *Cent.* V, n° 19, et *V. P. S.*, p. 322. — dioica; caule longissimo adrepente filiformi pendulo pinnatim ramoso, ramis brevibus patentibus attenuatis; foliis imbricatis ovato-lanceolatis acuminatis subintegerrimis, nervo obsoleto, basi utrinque auriculatis, siccitate madoreque cochleatim convolutis bistriatis; capsula subsessili oblongo-urceolata, perichætio immersa; operculo convexo oblique mucronato; calyptra pilosa.

Hab. Ex arboribus pendula in insula Taïti: Jacquinot et J. Lepine.

Syn. *Pilotrichum* C. Muell., l. c., p. 174.

73. Leptodon coronatus M., — *Cent.* 1, n° 99 et *Flor. Boliv.*, p. 108. — monoicus; caule repente filiformi-ramoso; ramis ascendenti-erectis subpinnatis fertilibus, ramulis patenti-erectis teretibus apice subincurvis obtusiusculis; foliis ovatis acuminatis concavis margine subreflexo plano bistriatis seminerviis; perichætialibus ovato-subulatis longissimis concavis enerviis laxe quadrate reticulatis; capsula elongato-subcylindracea; operculo conico brevi incurvo-acuminato.

Hab. Ad cortices in sylvis prope Iribucua: Alc. d'Orbigny.

Syn. *Neckera coronata* C. Muell., l. c., p. 94.

74. L. longisetus M., — *Canar.*, p. 20. — dioicus; caule procumbente pinnato, fertili abbreviato, ramis subteretibus confertis erecto-patentibus non incurvo-cincinnatis; foliis undique imbricatis subdi-

stichis ovatis concavis obtusissimis margine anguste reflexis, plica una alterave notatis, perichætialibus exterioribus ovato-acuminatis apice deflexis, intimis longioribus lanceolatis, omnibus nervo crasso pallido ultramedio flexuoso percursis; capsula in pedunculo longiusculo exserto (0m,01 longo) erecto ovata erecta; peristomium internum: membrana brevissima.

Hab. In insula Teneriffæ: Webb.

Syn. *Neckera longipedunculata* C. Muell., l. c., p. 119.

IV. LEPTANGIUM M.

Peristomium nullum. Capsula membranacea, tenuissima, parallelogramme cellulosa, pellucida, hyalino-alba! oblonga, truncata, macrostoma, in ramulo laterali terminalis, sessilis, foliis perichætialibus semiimmersa. Caulis pusillus, repens, subtus radicellosus, alterne ramosus, ramis brevissimis. Operculum et calyptra ignota. Sporæ globosæ, læves, nucleo granuloso. — *Leptangium* M., *in litt. ad* C. Mueller.

Ob substantiam capsulæ foliaceam et in tota serie muscorum prorsus alienam genus facile distinctissimum nec cum ullo altero vel Pilotricho confundendum.

75. Leptangium (Erpodium) Perrottetii M., — *Cent.* I, n° 90, sub *Schistidio.* — monoicum (?) caule repente radiculoso semitereti ramoso, ramis alternis erectiusculis; foliis caulinis trifariam imbricatis ovato-acuminatis concavis tenerrimis enerviis, ramcis undique imbricatis laxis patentibus integerrimis; cellulis retis amplis elongatis, alaribus laxe quadratis pellucidis; perichætialibus remotis patenti-recurvis reflexisve magis acuminatis; capsula subsessili oblonga seu truncata macrostoma tenerrima pellucida albida; operculo calyptraque ignotis.

Hab. Ad terram nudam arenosam repens, in Senegambia lectum: Perrottet.

Syn. *Schistidium Perrottetii* M., l. c., — *Leptangium Perrottetii* C. Muell., l. c., II, p. 185. — Species rarissima *Leptangio domingensi* proxima at tamen diversa.

Ordo V. RHIZOCARPI.

V. DIPLOSTICHUM M.

Capsula basilaris, æqualis, striata, exannulata. Peristomium simplex. Dentes 16 æquidistantes, e basi membranacea orti, plani, lanceolati, trabeculati, longitrorsum grammice lineolati, passimque perforati. Operculum convexum, oblique rostratum. Calyptra cuculliformis. Folia distiche imbricata. — M., *Fl. Chil.*, VII, p. 67. — *Phyllogonium* (Eustichia) Brid.

76. Diplostichum longirostrum M., — l. c. — caule erecto aut procumbente gracili dichotome ramoso, ramis subfastigiatis; foliis imbricato-distichis ovatis acuminatis nervo cuspidatis complicato-carinatis tenuissime serrulatis quadrate areolatis; pedunculo basilari; capsula ovoidea erecta æquali 8-striata; operculo e convexa basi oblique longirostro.

Hab. Ad arborum truncos in provinciis merid. reipubl. chilensis: Cl. Gay.

Syn. *Eustichia longirostris* C. Muell., l. c., I, p. 42.

Ordo VI ACROCARPI.

Sectio I. *STEGOCARPI*.

* Polytrichum (Lipotrichum) dendroides Brid. — M., *Fl. Chil.*, VII, p. 70, t. 1, analytica et descriptio locupletissima.

77. P. (Catharinea) Molinæ M., — *Cent.* V, n° 23 et l. c., p. 73, t. 4, f. 3. — caule cæspitoso simplici; foliis ovato-lanceolatis, obtusis basi quadrata membranacea caulem amplectentibus, margine erecto undulato, supra medium patenti-incurvis canaliculatis integerrimis, nervo sensim dilatato percursis, a medio ad apicem multilamellatis, siccitate uncinato-incurvis; capsula subinclinata oblongo-cylindracea; operculo conico-rostrato dimidiam capsulam vix æquante; dentibus peristomii 32.

Hab. In Chile australi ad terram: Cl. Gay. — C. Muell., l. c., p. 198.

78. P. (Catharinea) Riedelianum M., — *Cent.* II, n° 93. — dioicum;

caule cæspitoso simplici elongato ; foliis remotiuscul's inferioribus oblongis, superioribus lanceolatis majoribus basi semiamplexicaulibus, omnibus margine undulato-flexuosis teneris viridibus pellucidis, apice carinaque irregulariter dentatis, nervo crasso apicem versus lamellato, siccitate involuto-cirrhatis ; perichætialibus maximis basi longe vaginantibus ; capsula ovato-oblonga crassa brevi, ore truncata, operculo e basi conica longirostro prædita, erectiuscula; calyptra glabra, mature decidua.

Hab. In Brasilia : Riedel. — C. Muell., l. c., p. 197.

79. P. (Pogonatum) perichætiale M., — *Nilgh.*, n° 39. — dioicum ; caule simplici mediocri basi nudo apice dense folioso ; foliis brevibus lineari-subulatis lævibus, siccitate strictis, madore patenti-erectis, margine nec membranaceo nec replicato integerrimis, basi utrinque minute auriculatis fuscis, nervo latissimo multilamellato ; perichætialibus discoloribus duplo longioribus vaginulam longe amplectentibus ; capsula cylindracea lævi erecta crassiuscula ; operculo e basi convexa breviter apiculato.

Hab. Ad terram nudam in montibus nilgheriensibus : Perrottet. — C. Muell., l. c., p. 207.

* P. oligodus Kunze. — M., *Fl. Chil.*, l. c., p. 75, descriptio.

80. Bartramia (Philonotis) cycnea M., — *Cent.* V, n° 24 et *Fl. Chil.*, VII, p. 83, t. 2, f. 2. — monoica aut dioica, parvula ; caule brevissimo erecto radiculoso-tomentoso, ramulis paucis verticillatis erectis aut subsecundis breviusculis ; foliis imbricatis brevibus secundis, lineari-lanceolatis falcatis, nervo subcontinuo crasso superne dorso serrulato in acumen producto percursis, carinato-concavis, margine erecto argute dentatis ; pedunculis flexuoso-incurvis ; capsula sphærica 16-striata gymnostoma, operculo convexo.

Hab. Ad terram in locis uliginosis provinciæ *Concepcion*, reipubl. chilensis : Cl. Gay. — C. Muell., l. c., p. 479.

81. B. ambigua M., — *Cent.* V, n° 24 bis, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 79. — dioica, laxe cæspitosa, subhumilis ; caule erecto dichotome ramoso ; foliis confertis erecto-appressis, e basi ovata margine revoluta lanceolato-subulatis, siccitate strictis, madore patulo-recurvis, margine dorsoque in nervum serrulatis ; capsulæ oblongæ erectæ striatæ operculo convexo hemisphærico, peristomio simplici, brevi.

Hab. In terra nuda et ad rupes prope Santiago et in Chile australiori : Cl. Gay. — C. Muell., l. c., p. 502.

82. B. Muelleri M., — *in litt. ad* C. Muell. — dioica, dense cæspitosa ; caule erecto teretiusculo recurvo-flexuoso apice comoso incurvato ; foliis erecto-appressis superne falcato-secundis, e basi longe vaginante albida pellucida abrupte latiuscule subulatis acutis, margine haud revoluto sensim argute serratis, dorso scaberrimis, nervo crasso excurrente subulam totam occupante percursis ; capsula in pedunculo brevi pseudolaterali globosa crassa obliqua profunde sulcata, operculo hemisphærico-conico, peristomio duplici magno.

Hab. Columbia, Sierra-Nevada, provinc. Meridæ : Moritz., — C. Muell., l. c., p. 498.

Syn. *B. potosica* Ejusd. *in litt. et in Linn.* XIX, p. 204, non M. — *B. patens* Hook. in Kunth, *Syn. Pl. Æquin.*, p. 55.

83. B. potosica M., — *Cent.* 1, n° 96 et *Fl. Boliv.*, p. 95. — laxe cæspitosa ; caule simplicissimo inferne tenui parce folioso apice clavato ; foliis e basi quadrata tenerrima vaginante statim in subulam sublongam acutam carnosam concavam nervo lato percursam, dorso scaberrimam margine tenuissime serrulatam productis, fragilissimis, siccitate strictis, madore patenti-erectis ; capsula . . . .

Hab. In jugis Andium provinciæ Potosi, ad rupes prope glacies æternas : Alc. d'Orbigny. — C. Muell., l. c., p. 494.

84. Glyphocarpus Webbii M., — *Cent.* 1, n° 97 et *Canar.*, p. 28, t. 2, f. 2. — dioicus ; caule procumbente subpulvinato denso rufo-tomentoso pluries dichotome ramoso, ramis brevioribus subsimplicibus una cum caule teretibus attenuatis subsecundis erectis ; foliis confertis e basi ovata lanceolato-subulatis robustis, margine insigniter revolutis serrulatis, dorso scaberrimis, undique patenti-erectis, siccitate cauli appressis, nervo crasso in acumen robustum excurrente percursis ; perichætialibus angustioribus levioribusque ; capsula in pedunculo recto brevissimo inter ramos binos posito subexserta pachyderma globosa lævi gymnostoma ; operculo hemisphærico depresso mamillato.

Hab. Insulæ Teneriffæ ad summam vallem orotaviensem in fissuris rupium quas incolæ *los Organos* dicunt : celeb. P. Barker-Webb.

Syn. *Bartramia Webbii* C. Muell., l. c., p. 504.

85. Funaria physcomitrioides M., — *Nilgh.* n° 43. — dioica ; caule erecto simplici ; foliis erectis oblongis acuminatis, acumine filiformi tertiam folii partem æquante aut breviori, nervo ad apicem percursis, integerrimis tenerrimis flaccidis grosse quadrateque reticulatis, siccitate crispulis ; pedunculo flexuose erecto apice dextrorsum torto ; capsula exannulata erecta pyriformi basi plicata, cæterum lævi, operculo planissimo, peristomii exterioris dentibus apice haud cohærentibus irregularibus constricto-articulatis interioribusque punctulatis.

Hab. Ad terram in sylvis siccis montium nilgheriensium : Perrottet. — C. Muell., l. c., p. 111.

Syn. *F. subnuda* Tayl., *Lond. Journ. of Bot.*, 1846, p. 57, ex observ. cl. Wilson, varietas foliis minus acuminatis.

86. Physcomitrium Orbignianum M., — *Fl. Bol.*, p. 87, t. 3, f. 2. — cæspitosum ; caule erecto longissimo simplici vel ramoso ; foliis e basi amplexicauli elongato-lanceolatis acuminatis spinoso-dentatis carinatis margine undulatis, siccitate crispato-involutis, nervo ultra medium subcontinuo ; capsula turbinato-obconica, operculo plano mamillato.

Hab. Ad terram arenosam in collibus sylvosis provinciæ *Corrientes* Americ. merid. secus flumen Sanctæ-Luciæ : Alc. d'Orbigny. — C. Muell., l. c., I, p. 117.

Syn. *Gymnostomum Orbignianum* M., *Cent.* 1, n° 88.

87. P. Perrottetii M., — *Nilgh.* n° 65. — parvulum, subacaule ; foliis ovato-acuminatis in bulbum ovoideum conniventi-appressis, exterioribus brevioribus seminerviis, intimis longioribus nervo excurrente cuspidatis ; capsulæ concinne pyriformis erectæ operculo plano vel convexo mamillato.

Hab. Juxta vias semitasque ad terram humidam in montibus nilgheriensibus circa *Kaitie* : Perrottet. — C. Muell., l. c.

88. Entosthodon Duriæi M., — *Fl. Alg. Atl.*, t. 35, f. 4, et *Cent.* VI, n° 24. — pulvinatus ; caule dense cæspitoso innovanti-ramoso ; foliis inferioribus laxis, superioribus confertis rosulatis, omnibus elongato-spathulatis tenuissimis flaccidis (et humectatis formam pristinam difficillime recuperantibus) basi laxe parallelogrammi — apice oblongo-areolatis splachnoideis, nervo ante apicem obtusum aut attenuato-obtusum evanido instructis, margine undulato integerrimis ; capsula pyriformi erecta tandem fusca ; peristomii dentibus brevissimis triangularibus

obtusis ex articulis ternis constantibus ; sporangio globoso mediam capsulam implente ; operculo depresse convexo-conico, sicco subumbonato ; calyptra basi oblonga tandem bi-trifida.

Hab. Ad parietes humidos molinendarios necnon ad rupes calcareas umbrosas humidasque prope lapsum rivi *Rummel* infra Constantine, aprili-majo : Durieu. — C. Muell., l. c., II, p. 547.

89. E. commutatus DR. et M., — *Cent.* VI, n° 97 et *Fl. Alg. Atl.*, t. 35, f. 3. — caule simplici cæspitoso ; foliis supremis rosulatis late oblongis in apiculum longiusculum attenuatis, margine integerrimis, nervo longe ante apicem evanido percursis ; capsulæ perfecte globoso-pyriformis parvulæ erectæ pedunculo gracili longo apice sinistrorsum torto ; peristomii dentibus validis pro ratione longis lanceolatis articulatis punctatis, linea media longitudinali notatis, in sicco conniventibus ; operculo convexo cum umbone obtuso ; sporangio globoso capsulam fere implente.

Hab. In collibus Babazoum dictis prope Alger : Durieu. — C. Muell., l. c., p. 548.

90. Aulacomnion pentastichum M., — *Cent.* V, n° 25, et *Fl. Chil.*, VII, p. 91, t. 5, f. 1. — dioicum, robustum, elatum ; caule primario repente valde tomentoso, ramis remotis ascendentibus elongatis ramulosis ; foliis siccis dense appressis quinquefariam imbricatis, madefactis squarroso-recurvis, lanceolatis carinatis integerrimis, nervo continuo instructis ; perichætialibus ovato-lanceolatis plicatis subacuminatis nervo cuspidatis erectis ; capsula in pedunculo breviusculo tortili elongata cylindracea incurviuscula brevicolla 8-sulcata ; operculo conico-rostrato ; rostro recto ; peristomii duplicis dentibus externis robustis obtusis granulosis, ciliis internis brevioribus e membrana angusta oriundis.

Hab. In cortice arborum, in provincia Valdivia Chiles : Cl. Gay.

Syn. *Zygodon pentastichum* C. Muell., l. c., 1, p. 675.

91. Macromitrium hymenostomum M., — *Cent.* V, n° 55, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 124. — dioicum ; caule prostrato repente ramoso, ramis erectis ramuloso-fastigiatis ; foliis dense appressis oblongo-lanceolatis apice acuminulatis, carinato-plicatis, margine integro anguste recurvis, evanidinervis ; capsula in pedunculo crasso brevi minute ovata hymenostoma 8-striata ; operculo conico-acuminato dimidio breviori ; calyptra longe conica obsolete plicata glabra.

Hab. Ad rupes in Chile australi : Cl. Gay. — C. Muell., l. c., p. 723.

92. M. Leprieurii M., — *Cent.* II, n° 79, t. 20, f. 5. — caule repente ramoso, ramis subsimplicibus erectis coma fastigiata penicillatis; foliis confertim imbricatis lineari-lanceolatis madore siccitateque appressis acutissimis nervo continuo instructis, a basi ad medium uno latere plicatis integerrimis; capsula oblonga subpyriformi lævi hymenostoma, operculo brevi convexo conico-obtuso.

Hab. Ad truncos arborum prope Cayennam: Leprieur. — C. Muell., l. c., p. 724.

93. Bryum (Pohlia) tenuicaule M., — *Cent.* V, n° 26, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 108. — dioicum? caule tenui brevissimo innovanti-ramoso, innovationibus hypogynæis vel ramis repetito-proliferis gracilibus basi subnudis apice comoso-foliosis; foliis caulinis ovatis acutis concaviusculis, margine subrecurvo integerrimis, patentibus, innovationum obtusis, nervo evanescente instructis, pellucentibus; capsula ex ovoideo pyriformi nutante, haud longe pedunculata; operculo convexo absque apiculo.

Hab. In Chile prope Valparaiso: Gaudichaud. — C. Muell., l. c., p. 293. — A *Pohlia clavata* Schimp. toto cœlo diversa !

94. B. (Pohlia) humile M., — *Cent.* V, n° 26 bis, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 109. — dioicum? caule humili erecto simplici; foliis inferioribus dense imbricatis ovato-lanceolatis patenti-erectis, supremis lanceolato-subulatis subsecundis, omnibus canaliculatis marginatis integerrimis, nervo crasso percursis; pedunculo arcuato; capsula oblonga cernua anapophysata, operculo obtuse conico.

Hab. In terra nuda provinc. austral. Chiles : Cl. Gay.

Syn. *Orthodontium tenue* C. Muell., l. c., p. 240.

95. Bryum nilgheriense M., — *in litt. ad* C. Muell. — dioicum; caule elato cæspitoso erecto apice innovationibus ramoso, robusto; foliis caulinis e basi oblonga latiusculo-acuminatis apice reflexis, nervo purpureo basi decurrente et ultra apicem excurrente cuspidatis, inferne margine revolutis purpureo-marginatis, superne argute purpureo-serratis; perichætialibus angustioribus longioribus strictis longe cuspida-

tis, pedunculo elongato flexuoso gracili; capsula pendula e collo breviusculo elongato-cylindracea.

Hab. In montib. nilgheriens. : Perrottet.—C. Muell., l. c., p. 255.

Syn. *B. Auberti* var. *indicum* M., Herb. olim.

96. B. Gayanum M.,—*in litt. ad* C. Muell. et *Fl. Chil.*, l. c., p. 95. — hermaphroditum; caule elongato gracili, innovationibus ramoso; foliis oblongo-acuminatis, nervo crasso ferrugineo cuspidatis, a basi fere ad apicem margine reflexis, apice obsolete denticulatis; capsulæ ovoideæ minutæ nutantis aut pendulæ pedunculo stricto fultæ operculo depresso apiculato aurantiaco; peristomii dentibus externis subulatis, internis ciliiformibus externis adglutinatis fugacissimisque.

Hab. Ad terram in Chile : Cl. Gay. — C. Muell., l. c., p. 267. — Peristomium Ptychostomi.

97. B. bulbillosum M., — *Cent.* II, n° 92. — dioicum? caule fertili brevissimo, innovationibus juliformibus subfastigiato ramoso, ramulis et caule fertili ex axillis foliorum superiorum seu comantium bulbillos confertos obovatos purpurascentes gerentibus; foliis caulinis remotis apice confertis oblongis acuminatis concavis nervo continuo cuspidatis, innovationum dense imbricatis appressis minus acuminatis evanidinerviis integerrimis; capsula ovoidea æquali nutante aut pendula basi corrugata; operculo convexo brevissime mamillato.

Hab. In Brasilia ad terram prope Rio de Janeiro: Riedel. — C. Muell., l. c., p. 301.

98. B. pachypoma M.,—*Cent.* V, n° 27.—dioicum, late cæspitosum; caule elongato erecto innovationibus hypogynæis ramoso, ramis elongatis flexuosis apice dense foliosis incurvis nitidis; foliis ovato-acuminatis vel oblongo-lanceolatis concavis integerrimis, ob margines inflexos reflexosve specie marginatis, inferioribus sparsis remotis, superioribus comantibus, nervo continuo tenui flexuoso excurrente breviter cuspidatis; perichætialibus lanceolatis, rete celluloso laxo; capsula obconica dein pyriformi nutante, collo sporangio breviore instructa; operculo majusculo conico hemisphærico obtusissimo.

Hab. Java, in terra : Hb. Miquel.—C. Muell., l. c., p. 299.

99. B. topaceum DR. et M., — *Cent.* VI, n° 100. — dioicum; calce incrustatum; caulibus laxe cæspitosis (4-5 centim. longis) crassis parce

subfastigiatimque ramosis ; foliis omnibus ovatis concavis basi decurrentibus margine integerrimo recurvis, nervo crasso rubro sub apicem obtuse acutum evanescente percursis, caulinis laxis patentibus, comalibus appressis patenti-erectis. Flos femineus terminalis, pistillis paraphysibusque validis ramosis numerosissimis constans.

Hab. In rivulis prope Tiaret Algeriæ : Durieu.—C. Muell., l. c., t. II, p. 574.

100. Brachymenium mexicanum M., — *Cent.* 1, n° 95.—dioicum; caule cæspitoso pluries prolifero, innovationes binas ovoideo-comosas dense foliosas hypogynæas emittente, apice rosaceo-folioso; foliis ovato-acuminatis margine recurvo integerrimis, nervo crasso excedente cuspidatis, perichætialibus ovato-lanceolatis longiusque cuspidatis ; capsula in pedunculo stricto breviusculo oblonga subapophysata, operculo convexo-conico minimo. Peristomium Brachymenii.

Hab. Ad terram in provincia Oaxaca regni Mexicani : Andrieux.

Syn. *Bryum mexicanum* C. Muell., l. c., p. 252.

101. B. pendulum M., — *Nilgh.* n° 48. — dioicum, cæspitosum; caule erecto innovanti-ramoso, ramis brevibus strictis dense foliosis acutis; foliis e basi ovata lanceolatis, margine incrassato-recurvis, nervo crassissimo rubro excedente cuspidatis, apice inæqualibus subdenticulatis ; perichætialibus summo fine æqualibus; capsula perfecte ovoidea pendula crasse clavata longicolla sanguinea v. atropurpurea, operculo convexo mamillato; peristomio Brachymenii.

Hab. Ad imos arborum truncos sylvarum in montibus nilgheriensibus : Perrottet.

Syn. *Bryum Montagneanum* C. Muell., l. c., p. 265.

102. B. ciliare M., — *in litt. ad* C. Muell. — dioicum, cæspitosum, compactum ; caule basi brunneo-tomentoso lutescente nitido foliis subappressis sciuroideo; foliis caulinis ovato-lanceolatis apice denticulatis, nervo crasso flavo in pilum longissimum sublævem flexuosum abeunte percursis ; perichætialibus multo longioribus longe acuminatis nervo cuspidatis; capsula longipedunculata erecta pyriformi brevicolla clavata aurantiaca, operculo conico minuto purpureo nitido.

Hab. In montibus nilgheriensibus : Perrottet.

Syn. *Bryum leptostomoides* C. Muell., l. c., p. 321. — Nomen speci-

ficum a me impositum et haud occupatum quare commutavit cl. auctor nôn satis video.

103. Mielichhoferia pleurogena M., — *Cent.* V, n° 50 et *Fl. Chil.*, l. c., p. 65.—hermaphrodita; caule erecto dense radiculoso innovanti-ramoso, axibus floriferis basi lævibus lateralibusque brevissimis ; foliis ovato-lanceolatis integerrimis evanidinerviis; perichætialibus dentatis; capsula inclinata oblonga inæquali ; peristomii dentibus apice trabeculis conjunctis; operculo convexo-conico brevissimo ; annulo simplici.

Hab. Ad rupes in montibus prope Santiago reipubl. chilensis : Cl. Gay. — C. Muell., l. c., p. 65.

VI. LEPTOCHLÆNA M.

Peristomium duplex : exterius dentes sedecim breves, linearilanceolati, articulati, madore erecti, hyalini; interius, membrana brevissima in cilia totidem filiformia cum dentibus alternantia fissa. Capsula terminalis, cylindracea, erecta aut inclinata, anapophysata. Pedunculus gracillimus, flexuosus, erectus. Operculum conico-acuminatum. Calyptra linearí-subulata longa, cito decidua, viridis, apice fusca, basi lateraliter fissa. Inflorescentia monoica.— M., *Ann.*, 3, IV, p. 105.—C. Muell., *Syn. Musc.*, I, p. 236 et II, p. 566.

104. Leptochlæna chilensis M.,—l. c., et *Fl. Chil.*, VII, p. 112, t. 4, f. 1. — hermaphrodita monoicave; caule cæspitoso erecto, ex apice innovanti-ramoso, innovationibus plerumque binis hypogynæis subclavulatis ; foliis caulinis ovatis, comalibus lanceolatis erectis margine subrevolutis, sub apice acuto denticulatis, nervo subevanido raro ad extremum producto ; capsula in pedunculo (raro gemino) tereti erectiuscula aut inclinata brevicolla ; operculo conico apiculato. Peristomium Pohliæ, habitus Cladodii ; capsula et calyptra Leptostomi.

Hab. Ad truncos arborum prope Santiago reip. chilensis : Cl. Gay. — C. Muell., l. c., I, p. 237.

105. Orthotrichum Sprucei M., —*Lond. Journ. of Bot.*, *apr.*, 1845, p. 186. — monoicum, pulvinatum ; caule subsimplici aut dichotomo-

ramoso basi radicante ; foliis erecto-patulis ligulato-oblongis, apice rotundatis brevissime apiculatis carinatis plano-marginatis, nervo ante apicem evanido ; capsula obovato-pyriformi brevicolla 8-striata ; calyptra campanulata nuda ; operculo e basi convexa apiculato ; peristomii dentibus 8 bigeminatis, ciliis octo interjectis, madore horizontalibus, siccitate reflexis.

Hab. Ad Salicum truncos prope Eboracum : Spruce. — Schimp., *Bryol. Eur. Suppl.*, I, c. icone. — C. Muell., l. c., p. 699.

106. O. psychrophilum M., — *Cent.* I, n° 92, et *Fl. Boliv.*, p. 89. — monoicum ; caule erecto pusillo innovanti-ramoso rigido densifolio ; foliis oblongo-lanceolatis subulatis robustis longiusculis margine incrassato revolutis evanidinerviis, nervo crasso continuo percursis, complicato-carinatis, grosse papillosis ; capsulæ subemersæ oblongæ longicollis obscure sulcatæ operculo convexo mucronato ; peristomii duplicis dentibus 8 bigeminatis, ciliis 8 nodosis ; calyptra conica fusca pilosiuscula.

Hab. In jugis Andium provinciæ Potosi, ad rupes prope glacies æternas : Alc. d'Orbigny. — C. Muell., l. c., p. 704.

107. O. germanum M., — *Cent.* V, n° 56, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 120. — monoicum, pulvinatum ; caule gracillimo ramoso ; foliis imbricatis e basi ovali-oblonga vaginante linearibus obtusiusculis carinatis, margine reflexis, evanidinerviis patulo-incurvis aureis, siccitate crispulis ; capsula oblonga aurantiaca exserta madore striata, siccitate 8-plicata ; calyptra conica integra pilosiuscula ; peristomii duplicis dentibus 8 bigeminatis, ciliis 8 duplicibus lutescentibus.

Hab. In Chile, ad corticem arborum : Cl. Gay. — C. Muell., l. c., p. 715.

108. O. magellanicum M., — *Cent.* IV., n° 10, et *V. P. S.*, p. 290, t. 20, f. 2. — monoicum, pusillum, gracillimum ; caule basi repente ramoso, ramis brevibus erectis ad apicem incrassatis ; foliis confertis, e basi ovata concava angustissime lanceolato-subulatis, madefactis recurvo-patulis, secundis, siccitate incurvis, nervo viridi ante apicem evanido instructis, complicato-carinatis integerrimis ; capsulæ clavatæ longe exsertæ striatæ operculo amplo convexo apiculato ; peristomii dupl. dentibus 16 per paria approximatis erecto-conniventibus, in sicco reflexis, ciliis totidem planis irregularibus ; calyptra parce pilosa.

— Hab. Ad corticem arborum et fruticum freti Magellanici, loco Port-Famine dicto : Jacquinot. — C. Muell., l. c., p. 716.

109. Zygodon papillatus M., — *Cent.* V, n° 29, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 131. — dioicus? caule humili sordide viridi intricato radiculoso innovanti-ramoso, ramis fastigiatis incrassatis incurvis; foliis imbricatis ovato-lanceolatis carinatis papillatis tenuissime serrulatis evanidinerviis hyalino-mucronatis patentibus, siccitate erecto-incurvis; capsula erecta pyriformi brevicolla 8-striata; peristomii interioris ciliis octo brevibus.

Hab. Ad cortices in Chile australiori : Cl. Gay. — C. Muell., l. c., p. 669. — Flores masculi frustra quæsiti.

110. Z. cyathicarpus M., — *Cent.* V, n° 30, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 132, t. 3, f. 1. — monoicus, cæspitosus; caule ramoso fastigiato radiculoso; foliis lineari-lanceolatis erecto-patulis apice incurvo-falcatis recurvisve carinatis nervo pellucido ad vel ante apicem evanido instructis, dentatis, siccitate crispatissimis; perichætio capsulam gymnostomam, pyriformi-cyathoïdeam sedecies striatam superante, vaginam subamplectente; operculo plano-convexo oblique et obtuse apiculato.

Hab. In terra nuda ad S. Antonio prope Santiago : Cl. Gay. — C. Muell., l. c., p. 682.

111. Racomitrium convolutum M., — *Cent.* V, n° 58, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 143. — caule procumbente dichotomo-ramoso, ramis fastigiatis siccitate incurvatis brevissime ramulosis; foliis ovato-lanceolatis acutiusculis margine recurvo integerrimis evanidinerviis, ariditate appressis, madore patenti-recurvis; perichætialibus obtusis seminerviis convolutaceis; pedunculo pseudolaterali; calyptra striata basi lacinulata.

Hab. In truncis arborum præsertim Malorum, provin. Conceptionis Chiles : Cl. Gay. — C. Muell., l. c., p. 802.

112. Grimmia didyma M., — *Cent.* V, n° 59, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 141. — caule elongato procumbente ramoso, ramis subfastigiatis; foliis ovato-lanceolatis acutis margine revolutis plicatisque nervo continuo percursis; pedunculis (sæpius geminis) erectis, capsulam cylindraceam erectam striatam sustinentibus; operculo recte rostrato; peristomii dentibus brevibus lacunosis pyramidatis.

Hab. In Chile : Cl. Gay. — C. Muell., l. c.

113. Grimmia ancistrodes DR. et M., — *Cent.* VI, n° 99, et *Fl. Alg. ined.* — monoica, elatior ; caulibus laxe cæspitosis ; foliis lineari-lanceolatis acuminatis siccitate imbricatis erectis intense viridibus nervo continuo carinatis, madore statim uncinato-recurvis, pilo albo plus minus longo scabriusculo terminatis ; capsula in pedunculo cyaneo subhorizontali oblonga costata, operculo oblique rostrato.

Hab. In rupibus sylvarum ad summam soli superficiem erumpentibus circa lacum *El Hout* in Algeria : Durieu. — C. Muell., l. c., I, p. 787.

114. Trichostomum chilense M., — *Cent.* V, n° 56, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 167. — dioicum? caule humili erecto simplici innovanti-ramoso ; foliis erecto-patulis subsecundis e basi oblonga erecta amplexente repente in subulam flexuosam dorso scaberrimam canaliculatam in humido patulam, siccitate erecto-incurvam, nervo lato excurrente percursam, productis ; perichætialibus vaginantibus secundis ; pedunculo longo ; capsula elongato-cylindracea subæquali exannulata operculum conoideo-rostratum incurvum æquante.

Hab. In terra arenosa Chiles australioris : Cl. Gay. — C. Muell., l. c., p. 576.

115. T. Schimperi M., — *Cent.* V, n° 37, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 169, t. 2, f. 1. — dioicum ; caule cæspitoso subsimplici ; foliis oblongis carinatis ligulatis obtusissimis erecto-patentibus margine paulo reflexis evanidinerviis ; operculo conico recto obtuso capsulam ovatam dimidiam superante, paraphysibus floris feminei phylloideis.

Hab. Ad terram nudam circa Quillota reip. chilensis : Bertero. — C. Muell., l. c., p. 592.

116. Tortula leucocalyx M., — *Cent.* I, n° 93, et *Fl. Chil.*, VII, p. 152. — dioica ; caule erecto, simplici, ex innovationibus hypogynæis repetite prolifero ; foliis caulinis imis squamæformibus appressis, supremis rosaceo-congestis, late ovato-lanceolatis apice incurvo obtusiusculis, margine revolutis canaliculatis integris, nervo crasso excurrente apiculatis ; perichætialibus in cylindrum exsertum convolutis, squamæformi-ligulatis albis, interiori longissimo seminervi ; capsula in pedunculo ob innovationes laterali cylindracea subincurva ; operculo conico subulato.

Hab. In sylvis umbrosis ad terram prope Quillota : Bertero. — C. Muell., l. c., p. 615.

117. T. BREVISETA M., — *Cent.* V, n° 32, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 157. — dioica, humilis; caule subramoso; foliis oblongo-lanceolatis obtusis canaliculatis margine incurvis recurvisve apice reflexis, siccis haud tortilibus, nervo valido in pilum canescentem abeunte percursis; capsula elongata cylindrica cum operculo conico brevi pedunculum æquante, annulo nullo; peristomii membrana basilari angusta in dentes pluries tortos sat longos producta.

HAB. In terra circa Santiago in Chile : CL. GAY. — C. MUELL., l. c., p. 645.

118. T. GENICULATA M., — *Cent.* V, n° 33 et *Fl. Chil.*, l. c., p. 158. — dioica; caule humili innovanti-ramoso, ramis brevibus, dichotome diviso subgeniculato; foliis caulinis siccis et madefactis strictis, ovatis, vix recurvis obtusis integerrimis, margine erecto aut vix reflexo, nervo subevanido raro excurrente percursis, canaliculatis; operculo conico dimidiam capsulam ovoideam brevem æquante; annulo simplici persistente; calyptra longissime subulata; peristomii dentibus parce contortis.

HAB. In Chile austr. et prope Valparaiso : CL. GAY. — C. MUELL., l. c., p. 620.

119. TORTULA (Syntrichia) ANDICOLA M., — *Fl. Boliv.*, p. 92. — dioica; caule cæspitoso compacto ferrugineo-tomentoso elongato, innovationibus terminalibus binis diviso; foliis e basi pellucida vaginante late oblongo-lanceolatis obtusiusculis vel acuminatis concavis canaliculatis, margine revoluto apice dentatis, nervo crasso rubro in pilum hyalinum dentatum producto instructis, superioribus flexuoso-subtortis; « perichætialibus minoribus longe piliferis; pedunculo brevi inter innovationes sito subarcuato capsulam elongato-cylindraceam angustam falcato-arcuatam brevicollam sustinente; operculo recte subulato; annulo simplici; dentibus albidis semel tortis; columella exserta; calyptra longissima purpurea. » C. MUELL.

HAB. Inter rupes ad terram in Bolivia prope nives æternas longe supra oppidum Tajesi, ALC. D'ORBIGNY sterilem; in Columbia, Sierra Nevada de Merida, MORITZ fertilem legerunt.—C. MUELL., l. c., p. 643.

120. T. (Syntrichia) MAGELLANICA M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 145. — cæspitosa; caule erecto subramoso fastigiato; foliis ovato-oblongis solidinerviis, carinatis, pilo cavo lævi instructis, siccitate appresso-imbri-

catis non tortilibus ; operculo conico subulato dimidiam capsulam cylindraceam subæquilateram æquante.

Hab. In freto Magellanico ad Port-Famine : Jacquinot.

Syn. *T. hyperborea* M., *V. P. S.*, p. 302, excl. syn.

121. T. (Syntrichia) prostrata M., — *Cent.* V, n° 31 et *Fl. Chil.*, l. c., p. 148. — caule bienni prostrato radicante, sursum divisiones emittente erectas validas iterum ramosas ; foliis lanceolatis acuminatis cuspidatis, margine recurvo nervoque excurrente ad apicem denticulatis, siccitate plicato-tortilibus ; perichætialibus majoribus basi vaginantibus ; capsula cylindrica subinæquali, tubo peristomii longissimo carneo 1/3 capsulæ æquante, dentibus brevissimis semel tortis.

Hab. In provinciis austr. reipublicæ chilensis : Cl. Gay.

Syn. *Barbula mnioides* β *prostrata* C. Muell., l. c., p. 632. — Hic adesse confusionem suspicor.

122. T. (Syntrichia) inermis M., — *Notice, etc., in Arch. Botan.*, I, p. 136, t. 4, f. 4. — monoica ; caule cæspitoso humillimo sordide aut fusco-viridi ; foliis densis aut remotiusculis apice rosaceis lineari-oblongis obtusis et muticis aut breviter acuminatis, margine a basi ad apicem usque revoluto haud limbato integerrimis, utraque pagina minute papillosis, nervo sub apicem evanido percursis ; capsula longipedunculata angusta cylindrica curvula ; operculo longo ; peristomium *T. subulatæ*.

Hab. Ad *N. D. de Pena* in agro ruscinonensi (1829) legi. — Schimp. *Bryol. Eur. Suppl.*, III, tab., f. 1-9. — C. Muell., l. c., p. 624.

* T. (Syntrichia?) marginata Br. et Schimp., *Bryol. Eur.*, n° 20, t. XIX, sub *Barbula*. — Barbula marginata C. Muell., l. c., p. 629.

Syn. *T. cæspitosa* Montag., *Arch. Bot.*, I, p. 135, ubi descriptio ; non Hook. et Grev. nec Schwægr.

Obs. Hanc speciem rarissimam in montibus Corbariensibus ad *Hermitage de Saint-Antoine de Galamus* primus legi et tunc jam novam et legitimam existimavi. Adhuc vero in bryologia rudis et tiro ad cel. Bruchium mea dubia retuli, qui me in errorem induxit.

123. T. (Syntrichia) canescens M., — *Notice, etc., in Arch. Bot.*, I, p. 133, t. 4, f. 3. — monoica, cæspitosa, humilis, subsimplex ; foliis

obovato-oblongis longe piliferis, inferioribus nudis, omnibus margine revolutis ; capsula recta oblonga minore ; operculo conico obliquo ; peristomii membrana basilari in tubum tessellatum longe producta.

Hab. Ad terram in agro ruscinonensi prope Illiberim (*Collioure*) anno 1827 legi.

Syn. *Barbula* Bruch *in litt.* et *in Bryol. Eur.*, n° 21, t. XIX. — C. Muell., l. c., 1, p. 625, et II, p. 631.

124. T. (Syntrichia) elata DR. et M., — *in* C. Muell., *Syn. Musc.*, I, p. 620 et Montag. *Cent.* VI, n° 98. — dioica ; caule elato sub apicem innovationibus binis aut ternis aucto remotifolio ; foliis laxis e basi oblonga lanceolatis acutis nervo continuo percursis, margine revolutis, siccitate erectis vix tortis, madore perichætialibusque longioribus subsecundis, interiori erecto excepto, recurvato-uncinatis ; operculo conico recto acuminato, capsula erecta oblongo-lineari majuscula leptoderma plus quam dimidio minore ; annulo simplici ; perist. dent. lutescentibus e membrana subangusta in spiram e gyris plurib. conflatam contortis.

Hab. In Algeria, ad ripas rivuli radices collis *Tournit* subluentis : Durieu.

125. Desmatodon amblyophyllus M., — *Cent.* V, n° 34 et *Fl. Chil.*, VII, p. 160. — monoicus ; caule brevi simplici innovanti-ramoso ; foliis oblongo — aut elongato-spathulatis basi diaphanis apice subpapillatis, nervo excurrente apiculatis, margine undulato-recurvo integerrimis, siccitate uncinato-incurvis crispatulis ; perichætialibus obtusis subevanidinerviis ; capsulæ erectæ cylindricæ operculo subulato, annulo simplici.

Hab. In Chile ad terram prope Santiago : Cl. Gay.

Syn. *Trichostomum amblyophyllum* C. Muell., l. c., p. 592.

VII. ASCHISTODON M.

Capsula ovoideo-oblonga, æqualis, annulata, pachyderma. Dentes 16 infra capsulæ orificium orti basique conjuncti, carnosi, erecti, rigidi, æquidistantes, filiformes, nodosi, granulosi. Operculum conicum. Calyptra longa, linearis, latere fissa, fugax. Florescentia dioica. — M., *Cent.* V, *Ann.*, 3, IV, p. 109 et

Fl. Chil., VII, p. 161 (1845) — *Leptotrichum* Hampe (1847) — C. Muell., l. c., p. 446.

126. Aschistodon conicus M. — ll. cc. — dioicus; caule gracili erecto subsimplici aut innovanti-ramoso; foliis lanceolato-subulatis canaliculatis nervo latissimo ad apicem usque percursis subintegerrimis; perichætialibus longioribus cuspidatis convolutis; capsula ovoideo-oblonga, operculo conoideo.

Hab. Ad terram in provinciis australibus Chiles: Cl. Gay.

Syn. *Leptotrichum Montagnei* C. Muell., l. c., p. 448.

† 127. Blindia Jamesoni M. mss.: monoica, cæspitosa, fuscescens, ramosa; ramis erectis; foliis caulinis e basi oblonga concava vaginante erecta sensim lineari-subulatis incurvis aut recurvis, arefactione cirrhatis integerrimis, nervo lato tenui percursis; perichætialibus conformibus minoribus et brevius acuminato-subulatis erectis basi convolutis; floris masculi ad basin perichætii foliis ovato-lanceolatis acuminatis; capsula ex ovoideo oblonga inclinata brunnea, uno latere validiore; pedunculo eamdem longitudine quater superante; operculo e conico oblique rostrato capsulam æquante; dentibus peristomii erectis lanceolatis irregulariter multiarticulatis margine erosis; calyptra latere fissa diu persistente.

Hab. Prope Quito ubi a cl. Jameson lecta. Hb. Delessert.

Obs. A *Blindia acuta* et *B. tortifolia* floribus monoicis, a *B. antarctica*, ad quam propter inflorescentiam propius accedit, foliis caulinis præsertim apicalibus longissime subulatis siccitate tortilibus cirrhosis fusco-luteis, madore apice incurvis, longe distare videtur.

128. Campylopus capitiflorus M. — *in litt. ad* C. Muell. — dense cæspitosus; caule elato lutescente fusco-tomentoso; foliis imbricatis ad apicem fertilem patulo-concavis lanceolato-acuminatis cymbiformi-concavis summo apice utrinque serrulatis, nervo lato excurrente et dorso scabro-lamelloso percursis; perichætialibus e basi longissime vaginante convolutacea setaceis latinerviis; pedunculis brevissimis valde arcuatis; capsula gibboso-ovoidea siccitate curvula suleata microstoma; calyptra magna glabra basi hyaline fimbriolata.

Hab. In insula Bourbonis: Hb. Ach. Richard.

Syn. *Dicranum capitiflorum* C. Muell., l. c., II, p. 598.

129. C. LAMELLATUS M., — *Cent.* I, n° 91, et *Fl. Boliv.*, p. 90. — dense cæspitosus, strictus, purpureo-tomentosus; foliis caulinis lanceolatis canaliculatis apice convoluto in pilum hyalinum serratum productis, apicalibus in rosulam densam congestis flores femineos involventibus, omnibus nervo lamelloso latissimo præditis; fructu.....

HAB. In sylvis prope Chupé Peruviæ : ALC. D'ORBIGNY.

SYN. *Dicranum lamellatum* C. MUELL., l. c., I, p. 411.

130. C. HUMILIS M., — *Cent.* V, n° 39. — caule minimo, vix ullo, basi decumbente; foliis dense imbricatis fulvis lanceolato-subulatis falcato-secundis nervo tenui instructis, apice denticulatis; capsula obovoidea inæquali, madida lævi, sicca tenuissime striatula; calyptra basi albo-fimbriata.

HAB. Ad ligna putrida in Brasilia : BLANCHET.

SYN. *Dicranum humile* C. MUELL., l. c., p. 384.

131. C. XANTHOPHYLLUS M., — *Cent.* V, n° 41, et *Fl. Chil.*, VII, p. 176, t. 4, f. 2. — aureus; caule erecto filiformi simplici aut innovanti-ramoso; foliis imbricatis siccitate strictis lanceolato-subulatis canaliculatis; perichætialibus communibus (comalibus) ovato-lanceolatis, propriis vero longioribus convolutis, omnibus integerrimis, nervo latissimo in pilum canum denticulatum abeunte instructis; pedunculis aggregatis madore arcuatis; operculo conico acuminato capsula inæquali basi substrumosa multistriata dimidio minore; calyptra brevi basi fimbriata.

HAB. Ad terram in Chile australi : CL. GAY.

SYN. *Dicranum truncatum* C. MUELL., l. c., p. 410, ex ipso.

132. C. LEPTODUS M., — *Cent.* V, n° 40, et *Fl. Chil.*, VII, p. 174, t. 3, f. 3. — nigrescens, cæspitosus; caule simplici, innovanti vel prolifero-ramoso; foliis e basi ampliori lanceolato-subulatis strictis, nervo angusto in pilum canum brevem dentatum abeunte, comalibus recurvis, perichætiali intimo convolutaceo acuminato piligero; pedunculis aggregatis madore curvatis; operculo conico subulato capsulam æqualem oblongo-cylindraceam lævem erectam æquante; peristomii dentibus longissimis fere ad basin fissis, cruribus capillaribus erectis; calyptra basi fimbriata.

HAB. Cum priori : CL. GAY.

Syn. *Dicranum Richardi* ex C. Muell., l. c., p. 413.

Obs. Icones si conferantur meæ cum Schwægrichenianis notas distinctivas nostram a specie Brideliana separantes facillime quisque deprehendet, quas inter eminent in primis longitudo et forma dentium peristomii perquam diversæ.

133. Dicranum Hilarianum M., — *Crypt. Bras.*, p. 52, n° 115, t. 1, f. 2. — dioicum, cæspitulosum, humile; caule erecto simplici aut innovando-ramosiusculo; foliis caulinis oblongo-ligulatis obtusis plicato-flexuosis apice subcrenatis suberosisve, nervo crasso ante apicem evanido instructis, siccis et madefactis subcrispatis; perichætialibus distincte obtusis; capsula brevipedunculata erecta ovali æquali, sicca cylindrica: operculo e basi conica longe et oblique rostrato.

Hab. Ad terram in Brasilia meridionali: Cel. Aug. S. Hilaire.

Syn. *Angstræmia Hilariana* C. Muell., l. c., p. 443.

134. D. Guilleminianum M., — *Cent.* II, n° 91. — dioicum, laxe cæspitosum; caule subsimplici erecto; foliis inferioribus minoribus, superioribus majoribus confertis e basi late ovata vaginante utrinque auriculata undulata longissime lineari-subulatis patentibus, apice obtusiusculo obsolete denticulatis, nervo continuo, siccitate valde crispatis; capsula annulata oblonga, æquali plicata; operculo longe et oblique subulato; peristomii dentibus angustis ad medium bifidis.

Hab. In terra micacea prope Rio de Janeiro Brasiliæ: cl. Guillemin. — *Angstræmia Guilleminiana* C. Muell., l. c., p. 440.

135. D. Perrottetii M., — *Cent.* IV, n° 9, t. 8, f. 1. — dioicum, cæspitosum; caule erecto gracili ramosissimo elato flagellifero; foliis inferne laxis superne confertis e basi oblongo-lanceolata subulatis incurvo- vel recurvo-subsecundis rigidis canaliculatis margine integerrimis, nervo lato subulam totam occupante concolore instructis; capsula ovoidea parvula erecta æquali coriacea annulata; operculo longe et oblique rostrato.

Hab. Ad terram humosam in insula Martinicensi: Perrottet.

Syn. *Angstræmia Perrottetii* C. Muell., l. c., p. 434.

136. D. imponens M., — *V. P. S.*, p. 298. — caule erecto dichotome ramoso fastigiato, ramis cuspidatis; foliis undique imbricatis erecto-

patentibus e basi amplexicauli lanceolatis strictis, vix ac ne vix serratis, ob margines convoluto-canaliculatos spiraliterque tortos ad speciem subulatis, nervo attenuato ante apicem obtusiusculum evanido instructis ; capsula. . . . .

Hab. In freto Magellanico, loco *Baie Saint Nicolas* dicto : Jacquino — C. Muell., l. c., p. 366.

137. D. spirophyllum M., — *Bonite*, p. 275. — caule luteo-fuscescente longissimo parce ramoso ; foliis remotis undique patentissimis e basi semiamplexicauli latiuscule convolutaceo-lanceolatis et spiraliter pluries tortis superne argute serrulatis, nervo angustissimo ante apicem evanido percursis ; capsula. . . . .

Hab. In insulis Sandwich : Gaudichaud. — C. Muell., l. c., II, p. 595.

138. D. Gayanum M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 181, t. 2, f. 3. — dioicum ; caule erecto simplici ; foliis imbricatis e basi oblonga aut obovata vaginante abrupte lineari-subulatis, subula patenti-incurva, margine integerrimis solidinerviis ; capsula longipedunculata oblonga basi attenuata ; operculo oblique rostrato.

Hab. In Chile ad terram : Cl. Gay.

Syn. *Angstræmia Gayana* C. Muell., l. c., I, p. 427.

139. D. aulacocarpum M., — l. c., p. 182. — dioicum ; caule simplici humili, foliis e basi quadrata longe subulatis, subula erecto-incurva vel recurva integerrimis evanidinerviis, siccitate crispatis ; capsula pachyderma ovoidea basi substrumosa striata annulata ; operculo conico-rostrato, obliquo mediocri.

Hab. In Chile australi ad terram nudam : Cl. Gay.

Syn. *Angstræmia aulacocarpa* C. Muell., l. c., p. 431.

140. D. euchlorum M., — l. c., p. 184. — monoicum ; caule cæspitoso humili innovanti-ramoso ; foliis e basi oblonga subulatis canaliculatis patenti-inflexis, siccitate flexuosis margine denticulatis solidinerviis ; capsula leptoderma pedunculi flexura nutante oblonga, paucistriata ; operculo oblique conico-rostrato.

Hab. Ad terram in Chile australi : Cl. Gay.

Syn. *Angstræmia euchlora* C. Muell., l. c., p. 441.

VIII. SYMBLEPHARIS M.

Calyptra dimidiata, angusta, cylindrico-subulata, basi angustissima fissa. Peristomium simplex. Dentes sedecim per paria approximati, infra orificem oriundi, ad basim infimam trabeculis transversis connexi, lanceolati, apice liberi, bifidi, in conum conniventes. Inflorescentia monoica. Habitus dicranoideus. — M., *Ann.*, 2, VIII, p 252. — C. Muell., l. c., p. 460.

141. S. HELICOPHYLLA M., — l. c., p. 253. — caule cæspitoso innovatione hypogynaea ramosiusculo; foliis caulinis e basi vaginante oblonga aut obovata in subulam canaliculatam apice denticulatam productis, nervo mediocri excurrenti apice dorsoque scabro instructis, siccitate convoluto-crispatissimis; capsula angustissima cylindracea elongata lævi incurviuscula, pedunculo tandem pseudolaterali tenui fulta; pedunculis interdum geminatis; annulo nullo.

HAB. Ad cortic. arbor. Mexico in provincia Oaxaca : ANDRIEUX. — C. MUELL., l. c., p. 461.

142. SYRRHOPODON ELATUS M., — *Guyane centr.*, p. 198. — caule elato erecto simplici aut parce ramoso; foliis undique imbricatis lineari-lanceolatis erecto-patentibus planis, basi oblonga amplexicaulibus, margine incrassato denticulatis.

HAB. In truncis arborum Guyanæ centralis : LEPRIEUR. — C. MUELL., l. c., p. 544.

143. SYR. LEPRIEURII M., — l. c., p. 197, t. 3, f. 3. — dioicus; caule ascendente subsimplici albido-viridi tortuoso; foliis imbricatis erecto-patentibus e basi obovata albida linearibus, margine anguste diaphano involutis, subtus ciliiformi-papillatis nervoque excurrente breviter ciliolatis, siccitate contortis; pedunculo torto rubro capsulam ovoideam fuscam obliquam fulciente; peristomii dentibus longis dense trabeculatis conniventibus.

HAB. Cum priori : LEPRIEUR. — C. MUELL., l. c., p. 541.

144. SYR. GAUDICHAUDII M., — *Ann.*, 2, II, p. 316, t. 16, f. 8, et *Bonite*, p. 268. — dioicus; caule cæspitoso ramoso tortuoso, ramis fastigiatis; foliis brevibus e basi oblonga pellucida lineari-lanceolatis

undulatis acutiusculis canaliculatis incurvo-falcatis, margine anguste diaphaneque limbato vix incrassato nervoque excurrente sub apice modo denticulatis, siccitate cirrhosis; capsula brevipedunculata erecta cylindracea; operculo plano recte rostrato; dentibus peristomii brevibus infra orificium oriundis.

Hab. Ad radices arborum in insula Sanctæ-Catharinæ ad Brasiliam: Cel. Gaudichaud.—C. Muell., l. c., p. 542.

† 145. Syr. trachyphyllus M. mss. : dioicus? humilis (3-4 linearis) parce ramosus, ramis fastigiatis; foliis caulinis e basi quadrata ampla et laxe cellulosa pellucida vaginante margine utrinque ciliis binis ternisque hyalinis ornata sensim aut abrupte linearibus canaliculatis tortilibus, madidis patentibus, toto ambitu apiceque acuminato minutissime denticulatis, nervo tenui continuo diaphano dorsoque scabro percursis, e cellulis minutis subtus acute papillosis; perichætialibus oblongo-linearibus fere ad apicem usque ample cellulosis hyalinis, intimis minutis vaginula oblonga brevioribus; capsula brevissime pedunculata erecta ovoidea; operculo recto; dentibus peristomii. . . . .

Hab. In Singapour : cel. Gaudichaud.

Obs. Species inter *S. proliferum* et *papillosum* media; a priori foliis acute papillosis, minutissime denticulatis, non autem remote dentatis, nec acutis, sed acuminatis; a posteriori caule ramoso, foliis tortilibus, albidis, basi amplissima ciliata, ambitu partis linearis non limbato distinctissima, at forsan ambos species jungens.

† 146. Syr. ligulatus M. mss. : cæspitosus, subsimplex aut basi modo ramosiusculus, parvulus, cum capsula centim. longus; foliis inferne laxius—superne densius imbricatis a basi vaginante quadrata quadrangule cellulosa ad 1/3 pellucida linearibus, apice obtusissimo aut emarginato incurvis ligulatis, siccitate cirrhoso-involutis margine (augmento maximo) tenuissime crenulato-denticulatis, singula scilicet cellula marginali quadrata extus bidentata, nervo continuo aut apicis emarginaturam excedente; operculo rostrato capsulam brevissime pedunculatam ovoideam erectam æquante cum calyptra subulata fere ad apicem fissa deciduo; peristomii dentibus 16 inæqualiter ab invicem distantibus, quandoque subgeminatis irregularibus acutis 8-10-articulatis.

Hab. In corticibus arborum Guyanæ gallicæ a cl. Leprieur lecta et sub n° 1384 missa.

Obs. Species, si quæ, legitima. *A S. Miqueliano*, cujus diagnosis mihi tantum nota, foliis ligulatis obtusissimis imo et immarginatis, haud obtuso-acutis, margine non dentatis, operculo rostrato non recto, differt. *A S. rigido* C. Muell. non Hook, et Grev., minutie, caule simplici, foliis incurvis basi modice dilatatis brevipellucidis apice haud præmorsis, nervo mediocri distinctissima.

147. Calymperes androgynum M.,—*Guyane centr.*, p. 195, t. 3, f. 2. —dioicum, laxe cæspitosum, elatum; caule reclinato ascendente ramosiusculo, ramis abbreviatis appressis; foliis longis linearibus erecto-patentibus nervosis canaliculatis margine incrassato tenuissime denticulatis, phyllopodiisque filiformibus amplexicaulibus capituligeris; pedunculo longissimo lævi brunneo capsulam late ovoideam aut subsphæricam fusco-nitentem sustinente; operculo conico-subulato longiore; peristomii membrana horizontali alba.

Hab. Ad truncos arborum in sylvis humidis Guyanæ centralis : Leprieur.

Syn. *Syrrhopodon androgynum* M. mss. — *Calymperes longiseta* Hook. *in Sched.*—*Syrrhopodon rigidus* Hook. et Grev. ex cl. Wilson *in litt.* non C. Muell., l. c., p. 536, n° 15.

148. Weissia macrorrhyncha M., — *Cent.* V, n° 51. — dioica! caule innovationibus subramoso; foliis lanceolatis margine recurvis integerrimis, nervo crasso continuo percursis, supremis subhomomallis; perichætialibus brevioribus strictis; capsula longipedunculata, pedunculo gracili, cylindrica operculo subulato vix longiori, dentibus crassis lanceolatis acutis apice hyalinis conniventibus osque capsulæ claudentibus.

Hab. Ad terram in Java insula : Zollinger, *Coll.* n° 1532.—A sequente distincta.

149. W. Miqueliana M.,—l. c., n° 52, pl. 5, f. 1.—monoica! caule simplici erecto bienni prostrato innovanti-ramoso, innovatione ascendente; foliis erecto-patentibus, comantibus homomallis lanceolatis carinatis margine recurvis, nervo sub apicem serrulatum evanescente, operculo conico-rostrato obliquo capsulam cylindraceam inclinatam æquante; peristomii dentibus obtusis opacis.

Hab. Ad terram nudam in provincia Buitenzorgi Javæ insulæ : Hb. Miquel.

Syn. *Scligeria Miqueliana* C. Muell., l. c., p. 423, excl. syn.

150. W. cryptodon M., — *Cent.* V, n° 54 et *Fl. Chil.*, VII, p. 186.— monoica, cæspitosa ; caule ascendente basi innovanti-ramoso ; foliis erecto-patentibus lanceolatis carinatis acutis, margine recurvo integerrimis, apice inflexis reflexisve, siccitate crispato-incurvis subevanidinerviis, perichætialium intimo obtusato; capsula oblongo-cylindracea propter pedunculi curvaturam horizontali seu inclinata; dentibus semisepultis rigidis articulatis fragilibus conniventibus; operculo conico-rostrato; calyptra cucullata sordide helvola.

Hab. In Chile australi : Cl. Gay.—C. Muell., l. c., p. 652.

IX. EUCAMPTODON M.

Calyptra dimidiata. Peristomium simplex. Dentes sedecim æquidistantes, lati, carnosi, lineis hyalinis longitudinalibus et transversalibus nonnullis exarati, purpurei, madefacti horizontaliter incurvi, integri. — M., *Ann.*, 3, IV, p. 120 et p. 366. — C. Muell., l. c., p. 345.

151. Eucamptodon perichætialis M., — l. c., *Cent.* V, n° 53 sub *Weissia*, *Ann.*, l. c., t. 14, f. 3 et *Fl. Chil.*, VII, p. 189. — monoicus, cæspitosus; caule erecto ramoso; foliis imbricatis erecto-patentibus lanceolatis nervosis vel enerviis apicem versus margine reflexis ; perichætialibus majoribus e basi ovato-quadrata abrupte filiformi-acuminatis enerviis convolutis, pedunculum subæquantibus ; capsula oblonga subæquali inclinata; operculo conico oblique rostrato capsulæ fere longitudine.

Hab. In Chil. austral. terra nuda : Cl. Gay.—C. Muell., l. c., p. 346.

152. Didymodon plicatus M. — *in litt. ad* C. Muell. — monoicus, laxe cæspitosus; caule gracili flexuoso erecto inferne nudo, superne crispato-comoso amœne flavescente ; foliis caulinis laxe imbricatis madore siccitateque crispatis, e basi anguste oblonga vaginante flexuoso-capillaribus, summo apice denticulatis; perichætialibus longe vaginantibus repente subulatis; pedunculo tenui flavido longiusculo capsulam cylindricam erectam fulciente; operculo conico brevi recto.

Hab. In sylvis Nilgheriensibus : Perrottet.

Syn. *D. cirrhifolius* M., *Crypt. Nilgher.*, n° 46. — *Leptotrichum plicatum* C. Muell., *Syn. Musc.*, I, p. 446.

153. D. polycephalus M., — *Cent.* V, n° 35.—dioicus; caule cæspitoso erecto filiformi innovanti-ramoso ; foliis undique imbricatis e basi ovata lanceolato-subulatis strictis nervo lato continuo percursis summo apice acuto canescentibus integerrimis; perichætialibus acuminato-cuspidatis convolutis ; capsula cylindracea tandem falciformi attenuata.

Hab. Ad terram arenosam Chiles australioris : Cl. Gay.— C. Muell., l. c., p. 462. —in *Flora Chilena* neglecta.

154. ? Gymnostomum pachyloma M., — *Cent.* I, n° 89, et *Fl. Chil.*, VII, p. 193. — caule longissimo fluitante ramoso, ramis simplicibus incurvo-uncinatis; foliis dense imbricatis ovato-acuminatis falcato-secundis, margine incrassato, nervo crasso cuspidatis, arcolatione seriata oblonga. . . . .

Hab. In Andibus prope Coquimbo et in Thermis τοῦ Toro : Alc. D'Orbigny et Cl. Gay—C. Muell., *Syn. Musc.*, II, p. 653.

155. G. lamprocarpum M., — *Cent.* I, n° 87. — cæspitosum ; caule simpliciusculo innovanti-ramoso, ramis apice incurviusculis fastigiatis; foliis imbricatis carinatis oblongo-lanceolatis sub apice acuminatis, nervo continuo oblique mucronatis, valde conspicuo-papillatis, margine eroso-crenatis, siccitate spiraliter tortis ; pedunculis pseudolateralibus longiusculis tenuibus flavidis capsulam erectam oblongo-cylindraceam nitidissimam sustinentibus ; operculo longe subulato obliquo.

Hab. In insula Dominica Antillarum : Hb. Bory.

Syn. *Zygodon pusillus* C. Muell., *Syn. Musc.*, I, p. 684.

† 156. Pottia (Hyophila) Leprieurii M. mss. : caule humili basi decumbente repente inde subramoso ; foliis e basi angusta oblongo-lanceolatis solidinerviis, apice obtuse acuminato denticulato-subserrulatis, margine involutis, siccitate uncinato-incurvis; capsulæ erectæ elongatæ cylindricæ annulatæ gymnostomæ ore subcoarctato ; annulo peristomium Leptostomi simulante ; operculo capsula 3-plo breviore longe conico acuminato ; foliis perichætialibus vaginulam longiuscu-

lam amplectentibus, nervo ultramedio instructis tenuissime crenulatis, paraphysibus breviter articulatis, articulo supremo obovato.

Hab. Ad cortices arborum. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 284.

Syn. *Gymnostomum involutum* M., *Ann.*, 2, XIV, p. 350, non Hook.

157. P. flavipes M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 197, t. 3, f. 2. — monoica; caule subsimplici innovando-ramoso; foliis oblongo-lanceolatis longe acuminatis, flaccidis evanidinerviis integerrimis aut apice parcissime dentatis; capsula ovata aut tandem turbinata, deoperculata macrostoma, pedunculo flavo-aureo longo suffulta; operculo conico oblique rostrato.

Hab. In locis humidis Chiles: Cl. Gay. — C. Muell., *Syn. Musc.*, I, p. 552.

158. Splachnum plagiopus M., — *V. P. S.*, p. 287. — monoicum, cæspitosum; caule erecto apice innovationibus fasciculato-ramoso; foliis lanceolatis obovatisve acuminatis, nervo conspicuo subevanido, longe cuspidatis integerrimis; pedunculo brevissimo basi geniculato; capsula oblongo-cylindracea una cum apophysi obconica clavata; operculo convexo-conico.

Hab. In insulis Auckland : Hombron.

Syn. *Dissodon plagiopus* C. Muell., *Syn. Musc.*, I, p. 143, et II, p. 551.

Sectio II. *CLEISTOCARPI.*

† 159. Phascum piptocarpum DR. et M., — *Fl. Alg. ined.* — brevicaule; foliis ovato-oblongis acuminatis papillosis nervo crasso excedente cuspidatis; capsula exserta ovoidea subgemina oblique apiculata, apiculo obtuso, tandem decidua; sporis magnis viridibus; calyptra dimidiata.

Hab. Ad sepes apud Blidah Algeriæ, martio 1849 : Durieu.

Obs. Habitus *P. bryoidis*, quod et forma foliorum assimilat, sed species longe humilior. *A. P. cylindrico* Wils. calyptra basi integra ut et ab omnibus congeneribus lapsu capsulæ in summo pedunculo ad speciem articulatæ præmaturo maxime differt. Pedunculus quam in *P. subexserto* multo longior.

Familia II. HEPATICÆ.

Tribu I. JUNGERMANNIEÆ.

Hemicyclum I. *FOLIOSÆ*.

160. ?Sarcoscyphus laxifolius M., — *Cent.* V, n° 62, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 203. — caule cæspitoso erecto superne dichotomo-ramoso; foliis subdistantibus verticalibus amplectentibus rotundato-quadratis, sinu apicis obtuso, lobis inæqualibus, anteriore minore subacuto, posteriore rotundato, perianthio.....

Hab. Ad terram in Chile australiori : Cl. Gay. — *Syn. Hep.*, p. 618.

† X. DICHITON M.

Perianthium terminale, tubulosum, ovato-oblongum (5-) plicatum, apice truncatum, scariosum, subovatum, cum involucro gamophyllo conformi ima basi tantum connatum.

Caules terra sepulti, repentes, subinnovantes, apice adscendentes. Folia subverticalia, apice emarginata, sinu laciniisque obtusis (raro acutis), margine hyalinis, suprema amplissima repando-trifida, involucrum æquantia. Amphigastria obsoleta, inter foliorum paria suprema præsertim obvia, linguæformia, integra aut emarginata

Flores masculi in innovationibus hypogyneis brevibus. Antheridia globosa, breviter pedicellata, in axillis foliorum supremorum posita.

Patria : Africa septentrionalis.

161. Dichiton perpusillum M. mss. : caule perpusillo brevissimo apice innovante; perianthio involucro foliisque involucralibus subæqualibus in bulbillum subtus polyrhizum congestis.

Hab. In ericetis prope Philippeville Algeriæ : Durieu de Maisonneuve.

Syn. *Jungermannia calyculata* M. et DR. *in* M., *Cent.* VI, n° 23, et *Fl. Alg. Atlas*, t. 35, f. 1.

GOTTSCHEA N. ab E.

Syn. *Notopterygium* M., — *In litt. ad ill.* Neesium. — Observationes ad hujusce generis fructificationem spectantes in *Ann. sc. nat.*, 2ᵉ sér., tom. XIX, p. 244, legere cuique licebit.

162. Gottschea reflexa M., — *Cent.* V, n° 64, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 210. — caule basi repente apice procumbente subfurcatim ramoso; foliorum lobis inæqualibus dissimilibusque, ventrali lanceolato acuto toto ambitu (alaque) denticulato, margine basin versus reflexo, dorsali foliigeno subduplo breviori latissimo, margine libero convexo apiceque recta truncato dentato, dente anguli longiori acuminato; amphigastriis dimidium folium æquantibus ovatis ad 1/3 bifidis, laciniis utrinque dentato-ciliatis apice reflexis.

Hab. Ad cortices arborum in Chile australiori : Cl. Gay. — *Syn. Hep.*, p. 620.

163. G. stratosa M., — *Cent.* V., n° 63, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 209. — caule (masculo) simplici repente crasso carnoso-succulento, nudido canaliculato, radicellis viride purpureis longissimisque subtus vestito; foliorum dense imbricatorum lobo ventrali ovali-lanceolato acuto apice vix dentato, dorsali foliigeno semiovato ventricoso acuminato subduplo breviore integerrimo, angulo superiori rotundato; amphigastriis imbricatis quadratis bifidis sinu obtuso, laciniis dentato-spinulosis; antheridiis longe pedicellatis ternis quinisve in axilla foliorum omnium.

Hab. Cum priori, præsertim in insula Chiloe : Cl. Gay. — *Syn Hep.*, p. 620.

164. G. philippinensis N. et M., — *Cent.* IV, n° 13, et *Bonite*, p. 265, t. 149, f. 4. — caule procumbente furcato; foliis imbricatis lanceolato-acuminatis lobuloque foliigeno semiovato acute excurrente argute serratis; amphigastriis in planta fructifera tantum obviis imbricatis trifidis vel quadrifidis serratis; fructu laterali, involucri foliis connatis margine serrato-ciliatis.

Hab. Ad cortices ad Manillam : Gaudichaud. — *Syn. Hep.*, p. 18.

165. G. Neesii M., — *Cent.* IV, n° 14, t. 9, f. 2. — caule basi procumbente tomentoso ramoso, ramis adscendentibus planis divisis; foliis caulinis imbricatis distichis patentibus oblongis obtusis apice subintegris, lobo foliigeno abrupte truncato trapezoideo integerrimo, suprenis surrectis lobuloque foliigeno spinuloso-dentatis; fructu terminali; perianthio nullo; involucro longissimo (subbilineari) cylindrico-cornucopioideo tubuloso ore fimbriato-laciniato, tubo basilari e foliorum involucralium paribus binis aut ternis cum calyptra carnosa pistillis sterilibus coronata concretis, composito; pedunculo pallido tortili flaccido involucro duplo longiore; capsula oblonga ad basin usque quadrivalvi, valvis linearibus.

Hab. Ad cortices in insula Bourbon : Ad. Delessert. — *Syn. Hep.*, p. 16.

* G. Hombroniana M., — *Cent.* IV, n° 12, et *V. P. S.*, p. 277, t. 16, f. 1. — est G. *Lehmanniana* surcula mascula secundum amiciss. Gottsche. — *Syn. Hep.*, p. 20.

XI. PLAGIOCHILA N. et M.

Perianthium terminale, laterale vel in dichotomia ramorum, læve, sub anthesi totum — apice omni ætate a lateribus compressum, rectum apiceve decurvum, ore (plerisque oblique) truncato dentato ciliatove, rarius nudo, integro, bilabiato aut hinc fisso. Involucri folia duo majora, erecta, caulinis subconformia. Pistilla multa. Capsula firma, usque ad basin quadrivalvis. Elateres mediis valvis inserti, longi, bispiri, decidui.

Flores masculi spiciformes, distichi, caule aut ramo ex apice continuo. Folia perigonialia minora, arcte imbricata, basi ventricosa, apice patula. Antheridia axillaria, ovalia.

Plantæ terricolæ, rarissime corticolæ, speciosæ. Caulis primarius repens vel procumbens, nonnullis stolonifer. Rami erecti, procumbentes adscendentesque, radiculas raro agentes, simplices, dichotomi, dendroidei, pinnati. Folia succuba, dimidiata, sæpius subsecunda, margine dorsali recto reflexo in dorso caulis decurrente, ventrali magis minusve arcuato basi sæpius

reflexo, in multis denticulato vel ciliato. Amphigastria in paucis obvia. — Nees et Montag., *in Ann. sc. nat.*, 1836, *janv.*, p. 52. — *Syn. Hep.*, p. 22.

166. Plagiochila lophocoleoides M., — *Cent.* V, n° 66, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 216. — caule furcato; foliis subimbricatis subsenivertícalibus oblongis patenti-divergentibus, in ventre dorsoque caulis longe decurrentibus, marginibus integris reflexis concavis apice solo irregulariter bi-trifido dentatis, dentibus spinulosis divaricatis; floribus masculis aut terminalibus aut in medio ramo positis; foliorum perigonialium paribus octonis (quodque sinu fovens antheridium globosum pedicellatum); perianthio.....

Hab. Inter muscos in Chile : Cl. Gay. — *Syn. Hep.*, p. 659.

167. P. clophylla N. et M., — *Cent.* II, n° 89. — caule repente, ramis erectis dichotome divisis, divisionibus erecto-patentibus, ultimis furcatis; foliis imbricatis subverticalibus semiovatis exsiccatione crispatissimis caulique appressis, margine antico seu ventrali horizontali sinuoso-undulato basi decurrente in cristam abeunte insignem toto apiceque obtuso denticulato-spinulosis, postico ascendenti reflexo integerrimo; fructu laterali vel e dichotomia; perianthio ovato hinc fisso dorso plicato, ore truncato ampliato denticulato.

Hab. Ad Rio de Janeiro : Guillemin. — *Syn. Hep.*, p. 58.

† 168. P. Biserrula M. mss. : caule primario repente ramoso, ramis erectis subsimplicibus aut irregulariter ramosiusculis, madefactis curvatis; foliis trimorphis laxe subimbricatis, inferioribus ovatis obtusis apice vix ac ne vix dentatis, superioribus semiovato-oblongis patenti-erectis, margine dorsali recto longe decurrente subinflexo integerrimis, ventrali convexo horizontali apiceque obtuso parce grosseque dentatis, mediis tandem arctius imbricatis (an folia perigonialia juniora?) oblongis repandiusculis aut integris, omnibus siccitate crispulo-repandis sordide viridibus; fructu.....

Hab. Ad cortices arborum, ut videtur, in Guyana gallica : Leprieur, *Coll.* n. 1389.

Obs. Habitus *P. blepharophoræ* Nees, folia *P. repandæ* Hook. A priori autem foliis haud dentato-ciliatis cauleque non flagellifero, a posteriori vero foliis laxe, non arcte imbricatis, margine dorsali haud planis, etc., distinguenda.

169. P. Jacquinotii M., — *V. P. S.*, p. 273, et *Fl. Chil.*, p. 224. — caule repente, ramis ascendenti-erectis iterum ramosis, ramulis axillaribus fasciculatis apice reflexis nutantibus; foliis imbricatis subverticalibus semiovatis deflexis subheteromallis, margine dorsali reflexis integris, ventrali apiceque rotundato minute denticulatis; involucralibus toto ambitu oreque truncato perianthii elongato-clavati dentato-ciliolatis.

Hab. In freto Magellanico : d'Urville. — *Syn. Hep.*, p. 656.

170. P. pusilla M., — *Cent.* IV, n° 15, et *V. P. S.*, p. 270, t. 16, f. 3. — caule primario repente nudo ramos emittente subsimplices pusillos curvatos; foliis distichis alternis, humectis erecto-patentibus, in sicco caule appressis subverticalibus, ex obovato-orbiculatis deflexiusculis, inferioribus minimis laxis subintegris, supremis dense imbricatis majoribus antice denticulatis; fructu.....

Hab. Inter muscos et hepaticas in terra Van Diemen : Hombron. — *Syn. Hep.*, p. 53.

171. P. longiflora M., — *In litt. ad cl.* Gottsche, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 220. — caule repente, ramis erectis prolifero-dichotomis, apice incrassatis incurvis; foliis imbricatis semiverticalibus patulo-erectis (præsertim in sicco subheteromallis) obovatis, margine dorsali integro reflexis, ventrali convexo apiceque rotundo minutim dentato-serratis; fructu terminali et e dichotomia; perianthio oblongo-clavato involucrum longe superante ore rotundato brevi-ciliato intorto.

Hab. In cortice arborum reipubl. chilensis : Cl. Gay. — *Syn. Hep.*, p. 651.

172. P. Guilleminiana M., — mss. *in Syn. Hep.*, p. 45. — caule repente, ramis erectis dichotomis, supremis subfasciculatis; foliis imbricatis divergentibus semiovatis, margine dorsali deflexis incurviusculis decurrentibus, ventrali basi dilatato in cristam nudam repandam conniventibus apice denticulatis; fructu.....

Hab. In Brasilia : Guillemin.

173. P. Orbigniana N. et M., — *Cent.* I, n° 86, et *Fl. Boliv.*, p. 81, t. 1, f. 3. — caule repente, ramis adscendentibus dichotomis; foliis imbricatis dimidiato-ovatis, margine dorsali reflexo recto integerrimo longissime decurrentibus, ventrali apiceque dentato-ciliatis;

amphigastriis folio quadruplo minoribus ciliatis trifidis, laciniis lateralibus incisis, media bifida; perianthiis e dichotomia nascentibus ovatibus dorso ventreque carinatis ore ciliatis.

Hab. In sylvis densis Peruviæ, ad cortices : Alc. d'Orbigny. — *Syn. Hep.*, p. 28.

174. P. Chauviniana M. — *Cent.* VI, n° 22. — caule repente, ramis erectis repetito-dichotomis; foliis imbricatis erecto-patulis longe decurrentibus obovato-oblongis, margine dorsali reflexo, ventrali undulato prope caulem in auriculam saccato-inflatam replicato apiceque dentato-ciliatis; amphigastriis nullis; fructu terminali aut e dichotomia, ramo abortiente laterali; perianthio obovato ore subtruncato dentato-ciliato.

Hab. Patria ignota : Hb. Chauvin.

175. Scapania clandestina M., — *Cent.* IV, n° 17, *V. P. S.*, p. 264, t. 16, f. 4, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 227. — caule simplici basi capillacea in muscis fluitantibus radicellis tenuissimis adhærente; foliis distichis distantibus, supremis approximatis complicato-bilobis, lobis ovatis apice breviter bifidis, junioribus integris, adultis ambitu tenuissime serrulatis, dorsali patenti, ventrali erecto basi extrorsum amplo subauriculato interdum caulem excedente; perianthio...

Hab. Inter caules *Hypni fluitantis L.* in inundatis ad Port-Gallant et Port-Famine freti Magellanici : Hombron. — *Syn. Hep.*, p. 73.

176. Jungermannia subæquifolia N. et M., — *Cent.* IV, n° 21. — caule repente distiche ramoso, ramis tereti-compressis attenuatis patentibus; foliis amphigastriisque conformibus trifariis erecto-patulis profunde bifidis, laciniis ovato-lanceolatis acutis margine exteriori repandis; retis maculis parvis late discretis; amphigastriis subduplo minoribus; fructu.....

Hab. In insula Bourbon, ad thallum *Sphærophori compressi* : Ad. Delessert. — *Syn. Hep.*, p. 147.

177. J. sandwicensis M., — l. c., n° 20, et *Bonite*, p. 259, t. 148, f. 1. — tenerrima, candida, anamphigastriata; caule ramisque repentibus; foliis subhorizontalibus quadratis vel ovato-quadratis planis basi utrinque secundum caulem hinc specie subalatum decurrentibus, apice bifidis, sinu amplo obtuso, laciniis acutis diversimode versis;

retis arcolis magnis; foliis involucralibus imbricatis 3-5-fidis, laciniis lanceolatis acutis integerrimis; perianthio subsessili lanceolato apice triquetro, ore ciliato.

Hab. Ad Filices in insulis Sandwich : Gaudichaud. — *Syn. Hep.*, p. 142.

178. J. chilensis M., — *Cent.* V, n° 68, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 234. — pusilla; caule capillari decumbente subsimplici vel prolifero-ramoso; foliis verticalibus suborbiculatis concavis ventricosis subhomomallis, apice emarginatis, sinu lobisque obtusissimis; amphigastriis inferne obsoletis superne oblongis bipartitis, laciniis angustissimis parallelis cauli appressis; perianthio.....

Hab. Inter muscos in Chile : Cl. Gay. — *Syn. Hep.*, p. 683.

Obs. Floris masculi foliis perigonialibus amplis imbricatis, lobis dente obtuso interdum instructis, anthera unica sessili. Juli in medio ramo, raro terminales. (Gottsche.)

179. J. rhizantha M., — *Cuba*, p. 455. — subamphigastriata; caule repente subramoso, ramis divaricato-flexuosis; foliis laxis adscendentibus heteromorphis (cuneatis, quadrato-ovatis oblongisve) ad medium usque bifidis, sinu acuto obtusove, laciniis divaricatis obtusis inæqualibus; amphigastriis obsoletis aut nullis; perianthio in ramulo brevissimo radicante terminali oblongo plicato ore truncato crenulato; foliis involucralibus obcordatis intimis undulatis trilobatis, lobis obtusis repandis.

Hab. In cortice arborum Insulæ Cubæ : Ramon de la Sagra. — *Syn. Hep.*, p. 132.

180. J. macrocalyx M., — *Cent.* IV, n° 19. — caule basi repente adscendente subdichotome ramoso; foliis subverticalibus suboppositis orbiculatis margine ventrali repandis apice emarginato-bidentulis vel dente unico mucronulatis; involucralibus pluridentatis minoribus recurvo-patulis; perianthio adscendente lævi obconico ore plicato hiante denticulato.

Hab. In insula Martinica ad ramos : Perrottet. — *Syn. Hep.*, p. 102.

181. J. Esenbeckii M., — *Cent.* IV, n° 18, et *Bonite*, p. 256, t. 148, f. 2. — caule rigido flexuoso flagellari-radicoso sub apice in-

novanti-ramoso; foliis semiverticalibus late ovatis concavis succuboimbricatis adscendentibus inæqualiter bifidis, sinu lobisque acuminatis submucronatis, superiore angustiore brevioreque interdum et reflexiusculo; involucralibus biseriatis conformibus amplis ambitu denticulatis; amphigastriis nullis; perianthio ovato-oblongo ore plicato ciliato; pedunculo bi-trilineari; capsula oblonga.

Hab. Inter muscos ad terram turfosam in insulis Sandwich : Gaudichaud. — *Syn. Hep.*, p. 98.

182. J. aberrans N. et M., — *Cent.* IV, n° 22. — caule submudo (apice aphyllo) e dorsi lateribus innovante rigidulo; foliis semiverticalibus patentibus convexis ovali-subquadratis integerrimis minutim reticulatis obtuse angulato-emarginatis, laciniis subinæqualibus acutis vel obtusiusculis; fructu.....

Hab. In insula Bourbon : Ad. Delessert. — *Syn. Hep.*, p. 98.

183. J. Domeikoana M., — *Cent.* V, n° 67, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 232, t. 6, f. 2. — caule basi ramoso, ramis erectis; foliis inferioribus subimbricatis amplexicaulibus semiorbiculatis erecto-patentibus, superioribus laxis alternis margine non incrassato subreflexis; perianthio clavato, apice quadrialato, tandem quadrifido.

Hab. Ad terram in Chile australiori : Cl. Gay. — *Syn. Hep.*, p. 675.

184. J. schismoides M., — *Cent.* IV, n° 23, et *V. P. S.*, p. 258, t. 17, f. 1. — caule erecto elongato flagelliformi-radiculoso, innovationibus parce ramoso; foliis arcte imbricatis semiverticalibus ovatis deflexis convexis, basi subsaccatis, apice sinu latissimo obtuso bifidis, laciniis brevibus acutis, inferiore reflexo; perianthio oblongo sursum plicato ore constricto dentato.

Hab. Inter caules *Oncophori dichotomi* in insulis Auckland : Hombron. — *Syn. Hep.*, p. 81.

185. J. involutifolia M., — in *Syn. Hep.*, p. 81, et *Fl. Chil.*, p. 229. Item *V. P. S.*, p. 260. — caule subsimplici procumbente ventre nudo; foliis semiverticalibus ovatis obtusis integerrimis, basi dorsali late amplectente cucullata marginibus incurvis; fructu.....

Hab. Locis inundatis circa Port-Famine in freto Magellanico, inter cæspites *Hypni fluitantis L.*; Hombron. — *Syn. Hep.*, l. c.

186. J. CRASSULA N. et M., — *Jung. Hb. Montag.*, n° 1. — caule repente infra apicem innovante, ramis gracilibus prostratis; foliis ovatis concavis submarginatis marginibusque incurvis integerrimis antrorsum patulo-imbricatis, ramorum multo minoribus distantibus; retis maculis ob spissitudinem irregularibus parvis; perianthio terminali inflato ovato ore plicato-undulato obtuso; involucri foliis conformibus patulis perianthio paulo brevioribus.

HAB. Ad terram ad Rio de Janeiro : MARTIUS; in insula Juan Fernandez : BERTERO. — *Syn. Hep.*, p. 90.

† 187. J. JAMESONI M. mss. : amphigastriis nullis; caule simplici crassulo repente basi subtus radicellas longissimas pallidas emittente; foliis laxis alternis adscendenti-subverticalibus obcuneato-subquadratis dorso ventrique caulis oblique decurrentibus viridi-hyalinis laxe cellulosis, apice late emarginatis, laciniis grosse dentatis, supremis marginibusque integris; perianthio....

HAB. In Andibus Peruviæ prope Quito : JAMESON.

OBS. Simplex, cæspitosa, 2 centim. longa, ad basin radicellis longissimis confertis intricatis subfasciculata. *J. Turneri* proxima, a qua recedit imprimis caule simplici, foliis vix imbricatis, emarginatis, non bifidis aliisque notis.

188. LOPHOCOLEA GIBBOSA M., — *Cent.* V, n° 72, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 240. — caule repente simplici vel ramoso; foliis convexis semiverticalibus imbricatis semiovato-trapezoideis, margine ventrali convexo sæpius inflexo, dorsali recto longiore decurrente, apice emarginato-bi-tridentatis, dentibus subulatis; amphigastriis amplis liberis bifidis, sinu obtuso, laciniis iterum bifidis; perianthio terminali triquetro, angulis nudis, ore dentato-ciliato; foliis involucralibus majoribus, profundius fissis, amphigastrio calycino quadrato emarginato-bifido, laciniis subulatis integris aut rarius altero dente extrorsum instructis.

HAB. Ad muscos in Chile : CL. GAY. — *Syn. Hep.*, p. 698.

189. L. UNDULATA M., — l. l. c. c., n° 71, et p. 241. — caule repente parvo ramoso; foliis (pallidis) semiverticalibus ovatis ovato-quadratisve, junioribus inferioribusque apice emarginato-bidentatis, superioribus integerrimis undulatisque, omnibus patenti-erectis convexis, margine dorsali decurrente recto, ventrali basi reflexo semiorbiculari repando; amphigastriis liberis ovatis bifidis, laciniis subulatis,

marginibus dentato-spinosis apice reflexis dorso rhizophoris; perianthio ovato (juniori) terminali, apice lacinioso, laciniis incurvis; foliis involucralibus orbiculatis undulato-crispulis denticulatis.

Hab. Cum priori : Cl. Gay. — *Syn. Hep.*, p. 695.

190. L. concreta M., — *Cent.* V, n° 70. — caule repente vage patenti-ramoso; foliis semiverticalibus planis semiovato-oblongis integris, amphigastriis altero latere connatis contiguis reniformibus bifidis, laciniis subulatis, basi utrinque dente instructis ; perianthio terminali ore triquetro, lobis laciniato-dentatis; foliis amphigastrioque involucralibus cum perianthio coalitis.

Hab. Inter muscos Borbonicos (*Ins. Mascarena*) : Hb. Grateloup. — *Syn. Hep.*, p. 691.

191. L. æquifolia N. et M., — *Jung. Hb. Montag.*, n° 2, t. 1, f. 1, in *Fl. Chil.* omissa. — caule repente inordinate ramoso, ramis decurvis sterilibus apice attenuatis; foliis late ovalibus semiverticalibus integris apice rotundatis aut obscure repandis convexis pallidis, amphigastriis altero latere connatis contiguis rhombeo-ovatis quadrifidis, laciniis lanceolato-subulatis; perianthio terminali lateralive, angulis ala nulla, apice dentato-lacinulato; involucri foliis amphigastriisque reliquis conformibus.

Hab. In Juan Fernandez insulæ silvis umbrosis montium editiorum ad arborum truncos emarcidos corticesque putridos secus rivulos : Bertero. — *Syn. Hep.*, p. 158.

192. L. Gaudichaudii M., — *Cent.* IV, n° 25, et *Bonite*, p. 252, t. 148, f. 4. — caule repente ramoso; foliis subsemiverticalibus trapezoideis convexis deflexis, apice exciso-bidentatis, margine antico inflexo subdenticulatis, basi per paria cum amphigastriis ovatis ad apicem sinu obtuso bidentatis, utrinque dente uno alterove instructis, connatis; perianthio terminali (vel innovatione superveniente ad speciem laterali) trigono, ore ciliato, angulis basi alatis dentatis.

Hab. Ad cortices arborum in insulis Sandwich : Gaudichaud. — *Syn. Hep.*, 156.

193. L. Orbigniana N. et M., — *Jung. Hb. Montag.*, n° 1, et *Fl. Boliv.*, p. 78, t. 2, f. 3. — caule subsimplici flexuoso adscendente; foliis subsemiverticalibus orbiculatis convexis undique longe dentato-

ciliatis ; amphigastriis distantibus cum folio cohærentibus ovato-subrotundis apice basique utrinque ciliato-bidentatis e dorso infero rádicantibus ; fructu.....

Hab. In silvis excelsis secus vias non longe a *Chupe*, provinciæ Yungas in Bolivia : Alc. d'Orbigny. — *Syn. Hep.*, p. 156.

194. Cheloscyphus Gayanus M., — *Cent.* V, n° 69, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 229, t. 6, f. 4, sub *Jungermannia*. — caule repente vage prolifero-ramoso, ramis apice incrassatis; foliis arctissime imbricatis subsemiverticalibus orbiculatis antrorsum conniventibus, margine inflexo, apice tenuissime denticulato ; amphigastriis ovatis emarginato-bifidis, laciniis acutis; involucralibus toto ambitu amphigastrioque obcuneato-rotundato integris, hoc apice tantum minute sparsimque denticulato ; perianthio oblongo trigono ore amplo truncato denticulato, angulis lateralibus alatis involucrumque superante.

Hab. Ad cortices arborum in provincia Valdivia reipubl. chilensis : Cl. Gay. — *Syn. Hep.*, p. 710.

195. C. Huidobroanus M., — *Cent.* V, n° 74, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 247. — caule repente intricato rigidulo subsimplici aut ramo altero instructo ; foliis subverticalibus patenti-erectis oblongo-rotundatis repandis; amphigastriis semicircularibus apice bidentatis, dentibus subulatis, sinu lato obtuso discretis, extrorsum unidentatis, hinc cum folio proxime subjecto connatis; perianthiis lateralibus seriatis oblongo-campanulatis, ore bilobato obscure dentato.

Hab. In provinciis centralibus reipubl. chilensis, ad terram : Cl. Gay. — *Syn. Hep.*, p. 708.

196. C. anomodus M., — *Cent.* V, n° 75, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 245. — caule repente vage ramoso subsimplicique ; foliis subhorizontalibus patulis planis ovato-trapezoideis, apice recta emarginato-bi-tridentatis, dentibus extremis divergentibus, ramealibus superioribusque valde polymorphis, repandis emarginatis excisis sinu laciniisque rotundis, etiam integerrimis; amphigastriis vix contiguis reniformibus, apice libero 2-4-fidis, laciniis lanceolatis acutis integris, cum foliis subjectis projectura angustissima connatis ; perianthio in ramulo terminali ovato, ore amplo obscure trigono dentato ; involucri foliis cum amphigastrio calycino coalitis crenatis reflexis.

Hab. In Chile australiori ad muscos : Cl. Gay.— *Syn. Hep.*, p. 707.

197. C. VALDIVIENSIS M., — l. l. c. c., n° 74, et p. 246. — caule subsimplici bifurcatoque arcte repente; foliis suboppositis subhorizontalibus dense succubo-imbricatis ovatis patentibus planis, margine ventrali dentatis, dorsali subintegris, apice bidentatis, dentibus sinu angusto sejunctis ciliiformibus conniventibus aut divergentibus; amphigastriis contiguis semiorbiculatis toto ambitu dentato-ciliatis, dentibus binis supremis longioribus sinuque discretis, hinc cum folio subjecto projectura mediocri connatis, illinc cauli decurrentibus; flores masculi femineique laterales.

HAB. In iisdem cum priori locis : CL. GAY. — *Syn. Hep*, p. 705.

198. C. JACQUINOTII M., — *Cent.* IV, n° 24, et *V. P. S.*, p. 253, t. 17, f. 2. Item *Fl. Chil.*, l. c., p. 244. — caule simplici elongato repente; foliis imbricatis semiverticalibus ovato-subquadratis basi decurrentibus sursum conniventibus, margine ventrali semiorbiculatis, dorsali vero subrectis, apice breviter bilobis, lobo superiori concavo inferiorique revoluto convexo acutis, sinu angusto obtuso; amphigastriis pro plantæ statura minutis ovatis apice margineque ciliis subquinis instructis; fructu.....

HAB. Ad muscos in freto Magellanico : JACQUINOT. — *Syn. Hep.*, p. 185.

199. C. PERFOLIATUS M., — *Nilgh.*, n° 74, sub *Lophocolea*. — caule procumbente elongato prolifero-ramoso, ramis patenti-erectis; foliis semiverticalibus ovato-quadratis distiche oppositis ambitu subrepandis obtusis in sicco horizontalibus, madidis adscendentibus pallide viridibus, per paria cum amphigastriis folio dimidio minoribus, e reniformi suborbiculatis ovatisve, ambitu dentatis, dentibus binis apicalibus sinu obtuso discretis majoribus, atque inter sese basi connatis; perianthiis obovatis mox lateralibus e ventre caulis oriundis sessilibus, obtuse plicatis, ore ciliatis, involucri foliis inæqualiter bilobis, lobo majori dentato.

HAB. Ad truncos et rupes, circa Ootacamund in montibus Nilgheriensibus : PERROTET. — *Syn. Hep.*, p. 172.

† 200. C. MANCUS M., mss. : elatior, atropurpureus; caule erecto apice furcato; foliis suboppositis succubo-imbricatis semiverticalibus, inferioribus ovato-subrotundis minoribus, superioribus semiovatis convexis involutis undulatis, margine ventrali rotundato ad basin

reflexo, dorsali patenti-erecto in caulem decurrente et projectura augusta cum folii oppositi basi conjuncto, apice bidentatis, dentibus sinu vario sæpe rotundo sejunctis ciliiformibus interdum inæqualibus; amphigastriis nullis; fructus rudimenta sub apice caulis inventa. Pistilla multa. Folia perichætialia dentata.

Hab. In Andibus Peruviæ prope Quito : Dr Jameson. — Hb. Delessert.

Obs. Species procera, octo centim. superans, sicca nigrescens, turpis, madefacta et contra lucem inspecta purpureo-violacea. Habitus chiloscyphoideus, at folia pro more variarum Plagiochilarum margine ventrali amplo rotundato caulem amplectentia et cristam connivantem nudam efformantia. Ob defectum amphigastriorum ab omnibus congeneribus margine dorsali coalito insignibus maxime recedit.

201. Gymnanthe Urvilleana M.,—*Cent.* IV, n 16, et *V. P. S.*, p. 262, t. 16, f. 2, sub *Scapania*. — surculis adscendentibus, ramis apice incrassatis, incurvisque; foliis subrotundis integris late amplectentibus subsecundis denticulatis integerrimisve, inferioribus minoribus magisque distantibus; fructu.....

Hab. In freto Magellanico : d'Urville. — *Gymnanthe* Tayl., *Hep. Antarct in Lond. J. of Bot.*, 1844, p. 468, n° 32.— *Syn. Hep.*, p. 193.

202. G. Bustillosii M., — *Cent.* V, n° 61, et *Fl. Chil.*, p. 249, t. 6, f. 1. — caule parvo repente e ventre ramoso; foliis succubis adscendentibus semiverticalibus ovato-oblongis integris et integerrimis, basi saccatis, supremis majoribus; flores masculi in ramulo distincto.

Hab. Apud *S. Antonio* in Chile : Cl. Gay. — *Syn. Hep.*, p. 712.

203. ? Geocalyx contortuplicatus N. et M., — in *Syn. Hep.*, p. 195. — amphigastriis nullis; foliis ovalibus oblongisve subrectangulis emarginato-bi-tridentatis planis integerrimis, retis limitibus crassiusculis; fructu.....

Hab. In insula Taïti ad truncos putridos : Hb. Bory de Saint-Vincent.

204. Calypogeia Miquelii M., — in *Syn. Hep.*, p. 200. — foliis subimbricatis contiguisve oblongo-ellipticis apice rotundatis bidentatis, dentibus sinu angusto discretis; amphigastriis bifidis laciniis lanceolatis.

Hab. In Surinamo Batavorum : Hb. Miquel ; in Guyana gallica prope Cayennam : Leprieur.

205. C. peruviana N. et M., — *Cent.* I, n° 82, et *Fl. Boliv.*, p. 75. — foliis ovatis apice angustioribus conniventi-bidentatis, dentibus acutis, flagellis ventralibus microphyllis, foliis bifidis conspersis.

Hab. Ad rupes in Peruvia inter Chupé et Janacaché : Alc. d'Orbigny. — *Syn. Hep.*, p. 200.

206. C. arguta N. et M., — in *N. ab E.*, *Hep. Eur.*, III, p. 24, n° 2. — foliis subrotundo-ovatis argute bidentatis explanato-imbricatis ; amphigastriis patentissimis profunde bifidis, laciniis divergentibus subulatis integris bifidisve (flagellis ventralibus nullis).

Hab. In Gallia australi : Hb. Guépin ; in insula Madeira : Hb. N. — *Syn. Hep.*, p. 199.

207. Lepidozia javanica M., — *V. P. S.*, p. 246. — caule repente vage bipinnatimque ramoso, ramis decurvis ; foliis distichis verticalibus amphigastriisque transversim quadratis patentibus tri-octofidis, laciniis erecto-incurvis capillaribus acutis ; perianthio in ramulo brevi terminali maximo, ore lacero.

Hab. Ad Port-Famine in freto Magellanico : Jacquinot.

Syn. *Lepidozia Neesii* Lindbg., *Spec. Hep.*, t. XII, et *Syn. Hep.*, p. 212. — *Jungermannia capillaris* var. *Javanica* Nees ab Esenb. *Hep. Jav.*, p. 13.

208. L. dispar M., — *in Lond. Journ. of Bot.*, *July* 1844, p. 288, sub *Jungermannia*, *Cent.* V, n° 76, et *V. P. S.*, p. 248. — caule furcatim ramoso, ramis distichis, aliis subfastigiatis obtusis, aliis flagelliformibus radicantibus ; foliis verticalibus ovato-quadratis plerumque trifidis amphigastriisque angustis ovatis bifidis dissitis integerrimis patentibus ; perianthio cylindraceo laterali maximo, ore ciliato.

Hab. In insulis Auckland, aliis Jungermannideis intricata : Hombron. — *Syn. Hep.*, p. 203.

209. Mastigobryum australe M., — *Cent.* IV, n° 31 sub *Herpetio*, et *V. P. S.*, p. 239, t. 18, f. 1. — caule procumbente dichotomo flagellifero, flagellis longis ; foliis imbricatis semiverticalibus in sicco deflexis ex ovato oblongis vix falcatis apice eroso-minute-tridenticu-

latis, margine integerrimis ; amphigastriis inferioribus contiguis, superioribus imbricatis quadratis, angulis obtusis toto ambitu repandis; retis foliorum cellulis mediis majusculis ; fructu.....

Hab. Ad truncos in sylvis grandævis Insulæ Balaou : Hombron. — *Syn. Hep.*, p. 228. — Lindbg., *Spec. Hep.*, t. XV.

210. M. scutigerum N. et M., — *Cent.* I, n° 78, et *Fl. Boliv.*, p. 74. — caule procumbente subdiviso ; foliis distiche patentibus adproximatis ovatis convexis, margine ventrali ante basin curvatis, apice angustatis subtruncatis 2-3-dentatis dentibusque integerrimis ; amphigastriis distantibus ovali-rectangulis repandis truncato-obtusis basi brevi-cordatis adpressis patulisve ; fructu.....

Hab. In provincia Moxos Peruviæ circa rivulum Icho : Alc. d'Orbigny. — *Syn. Hep.*, p. 225. — Lindbg. *Spec. Hep.*, t. XIII.

211. M. cordistipulum M., — *Cent.* IV, n° 28, et *Bonite*, p. 242, t. 149, f. 1. — caule elongato bifurcato vage ramoso, ramis brevibus attenuato-flagelliformibus ; foliis deflexis ex ovato subcuneatis, apice truncato tridentatis dentibusque inæqualibus subulatis integerrimis, margine inferiori seu postico sinuato decurrentibus ; amphigastriis contiguis cordato-orbicularibus basi gibbis apice emarginatis utroque margine reflexis integris ; fructu.....

Hab. In insulis Sandwich ad terram imosque truncos arborum : Gaudichaud. — *Syn. Hep.*, p. 224. — Lindbg., *Spec. Hep.*, t. XI.

212. M. patens M., — *Cent.* IV, n° 63, et *Bonite*, p. 246, t. 149, f. 2. — caule repente bifureato flagellifero, flagellis longis crebrisque ; foliis convexo-deflexis e semiovata basi lineari-falcatis, apice tridentatis, dentibus obtusiusculis ; amphigastriis distantibus quadratis patentibus apice reflexo marginibusque minute irregulariterque denticulatis ; fructu.....

Hab. In insulis Sandwich ad muscos : Gaudichaud. — *Syn. Hep.*, p. 221.

213. M. involutum M., — *Cent.* IV, n° 30, sub *Herpetio*, et *V. P. S.*, p. 240, t. 18, f. 2. — crassum, caule flagellifero semel bisve furcato, ramis foliisque dente imbricatis semiovato-oblongis deflexis concavis apice tridentatis, dentibus brevibus obsoletisque, involutis ; amphigastriis subquadrato-orbicularibus margine repandis apice semper

reflexo crenato-dentatis, folio subjecto hinc vel utrinque coalitis, basi convexa gibbosis ; fructu.....

Hab. In insulis Auckland ad muscos : Hombron. — *Syn. Hep.*, p. 220. — Lindbg., *Spec. Hep.*, t. VI, et t. XX.

214. M. recurvum M., — *Cent.* IV, n° 29, sub *Herpetio*, et *Bonite*, p. 248, t. 149, f. 3. — caule repente ramoso flagellifero, foliis semi-verticalibus confertim imbricatis subsemiovatis obtusis apice minute denticulatis basi decurrente inflexiuscula cum amphigastriis coalitis ; amphigastriis reniformibus subtus basi convexis apice reflexo aut incurvo crenulatis ; perianthio ovato-lanceolato apice plicato ore ciliato.

Hab. Ad Poulo Pinang, Indiæ orient. : Gaudichaud. — *Syn. Hep.*, p. 220. — Lindbg., *Spec. Hep.*, t. VI.

215. M. integrum N. et M., — *Cent.* IV, n° 27. — caule reptante simplice dichotomove rigidulo, flagellis crebris validis ; foliis confertis subverticalibus decurvis cordato-rotundis ovatisque integerrimis, nonnullis apice inflexis ; amphigastriis adproximatis rotundo-quadratis subcrenulatis ; fructu.....

Hab. In cortice arborum insulæ mascarenensis : Ad. Delessert. — *Syn. Hep.*, p. 215.

216. Sendtnera gracilis M., — *Cent.* IV, n° 32, et *Bonite*, p. 240, t. 148, f. 3. — caule gracillimo flagellifero repente ramoso, ramis vagis divaricatis ; foliis caulinis rameisque ovatis amplexicaulibus erecto-patentibus apice inæqualiter ad tertiam partem acute bifidis, laciniis conniventibus ; amphigastriis ovatis apice bifidis integrisve subrepandis dorso rhizophoris ; foliis amphigastriisque flagellorum æqualibus sinu acute bifidis, laciniis varie directis ; fructu.....

Hab. Inter muscos et Jungermannideas in insulis Sandwich : Gaudichaud. — *Syn. Hep.*, p. 243.

217. Trichocolea Pluma M., — *Bonite*, p. 238, t. 147, f. 1. — caule primario bis furcatim diviso, divisionibus erecto-patentibus regulariter bipinnatis, pinnis densis oblongis acuminatis patentibus ; foliis bipartitis, laciniis bifidis capillari-multifidis ; amphigastriis quadripartitis capillari-multifidis ; fructus lateralis primordia.

Hab. In montibus insulæ Poulo-Pinang : Gaudichaud.

Syn. *T. Tomentella, ß Pluma, Syn. Hep.*, p. 237; *Jungermannia Pluma* N., Rwdt. et Bl., *Hep. Jav.*, p. 209, n° 19.

218. Radula campanigera M., — *Lond. Journ. of Bot., Dec.* 1844, et *Cent.* V, n° 77. — caule prostrato elongato distiche subpinnatim ramoso; foliis ovato-orbiculatis subtus ad basin complicatis, lobulo oblongo minore angulis rotundatis; perianthio apice dilatato campaniformi.

Hab. In cortices arborum in insula Java : Hb. Miquel. — *Syn. Hep.*, p. 729.

219. R. xalapensis N. et M., — *Jung. Hb. Montag.* et *Flor. Boliv.*, p. 62, t. 2, f. 4. — caule procumbente dense pinnatim ramoso flaccido; foliis densissime imbricatis orbiculatis obtusis integerrimis basi subinflata complicatis, lobulo lato subrotundo supra caulem producto margine undulato basi acute exciso caulique subadnato; fructu in ramis laterali terminalique; perianthio elongato infundibuliformi, ore compresso obsolete crenato.

Hab. In Bolivia ad rupes : Alc. d'Orbigny. — *Syn. Hep.*, p. 255.

220. R. physoloba M.,—*Cent.* IV, n° 33, et *V. P. S.*, p. 236, t. 17, f. 4. — caule arcte repente pinnatim ramoso, ramis brevibus alternis; foliis imbricatis subrotundis obtusis convexis integerrimis, lobulo trapezoideo inferne sinuoso inflato (!) superne plano appresso, angulo obtuso; fructu in ramis brevibus terminali axillarive; perianthio longe cuneato truncato cochleariformi.

Hab. Ad *Stictam Deliseam* in insulis Auckland : Hombron. — *Syn. Hep.*, p. 254.

221. R. reflexa N. et M., — *Cent.* IV, n° 34, et *Bonite*, p. 235, t. 147, f. 3. — caule procumbente flexuoso inordinate pinnatim ramoso; foliis imbricatis subrotundo-ovatis obtusis integerrimis subdecurrentibus, lobulo quadrato, angulo obtuso (rariter acuto) reflexo fructu in ramis brevibus laterali; perianthiis involucro multo longioribus cuneiformi-subcylindricis clavatisve ore complanato truncato crenulato.

Hab. In Amboina insula : Labillardière; in insulis Sandwich Gaudichaud.—*Syn. Hep.*, p. 253.

† 222. R. stenocalyx M. mss. : dioica; caule pusillo arcte repent

ramosiusculo, ramis brevibus divaricatis; foliis subimbricatis obovatis aut ovato-oblongis rotundatis integerrimis basi decurrente complicato-bilobis, lobulo cauli adnato rhizophoro margine libero convexo vel antrorsum truncato in folium confluente, involucralibus minoribus lobulo erecto plano truncato vel acutiusculo; perianthio pro ratione longissimo corniformi ore subdilatato crenulato; spicis masculis (in planta diversa) longis, perigonialibus bilobis, lobis rotundatis, majore subpatente.

Hab. Ad folia Filicum prope Cayennam? Leprieur, *Coll.*, n° 1395, pro parte.

Desc. Species minuta, vix bi-trilinearis, arcte ad folia adrepens, ramosiuscula, ramis brevibus divaricatis. Lobulus foliorum cauli totus adnatus, margine libero convexus aut truncatus, basi inflatus, rhizophorus. Folia involucralia bina, caulinis breviora, vix 3/4 millim. æquantia. Perianthium subcylindricum, cornu ad instar recurvum, sesquimillimetrum longum, ore paululum dilatatum, crenulatum. Inflorescentia mascula in individuis distinctis, ut videtur, posita. Juli laterales, sessiles, 3 *mm. longi recti aut curvuli. Folia perigonalia* alterna imbricata (saccata) apice breviter biloba, lobis inæqualibus rotundatis, dorsali majore exstante.

Obs. *R. Novæ-Hollandiæ* affinis, a qua minutie et foliis obovato-rotundis obtusis, haud acutis, facillime distinguitur. Forma lobuli et perianthii longitudo singularis vetat ne cum varietate *loborhiza R. pallentis* ejusdem regionis confundatur. Inflorescentia dioica tandem a multis aliis congeneribus differre videtur.

223. Madotheca subsquarrosa N. et M., — *Jung. Hb. Montag.*, n° 2. — caule repente irregulariter subbipinnato; foliis imbricatis haud incumbentibus lobulisque oblique ovatis obtusis integerrimis; amphigastriis parabolico-ovatis adpressis obtusis margine undique revolutis, cellulis intercalaribus distinctis; fructu.....

Hab. Ad terram inter Peltigeras in insula Juan Fernandez: Bertero. — *Syn. Hep.*, p. 275.

224. M. madagascariensis N. et M., — l. c., n° 1. — caule procumbente irregulariter ramoso-decomposito subpinnato; foliis imbricatis planis, ovatis, obtusis, apice subrepandis, lobulis oblongis amphi-

gastriisque cordato-ovatis obtusis decurrentibus, planis repandis basi apiceque spinuloso-denticulatis; fructu.....

Hab. Secus rivulos in insula Madagascar : Goudot. — *Syn. Hep.*, p. 272.

225. M. nilgheriensis M., — *Nilgh.*, n° 93. — caule procumbente subdichotomo; foliis contiguis subhorizontalibus inæqualiter bilobis, lobo dorsali ovato obtuso repando-subbidentato patente, ventrali triangulari aut lineari-oblongo angusto acuto aut obtuso plano; amphigastriis distantibus ovato-oblongis irregulariter subrepandis cauli adpressis lobulo paulo latioribus majoribusque; perianthio.....

Hab. Ad ligna prostrata et semiputrida in montibus nilgherienensibus : Perrottet. — *Syn. Hep.*, p. 264.

226. M. Perrottetiana M., — l. c., n° 94. — dioica, maxima (spithamæa longiorque); caule primario nudo subdichotome diviso, divisionibus pinnatis bipinnatisque, pinnis pinnulisque patentibus (vetustis falcato incurvis recurvisve); foliis subimbricatis (bilobis) lobo dorsali humecto patenti siccitate deflexo oblongo-lanceolato plano, a medio dentato-ciliato (dente extremo longissimo), lobo ventrali oblongo erecto amphigastriisque conformibus distantibus dentato-ciliatis; involucri foliis bilobis, lobo dorsali longe filiformi-acuminato dentato ventralemque obtusiusculum denticulato-spinulosum superante, amphigastrio oblongo margine parce inciso-dentato integerrimove; perianthiis crebris ovoideis compressis costatis ubique lacinulis adspersis deflexis ore lacero dentatis; capsula globosa breviter pedicellata fusca.

Hab. In truncis humidis arborum per omnes sylvas nilgherienses : Perrottet. — *Syn. Hep.*, p. 264.

227. M. elegantula M., — *Cent.* IV, n° 35, et *V. P. S.*, p. 232, t. 18, f. 3. — caule procumbente inordinate subpinnatimque ramoso, ramis patenti-erectis; foliis semiverticalibus orbiculatis concavis dense imbricatis margine inferiori undulato cum lobulo ovato deflexis, in sicco circa caulem convolutis integerrimisque; amphigastriis lingulatis basi convexa amplexicauli utrinque decurrentibus cauli appressis sibi contiguis aut imbricatis apice, non autem margine, subreflexis; fructu laterali sessili, foliis involucralibus inæqualibus denticulatis; perianthio bilabiato, labiis denticulatis. — Lindbg. et G.

Hab. Ad terram in insulis Auckland : Hombron.

Syn. *Madotheca Stangeri* N. Lg. et G., *Syn. Hep.*, p. 280.

228. Ptychanthus squarrosus M., — *in* Lehm., *Pug.* VIII, p. 22. — caule adscendente elongato (spithamæo) bipinnato, pinnis brevibus patentibus nunquam fastigiatis; foliis semiverticalibus oblique ovato-lanceolatis interdum undulato-convolutis subintegerrimis, margine ventrali reflexis, lobulo minimo; amphigastriis orbiculatis apice crenulatis marginibus elevatis reflexisve basi contracta canaliculatis; perianthiis in caule primario et in pinnis seriatim dispositis decemstriatis folia involucralia longe superantibus.

Hab. In insula Amboina : Hb. Labillardière nunc Webbii. — *Syn. Hep.*, p. 290.

229. Phragmicoma Cumingiana M., — *London Journ. of Bot.*, 1845, p. 7, n° 62. — caule arcte repente dichotomo; foliis densissime imbricatis verticalibus orbiculatis concavis, margine infero plicatis, plica undulata basi prope caulem bidentata, siccitate cauli circumvolutis squarrosis; amphigastriis folio triplo minoribus imbricatis cuneatis apice retusis, angulis obtusis medio rhizophoris; fructu terminali; foliis involucralibus majoribus bifidis, laciniis inæqualibus sinuque acutis amphigastrium oblongum canaliculatum apice breviter bifidum æquantibus; perianthio obovato involucralia vix superante basi lævi apice quinqueplicato, plicis obtusis cucullatis, stylo longo exserto.

Hab. Ad cortices in insulis Philippinis : Cuming.—*Syn. Hep.*, p. 301.

230. P. tumida N. et M., — *Syn. Hep.*, p. 300. — caule pinnatim subramoso, ramulis brevibus; foliis verticalibus confertis suborbiculatis obtusissimis integerrimis, margine infero toto inflexis repandis, lobulo subindistincto; amphigastriis rotundo-reniformibus adproximatis apice retusis breviter inflexis; fructu.....

Hab. In Pulo-Pinang Indiæ orientalis : Ad. Delessert.

Syn. *Ptychanthus tumidus* Nees ab. Esenb., *Hep. Eur.* III, p. 213, n° 7.

231. P. Guilleminiana N. et M., — *Cent.* II, n° 90. — caule adscendente dichotomo fastigiato; foliis imbricatis decurvis ovatis obtusiusculis apice subrepandis basi subtus arcte complicatis, lobulo ovato basi inflato denticulato; amphigastriis imbricatis transversalibus re-

curvato-convexis subtus in medio plicato-ventricosis subretusis obiterque repandis; perianthiis dichotomiæ impositis compressis obovatis truncatis, dorso medio ventricosis marginibusque lævibus.

Hab. Ad cortices arborum in monte Corcovado Brasiliæ: Guillemin. — *Syn. Hep.*, p. 295.

232. P. aulacophora M. — *Cent.* IV, n° 43, et *V. S. P.*, p. 219, t. 19, f. 1. – caule repente parce inordinateque ramoso, ramis brevibus patulis; foliis semiverticalibus confertim imbricatis ovatis obtusis patentissimis basi complicatis plicaque inflexa integerrimis; amphigastriis suborbiculatis subimbricatis aut contiguis integerrimis; fructu sessili laterali; perianthiis subglobosis multistriatis mucronatis involucro paululum longioribus, foliis amphigastrioque involucralibus maximis orbiculatis undulatisque.

Hab. In insula *Manga-Reva* ad radices arborum : Hombron. — *Syn. Hep.*, p. 743.

* P. calcarata M., — *Cent.* IV, n° 44. — *Lejeunia lunulata* N. ab E. var. γ *calcarata*, *Syn. Hep.*, p. 326.

* P. ocellulata N. et M., — l. c., n° 42. — *Lejeunia squamata* a *Wildenowiana* * *ocellulata*, *Syn. Hep.*, p. 322.

233. Lejeunia Sagræana M.,—*Cuba*, p. 464, t. 18, f. 1, sub *Phragmicoma*. — caule repente subpinnatim ramoso conferto; foliis imbricatis ovato-rotundis obtusis integerrimis, basi in lobulum complicatis inflatum apice extrorsum subunidentatum; amphigastriis foliis minoribus contiguis reniformi-rotundis planis; fructu in ramulis lateralibus brevibus; foliis involucralibus cuneiformi-obovatis minute denticulato-serratis, basi obsolete complicatis; perianthio obovato-rotundo compresso dorso concavo ventre bicarinato, marginibus angulisque cristato-incisis, laciniis lanceolatis.

Hab. Ad cortices in insula Cuba : Ramon de la Sagra.— *Syn. Hep.*, p. 314.

* L. Erysibe N. et M., — *Jungerm. Hb. Montag.*, n° 16.—est var. *tenuis L. angustæ* Lehm. et Lindbg.

234. L. Auberiana M.,—*Cuba*, p. 483, f. 19, t. 3.—caule repente subpinnatim ramoso, ramis divaricatis ramulis subfasciculatis; foliis imbricatis subsemiverticalibus obovato-subrotundis integerrimis basi

subtus sinuato-complicatis, lobulo ovato oblongove ultra medium folii in ejusdem marginem transeunte apice exciso uni-bidentato; amphigastriis parvis distantibus rotundis planis reflexisque integerrimis; fructu in ramulo brevi laterali terminali; perianthiis crebris compressulis obovato-subpentagonis, angulis alatis nudis, ore mucronulatis involucrum superantibus.

Hab. Ad ramos ramulosque in insula Cuba : Ramon de la Sagra.— *Syn. Hep.*, n° 322.

235. L. trigona N. et M.,—*Jung. Hb. Montag.*, n° 11, et *Fl. Boliv.*, p. 64, t. 2, f. 2. — caule repente inordinate pinnatimque ramoso laxiusculo; foliis imbricatis apice decurvis ovato-subrotundis obtusis integerrimis subtus complicatis, lobulo oblongo inflato in folii marginem acuminato integerrimo; amphigastriis remotiusculis suborbiculatis planis integerrimis; fructu axillari subsessili, involucro sæpe nullo; perianthio obovato obtuse triangulo apice trilobo.

Hab. In montibus excelsis provinciæ *La Laguna* Peruviæ : Alc. d'Orbigny. — *Syn. Hep.*, p. 330.

236. L. languida N. et M., — *Jung. Hb. Montag.*, n° 7, et *Fl. Boliv.*, p. 62, t. 2, f. 1. — caule repente subfasciculatim ramoso, ramis elongatis; foliis subhorizontalibus plano-patentibus subimbricatis ovatis apice acute denticulatis acutisque basi breviter sinuato-complicatis flaccidis; amphigastriis subdistantibus cordato-orbiculatis rotundatis basi utrinque decurrentibus integerrimis; fructu.....

Hab. In Peruvia ad rupes in sylvis excelsis inter Chupé et Yanacaché : Alc. d'Orbigny. — *Syn. Hep.*, p. 317.

237. L. axillaris N. et M., — l. l. c. c., n° 8, et p. 64. — caule ramoso, ramulis apicem versus bi-trifidis patulis; foliis subverticalibus imbricatis decurvis ovatis apice bi-tridentatis margine integerrimis basi decurrenti-saccatis, lobulo obliquo truncato; amphigastriis folio dimidio minoribus ovalibus obtusis integerrimis margine subreflexis; fructu in dichotomia subsessili et laterali: foliis involucralibus spinoso-serratis, lobulo minimo rotundo; perianthio obovato vel obcordato compresso dorso demum convexo ventre obtuse unicarinato, margine laterali et ore ciliato-dentatis.

Hab. In Peltigeris Peruviæ, in sylvis montium provinciæ Yungas : Alc. d'Orbigny. *Syn. Hep.*, p. 317.

238. L. SURINAMENSIS M., — *Cent.* II, n° 84, sub *Phragmicoma.* — caule repente pinnatim ramoso, ramis patentibus; foliis semiovatis subhorizontalibus planis, margine dorsali convexo apiceque obtusiusculo denticulatis, ventrali adscendente subintegerrimis, subtus ad basin complicatis, lobulo convexo ovato-lanceolato horizontali confluente; amphigastriis remotis orbiculatis integerrimis planis subrepandis; perianthiis in ramulo brevi laterali terminalibus obcordatis compressis ventre obtuse carinatis dorso convexulis marginibus membranaceis inæqualiter denticulatis.

HAB. Ad folia in Surinamo : SPLITGERBER. — *Syn. Hep.*, n° 329.

239. L. LEPRIEURII M., — *Guyan. centr.*, n° 36, t. 4, f. 2, sub *Jungermannia.* — caule procumbente vage fasciculatimque ramoso, ramis subfastigiatis; foliis laxe imbricatis oblique oblongo-rotundatis subexplanatis integerrimis planis basi subdecurrenti-complicatis, plica parva truncata; amphigastriis folio duplo minoribus remotiusculis suborbiculatis integerrimis planis basi subdecurrentibus; perianthiis axillaribus lateralibusve sessilibus obovatis mucronatis dorso plano unicarinulatis ventri bi- (rarius tri-) carinatis marginibus angulisque asperrimis.

HAB. Ad cortices arborum in sylvis paludosis Guyanæ centralis : LEPRIEUR. — *Syn. Hep.*, p. 319.

240. L. CRENATA N. et M., — *Cent.* I, n° 84. — caule inordinate ramoso; foliis imbricatis orbiculatis convexis in ambitu supero dentaticulato-crenatis basi sinuato-complicatis, lobulo saccato truncato; amphigastriis folio quadruplo minoribus subdistantibus orbiculato-ovatis repandis bifidis, sinu laciniisque obtusiusculis; perianthio obovato turbinato, crista serrata duplici in angulis ornato.

HAB. In *Micropterygio vulgari* Guyanæ gallicæ : LEPRIEUR. — *Syn. Hep.*, p. 341.

241. L. BORYANA M., — l. c., n° 33. — caule repente intricato ramoso, ramis elongatis iterum ramosis; foliis imbricatis subverticalibus oblique obovato-subrotundis convexis acutis obtusisve repandis subtus basi sinuato-complicatis, lobulo oblongo inflato apice acuto in foliis superioribus sæpe obsoleto; amphigastriis remotis cuneatis planis patentibus bifidis, sinu lato obtuso, laciniis linearibus divergentibus extrorsum profunde unidentatis; fructibus lateralibus sessi-

libus; involucri foliis caulinis subæqualibus, lobo acuto dentato, amphigastrio magis elongato cæterum conformi; perianthio obcordato mucronato pentagono, angulis membranaceis superne dentato-subciliatis.

Hab. In insula Dominica ex Antillis : Bory. — *Syn. Hep.*, p. 340.

242. L. serrulata M., — *Cuba*, p. 479, t. 18, f. 3. — caule repente dichotomo ramoso, ramis erectis; foliis imbricatis subsemiverticalibus ovatis obtusis acuminulatisve deflexis, basi subtus complicato-saccatis, lobulo subrotundo convexo extrorsum unidentato involucralibusque obovato-truncatis, toto ambitu serrulatis fuscis; amphigastriis adproximatis rotundo-ovatis margine repando-subdenticulatis ad medium usque bifidis, laciniis acuminatis erectis, involucrali ovali-oblongo bifido; fructu laterali sessili.

Hab. Ad cortices in insula Cuba : Ramon de la Sagra. — *Syn. Hep.*, p. 338.

* L. Montagnei Gottsche, in Montag., *Cent.* IV, n° 48, t. 9, f. 3.

* L. subaurita N. et M., — *Jung. Hb. Montag.*, n° 10. — a *L. conferta* Meissn. vix distincta. — Cfr. *Syn. Hep.*, n° 333.

243. L. pentadactyla M., — *Cent.* VI, n° 3. — caule debili repente ramoso; foliis semiverticalibus deorsum approximatis, sursum laxis obovatis patentibus apice palmato-fissis, laciniis ternis quinisve acutis divaricatis, lobulo magno oblongo inflato; amphigastriis transversalibus utrinque subulatis; perianthio.....

Hab. In foliis *Crossostylis bifloræ* ex insula Taiti adlatis : J. Lépine.

244. L. oxyota M., — *Fl. Chil.*, tom. VII, p. 277. — caule pusillo repente subpinnatim ramoso; foliis subverticalibus ovatis concavis apice acuminatis integris, subtus fere ad apicem usque complicatis, lobulo magno inflato-ventricoso extus obtuse auriculato; amphigastriis obcordatis orbiculatisve dissitis folio dimidio minoribus obtuse emarginatis lobisque rotundatis integerrimis; perianthio ad basin ramulorum ventre uni-dorsoque bicarinato seu quinquangulo, angulis lateralibus apicem versus ipsoque apice denticulatis; foliis involucralibus longioribus, lobo dorsali obtusiore, amphigastrio obovato emarginato. Germen junius observatum.

Hab. Ad folia *Anthocerotis* repens in republ. Chilensi : Cl. Gay.

245. L. CONFORMIS N. et M., — *Cent.* IV, n° 47. — caule repente vage ramoso; foliis subimbricatis semiverticalibus oblique ovatis cuspidato-acutis integerrimis, apice subdeflexis, basi decurrente complicatis, lobulo ventricoso truncato in ramulorum foliis subobsoleto; retis maculis conformibus; amphigastriis distantibus subcordato-orbiculatis ovatisve folio triplo minoribus patulis ad medium usque bifidis, laciniis ovatis acutis suberectis; fructu.....

HAB. In Borboniæ insula : AD. DELESSERT. — *Syn. Hep.*, p. 355.

246. L. DOMINICENSIS N. et M., — l. c., n° 53. — caule repente irregulariter ramoso rigido; foliis arcte imbricatis ovatis cuspidulatis margine suberosis subtus ad basin complicatis, lobulo ovato integro; amphigastriis folia æquantibus dense imbricatis orbiculatis emarginato-bifidis, lobis obtusis; fructu.....

HAB. Ad muscos in insula Dominicensi Antillarum : HB. BORY DE SAINT-VINCENT. — *Syn. Hep.*, p. 351.

247. L. DELESSERTII N. et M., — l. c., n° 46. — caule procumbente vage ramoso; foliis imbricatis decurvis ovato-acuminatis integerrimis basi subtus saccato-complicatis, lobulo truncato cucullato brevi; retis maculis hyalinis intercalaribus sparsim majoribus obscurioribus; amphigastriis distantibus subtransversalibus obtuse emarginatis, laciniis obtusis; fructu in axillis sessili; perianthio oblongo quinquealato, alis summis rotundis; foliis involucralibus bilobis ovato-lanceolatis marginibus eroso-dentatis, lobulo ovato acuto, amphigastrio calycino bifido margine cellulis prominentibus hinc inde dentato.

HAB. In insula Borboniæ : AD. DELESSERT. — *Syn. Hep.*, p. 349.

248. L. NEESII M., — *Jung. Hb. Montag.*, n° 14, t. 2, f. 3. — caule arcte repente ramoso divaricato substellato; foliis oblongo-falcatis acutis subintegerrimis oblique adscendentibus, subtus ad basin anguste complicatis, plica elongata; amphigastriis distantibus parvis bifidis, laciniis rectis aut divergentibus acutis; fructibus in ramulo brevi erecto terminalibus; involucri foliis caulinis minoribus subintegerrimis; perianthio obovato subgloboso quinquangulari, angulis integerrimis.

HAB. In frustulo folii cujusdam e Chile adlato.—*Syn. Hep.*, p. 348.

249. L. MACROLOBA N. et M.,—*Cent.* IV, n° 45.—caule repente ser-

pentino subpinnatim ramoso, ramis abbreviatis; foliis arcte imbricatis convexis suborbiculatis integerrimis, plica baseos subcylindrica extrorsum truncata folium dimidium æquante; amphigastriis folio duplo minoribus contiguis orbiculatis bilobis integerrimis planis basi subdecurrentibus; fructu.....

HAB. Ad cortices in Guyana gallica : LEPRIEUR.—*Syn. Hep.*, p. 359.

250. L. OXYPHYLLA N. et M., — *Cent.* IV, n° 53. — caule arcte repente sparsim ramoso; foliis subcontiguis semiverticalibus ovatis setaceo-cuspidatis integerrimis, basi subtus complicatis, lobulo ovato inflato sinu discreto; amphigastriis nullis; fructu.....

HAB. Ad folia viva fruticum in Guyana gallica : LEPRIEUR. — *Syn. Hep.*, p. 357.

251. L. TRICHOMANOIDES N. et M., — in *Syn. Hep.*, p. 355. — caule repente subramoso e ventre innovante; foliis subhorizontalibus planis ovatis mucronato-acutiusculis obtusisve integerrimis laxe reticulatis, basi subdecurrente complicatis, lobulo plano truncato; amphigastriis parvis distantibus suborbiculatis acute bifidis; perianthio.....

HAB. In insula Sancti-Mauritii : AD. DELESSERT.

252. L. MYRIANTHA N. et M., — in *Syn. Hep.*, p. 365. — caule pusillo repente inordinate pinnato; foliis imbricatis subverticalibus orbiculatis integerrimis, margine ventrali ad apicem usque fere complicatis, lobulo ovato inflato subacuto; amphigastriis densis foliis triplo minoribus rotundo-transversalibus breviter acute incisis; fructu laterali sessili; perianthiis late obovato-obcordatis acute pentagonis.

HAB. In Cayenna : LEPRIEUR.

253. L. UVIFERA M., — *Cent.* VI, n° 4, t. 6, f. 1. — caule repente basi subpinnatim vageque ramoso, ramis primariis longissimis subsimplicibus; foliis ovato-subrotundis obtusis convexis raro deflexiusculis basi decurrente complicatis, lobulo brevi subgloboso; amphigastriis contiguis subrotundis folio duplo minoribus ad 1/3 bifidis, laciniis acutis angulo 90° discretis; fructu in ramulis brevissimis terminali; perianthio clavato parvo deorsum lævi apice quinqueplicato mucronato; ramulis masculis monoicis lateralibus brevissimis, perigoniis 4 ad 8 disticho-imbricatis.

HAB. In muscis parasitans in insula Taiti : J. LÉPINE.

254. L. PHYLLOBOLA N. et M., — *Cuba*, p. 471. — cæspitosa; caule repente stellatim irregulariterque ramoso, ramis patentibus (ob folia decidua) nudis; foliis orbiculatis subsemiverticalibus imbricatis integerrimis subtus complicatis, lobulo ventricoso emarginato unidentato; amphigastriis subdistantibus ovato-orbiculatis bifidis, laciniis acuminatis sinuque obtusis; perianthio breviter obpyriformi, ore pentagono mucronulato, angulis lateralibus inferioribusque acutis, superiori obtuso.

HAB. Ad cortices arborum in insula Cuba : RAMON DE LA SAGRA et AUBER. — *Syn. Hep.*, p. 369.

255. L. CLAUSA N. et M., — *Cent.* II, n° 73, t. 20, f. 3. — caule vage ramoso procumbente repente laxo; foliis imbricatis semiverticalibus orbiculatis obtusis integerrimis subtus basi cucullato-complicatis lobulo unidentato; amphigastriis orbiculatis bifidis rima angustissima laciniis contiguis clausa; fructu laterali sessili; foliis involucralibus inæqualibus.

HAB. Ad cortices arborum in sylvis paludosis Guyanæ gallicæ, circa montem *Serpent* : LEPRIEUR. — *Syn. Hep.*, p. 365.

256. L. OBTRUNCATA M., — *Cent.* V, n° 73, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 276. — caule repente dichotomo-ramoso, ramis brevibus; foliis imbricatis semiverticalibus cordato-ovatis convexis acuminatis deflexis basi complicatis, lobulo oblongo truncato margine reflexo apice unidentato semitecto; amphigastriis haud contiguis orbiculatis ad 1/4 bifidis, sinu obtuso, laciniis acutis conniventibus; fructu in dichotomia vel in ramulis terminali; perianthio obcuneato vel truncato apice exciso compresso subtus triplicato aut (sæpius) obscure latissimeque carinato folia involucri conformia majora æquante, amphigastrio involucrali oblongo-elliptico vix emarginato-bifido, lacinulis conniventibus.

HAB. In cortice *Drymis chilensis*, in Chile : CL. GAY. — *Syn. Hep.*, p. 764.

257. L. RIGIDULA N. et M.,—*Cent.* II, n° 71.—caule procumbente repente vage subpinnatimque ramoso; foliis subsemiverticalibus imbricatis adplanatis subrotundis obtusis integerrimis, basi subtus sinuato-complicatis, lobulo inflato emarginato-unidentato; amphigastriis folio triplo quadruplove minoribus distantibus subrotundis integerrimis bifidis, sinu obtuso, laciniis rectis subobtusis; fructu.....

Hab. ad cortices in Guyanæ gallicæ monte *Serpent* : Leprieur. — *Syn. Hep.*, p. 371.

258. L. pacifica M., —*Cent.* IV, n° 50, et *Bonite*, p. 219. — tenera; caule repente vage ramoso; foliis contiguis aut dissitis obovatis basi subtus sinuato-complicatis, lobo triangulari aut (in ramulis) obsoleto; amphigastriis distantibus ovatis folio triplo minoribus profunde bifidis, sinu obtuso, laciniis acutis subconniventibus; perianthio ad basin ramulorum sessili obcordato mucronato compresso pentagono involucrum æquante, angulis lateralibus dorsalibusque acutis, ventrali (seu carina) obtuso; foliis involucralibus inæqualibus bilobis; lobo ventrali subulato, dorsali obovato, amphigastrio caulinis conformi, sed majore.

Hab. Ad muscos in insulis Sandwicensibus : Gaudichaud. — *Syn. Hep.*, p. 378.

259. L. anisophylla M., — l. c., n° 51, et *Bonite*, p. 215. — minima; caule repente vage ramoso intricato; foliis ovato-subrotundis planis integerrimis subtus emarginato-complicatis, lobulo inflato truncato ab amphigastriis distantibus folio quadruplo minoribus ovatis bifidis sinu laciniisque obtusis non tecto; perianthio ad basin ramulorum sessili obovato pentagono mucronato; involucralibus inæqualibus profunde bifidis, lobulo anguste lanceolato, amphigastriisque obcuneatis bifidis, laciniis utrinque dente maximo instructis.

Hab. In corticibus inter muscos insularum Sandwicensium : Gaudichaud. — *Syn. Hep.*, p. 377.

260. L. læte-virens N. et M., — *Cuba*, p. 469. — caule repente subfasciculatim ramoso; foliis adproximatis subhorizontalibus ovato-oblongis obtusis planis integerrimis basi non vel obsolete complicatis; amphigastriis distantibus folio duplo triplove minoribus ovatis sinu angusto obtusoque bifidis, laciniis acutis extrorsum unidenticulatis; fructu laterali; perianthio pyriformi ore pentagono angulis alatis; foliorum involucralium lobis acutis.

Hab. Ad cortices in insula Cuba : Ramon de la Sagra.—*Syn. Hep.*, p. 385.

261. L. lutea M., — *in litt. ad ill.* Neesium. — caule repente ramoso; foliis imbricatis planis orbiculatis subcrenatis sinuato compli-

catis, lobulo brevissimo, caulinorum subinflato truncato subquadrato unidentatove, ramorum obsoleto; amphigastriis folio quadruplo minoribus subcontiguis orbiculatis repandis ad medium bifidis, laciniis rectis acutis; fructu in ramulis lateralibus sessili; foliis involucralibus conformibus; perianthio elongato pyriformi apice pentagono.

Hab. Ad terram super muscis in insula Cuba : Ramon de la Sagra. — *Syn. Hep.*, p. 383.

262. L. haitensis N. et M., — *Cent.* IV, n° 52. — minuta; caule repente divaricato-ramoso; foliis dissitiusculis subrotundo-ovalibus obtusis integerrimis, basi subtus vix complicatis; amphigastriis exiguis distantibus patulis subovatis profunde bifidis, laciniis acutis; fructibus lateralibus sessilibus; involucri foliis binis ovatis subacutis bifidis, lacinia ventrali angustiori lanceolata; perianthio.....

Hab. Ad *Neckeram undulatam* in insula Haiti : Hb. Hooker. — *Syn. Hep.*, p. 388. — L. *haitica* N. et M. olim.

263. L. cancellata N. et M., — *Cuba*, p. 472, et *Bonite*, p. 216, t. 147, f. 2. — exigua; caule rigidulo e ventre innovante; foliis distantibus oblique semiverticalibus ovalibus obovatisve obtusis subrepandis grosse reticulatis basi in plerisque non complicatis (ubi autem lobulus exstat, hoc lobulo parvo paulo convoluto et denticulo minuto); amphigastriis distantibus subrotundis folio quadruplo minoribus profunde bifidis, laciniis subulatis obtusiusculis (dimidiatisve); fructu in axillis sessili; foliis involucralibus bilobis, lobis acutiusculis (vel lanceolatis), amphigastrio involucrali majori ovato ad quartam partem bifido alteroque latere cum folio involucrali connato; perianthio cylindrico apice pentagono, angulis obtusis.

Hab. Ad surculos *Radulæ pallentis* in insula Cuba : Ramon de la Sagra; cum perianthio in insulis Sandwicensibus : Gaudichaud. — *Syn. Hep.*, p. 385.

* L. ocellulata N. et M., — *Cent.* IV, n° 27. — est *L. pellucida* Meissner. — *Syn. Hep.*, l. c.

* L. unidentata Lehm. et Lindbg., l. c., p. 392. — Montag., *Cuba*, p. 478, t. 19, f. 2.

264. L. subsimplex N. et M., — *Cent.* IV, n° 54. — caule prostrato filiformi subsimplici; foliis subsemiverticalibus deplanatis basi haud

complicatis ovatis obtusis cum mucronulo binucronatisve, margine antico ante apicem repando-crenato; amphigastriis folio duplo (subtriplo) minoribus distantibus ovatis subrepandis ad tertiam partem bifidis, laciniis rectis acutis; fructu.....

Hab. In Dominica insula ad frondem *Hymenophylli* cujusdam : Hb. Bory. — *Syn. Hep.*, p. 391.

265. L. myriocarpa N. et M., — *Cuba*, p. 473. — exilis, erassiuscula, ramosissima; foliis subimbricatis distantibusve subrotundis papuloso-cellulosis subtus complicato-ventricosis, plica lata folio breviori; amphigastriis in ramis sterilibus ovatis emarginato-bifidis; perianthiis in ramulis brevibus terminalibus crebris circa latera ramorum dispositis pyriformi-quinquangulis papillatis; involucri foliis integris distantibus; capsula ovoidea.

Hab. Ad truncos inter Lichenes in insula Cuba : Ramon de la Sagra. — *Syn. Hep.*, p. 388.

266. L. cubensis M., — *Cuba*, p. 481, t. 18, f. 2. — caule repente tenui rigidulo vage pinnatimque ramoso, ramis alternis brevibus; foliis subimbricatis semiverticalibus irregulariter grosseque dentatis fusois, subtus basi complicatis, lobulo ovato subunidentato; amphigastriis dissitis ovato-rotundis sinu laciniisque acutis; fructu laterali sessili; foliis involucralibus denticulatis; perianthio clavato quadricorni, cornibus brevibus erectis subexplanatis.

Hab. Ad cortices repens in Cuba insula : Auber. — *Syn. Hep.*, l. c.

267. L. cardiocarpa M.,—*Cuba*, p. 476, t. 18, f. 4.—caule repente vage ramoso, ramis confertis brevibus; foliis subhorizontalibus ovato-oblongis contiguis aut subimbricatis planis, basi subtus inflexo-complicatis, lobulo angusto vel rotundato, apice cristato-palmulatis; amphigastriis obsoletis; perianthio sublaterali late obcordato pentagono, stylo (in junioribus) exserto; capsula ovata.

Hab. In foliis *Calophylli Calabæ* in insula Cuba. — *Syn. Hep.*, p. 394, cum observationibus.

* L. obliqua N. et M., — *Cent.* IV, n° 56. —est *L. cuneata* Lehm. et Lindbg. — *Syn. Hep.*, l. c.

* L. hyalino-marginata N. et M.,—*Cent.* II, *Ann*, 2, XIV, p. 335.— est *L. marginata* Lehm. et Lindbg., l. c., p. 393.

268. L. INVOLVENS M. et N., — *Cont.* II, n° 72, t. 20, f. 4. — caule inordinate ramoso repente rigidulo; foliis imbricatis oblique ovatis obtusis integerrimis apiceve subdenticulatis repandisve subundulatis vel apice aut margine ventrali decurvis, basi subtus complicatis, lobulo parvo truncato plano in ramulis magno turgido; amphigastriis folio triplo minoribus subdistantibus cordato-ovatis integerrimis acute bifidis, laciniis ovatis; fructu laterali ad basin ramulorum, involucro serrato connato; perianthio turbinato quadricorni, cornibus longis divergentibus.

HAB. In Guyana gallica super muscis: LEPRIEUR.—*Syn. Hep.*, p. 400.

269. L. SPLITGERBERIANA M., — l. c., n° 85. — caule repente pinnatim decomposito, ramis patentibus; foliis semiverticalibus dimidiato-ovatis subtriangularibus, margine antico semiorbiculato dentatis, postico recto integris, basi subtus complicatis, lobulo convexo ovato; amphigastriis folio triplo quadruplove minoribus distantibus orbiculato-ovatis semibifidis, laciniis sinuque acutis integerrimis e dorso fasciculum radicellarum promentibus; perianthio laterali (raro terminali) pyriformi basi lævi apice quadricorni, cornibus divaricato-reflexis.

HAB. In Surinamo ad folia *Palmæ* cujusdam : SPLITGERBER.—*Syn. Hep.*, p. 400.

270. L. GUYANENSIS N. et M., — l. c., n° 69. — caule procumbente repente rigidiusculo angusto vage ramoso ramisque curvatis; foliis imbricatis ovato-subrotundis obtusis apiceve subrepandis decurvis integerrimis apiceve bicrenatis, basi subtus cucullato-complicatis, lobulo inflato truncato; amphigastriis foliis multo minoribus distantibus rotundo-ovalibus, ad tertiam partem anguste bifidis, laciniis rectis acutis; fructu in ramulorum basi laterali; foliis involucralibus subserratis; perianthio obovato-ventricoso apice cornibus 4-5 breviter mucronato.

HAB. Ad cortices arborum in montis *Serpent* dicti Guyanæ gallicæ sylvis humidis : LEPRIEUR. — *Syn. Hep.*, p. 397.

271. L. CERATANTHA N. et M.,—l. c., n° 70.—caule arcte repente irregulariter ramoso; foliis dense imbricatis planis oblique rotundato-ovatis oblongisve obtusiusculis, margine dorsali rotundatis ventrali rectis integerrimis et ad apicem (3-5-) denticulatis, lobulo nullo vel

minutissimo, in ramulis et foliis supremis magis conspicuo subinflato; amphigastriis foliis 3plo-4plo minoribus distantibus rotundo-ovatis ad medium usque bifidis sinu laciniisque acutis; fructu laterali sessili; foliis involucralibus crenato-denticulatis acutis; perianthio turbinato-ventricoso apice breviter 4-5-corni, cornibus erecto-patulis.

Hab. Ad cortices et muscos in sylvis humidis Guyanæ gallicæ : Leprieur. — *Syn. Hep.*, p. 396.

272. L. tortifolia N. et M., — *Cent.* IV, n° 58. — caule arcte repente ramoso-divaricato exiguo; foliis alternis adscendentibus lanceolatis utrinque attenuatis acumine obtuso integerrimis, altero margine a basi ad apicem fere involuto; amphigastriis cuilibet folio tributis bipartitis, laciniis lanceolatis subulatisve divergentibus; fructu in ramulo brevi laterali; involucri foliis brevibus concavis sinuatis apice non calyptriformibus; perianthio oblongo superne tetragono ore truncato quadridentato, dentibus brevibus divergentibus.

Hab. In foliis in Guyana : Leprieur. — *Syn. Hep.*, p. 406.

273. L. superba M., — *Cent.* VI, n° 5, t. 6, f. 2. — sphagnoides; caule crasso repente alternatim fasciculatimve ramoso; foliis subimbricatis subverticalibus patenti-erectis, semiovatis, inferioribus minoribus sensim apicem versus majoribus, lobulo in cylindrum convoluto-tubuloso extrorsum in spathulam exsertam complanato, lobo dorsali vero plano semiorbiculato dentato (!); amphigastriis (haud duplicatis) ovatis prope ad basin bifidis, laciniis subapproximatis lanceolatis acutis erectis vel parum divergentibus; ramulis masculis perianthioque parvo oblongo sub ore mutico quinquangulo constricto lateralibus; foliis involucralibus parvulis obovatis, lobulo destitutis.

Hab. In *Neckera cylindracea* parasitans, in insula Taiti : J. Lépine.

274. Frullania gymnotis N. et M., — *Cent.* IV, n° 39. — caule repente gracili bi-tripinnatim ramoso; foliis orbiculatis obtusis integerrimis, auriculis denudatis oblongo-cylindraceis a caule distantibus eidemque subparallelis, superioribus evolutis lanceolatis acuminatis subtus canaliculatis, involucralibus bifidis acutis serratis; amphigastriis distantibus orbiculatis bifidis integerrimis laciniis acutis; perianthio immerso ventre bicarinato.

Hab. Ad cortices in Guyana : Leprieur. — *Syn. Hep.*, p. 444.

275. *F.* PTYCHANTHA M., — l. c., n° 40 et *V. P. S.*, p. 225; t. 19, f. 3. — caule repente pinnatim decomposito, ramis patentibus; foliis obovato-cuneatis subtus ad basin vix complicatis, auriculis oblongis pedicellatis declinatis mediis; amphigastriis ovato-oblongis folio duplo minoribus, profunde bifidis, utrinque laciniisque acuminatis conniventibus dorso styliferis subrepandis; fructu in ramulis brevibus terminali; foliis involucralibus acuminato-cuspidatis integerrimis cum amphigastrio coalitis, perianthio pyriformi plicato mucronato dimidio brevioribus.

HAB. Ad thallum Lichenum in insulis Auckland : HOMBRON. — *Syn. Hep.*, p. 442.

276. F. ASAGRAYANA M., — *Nilgh.*, p. 17. — caule repente simpliciter pinnato, pinnis brevibus; foliis suborbiculatis concavis decurvis subacuminatis, sæpius obtusis integerrimis, linea moniliformi nervum simulante ultra medium percursis, auricula non tecta ad calcar marginato-fissa; involucralibus inæqualiter bifidis, lacinia dorsali oblonga acuminata, ventrali subulata; amphigastriis subdistantibus folio triplo minoribus oblongis emarginato-bifidis sinu plerumque obtuso; perianthio terminali obpyriformi triquetro apice mucronulato subtus obtuse carinato; capsula brevissime pedunculata 4-valvi.

HAB. In Carolina septent. ad montem *Granfather*, inter muscos : ASA GRAY. — *Syn. Hep.*, p. 441.

277. F. NERVOSA M., — *Canar.*, p. 55. — caule repente pinnatim ramoso, ramis brevissimis; foliis oblique ovato-rotundis obtusis integerrimis concavis linea obliqua catenulata cellularum notatis (subnervosis), auricula ovali a caule subdistante obliqua; amphigastriis imbricatis, caulinis late ovatis basi convexiusculis margine reflexo subrepandis rameisque oblongo-obovatis bifidis sinu acuto, laciniis divergentibus obtusiusculis.

HAB. inter foliola thalli *Cladoniæ cervicornis* repens, in insulis Canariis : WEBB et BERTHELOT; BOLLE. — *Syn. Hep.*, p. 439.

278. F. GAUDICHAUDII N. et M., — *Jung. Hb. Montag.*, p. 13, n° 3, t. 2, f. 2, sub *Jubula*. — tetragyna; caule procumbente pinnatim ramoso elongato, foliis imbricatis subplanis (junioribus deflexis) ovatis obtusis integerrimis, lobo baseos repando inferne plano superne involuto in auriculam parvam oblongam obtusam tectam a margine baseos distantem; amphigastriis folio paulo minoribus imbricatis cordato-or-

biculatis utroque margine tribus angulis repandis basi decurrentibus apice acute obtuseve bifidis; fructibus in ramulis lateralibus secundis; perianthio late ovato triquetro ventre carinato breviter rostrato involucrum vix superante; foliis involucralibus 2-fidis, lobis elongato-ovatis integerrimis.

Hab. Ad Rio de Janeiro Brasiliæ : Gaudichaud; in ins. Guham : Hombron; in ins. Van Diemen : d'Urville. — *Syn. Hep.*, p. 435.

279. F. Billardieriana N. et M.,—*Cent.* IV, n° 36.—caule flexuoso pinnatim ramoso, ramis recurvis; foliis imbricatis ovatis submucronatis integerrimis, auricula parva reflexa clavata subulatave tecta; amphigastriis imbricatis subrotundis medio plicatis subretusis apicem versus repandis apiceque dissite bidenticulatis; fructu.....

Hab. In Amboina : Hb. Labillardière nunc Webbii. — *Syn. Hep.*, p. 434.

280. F. secundiflora M.,—*Cent.* IV, n° 41 bis, et in *London Journ. of Bot.*, 1845, p. 7, ubi descript. — caule pinnatim ramoso, ramis subdistantibus alternis divaricato-recurvis attenuatis; foliis semiverticalibus orbicularibus concavis deflexis, in sicco cauli circumvolutis, auricula tecta parva clavata reflexa caulique appressa; amphigastriis cordato-ovatis amplexicaulibus medio gibbosis margine reflexis apice ad 1/4 bifidis, sinu laciniisque obtusis; perianthiis crebris unilateralibus obovato-trigonis ramulum terminantibus; involucralibus inæqualiter bifidis, laciniis lacero-dentatis, amphigastrio magno ad medium bifido denticulato basi coalitis.

Hab. In insulis Philippinis : Cuming. — *Syn. Hep.*, p. 433.

281. F. scandens M., — *Cent.* IV, n° 81, et *V. P. S.*, p. 227, t. 19, f. 2. — volubilis; caule elongato ramuloso, ramulis brevissimis alternis; foliis caulinis approximatis ramisque imbricatis ovato-rotundatis concavis apice deflexis basi in auriculam cucullatam lunatam declinatam complicatis; amphigastriis orbicularibus folio vix dimidio minoribus apice reflexo breviter emarginato-bidentatis, dentibus acutis conniventibus; fructu.....

Hab. Ad ramulos dejectos in insulis Auckland : Hombron. — *Syn. Hep.*, p. 432.

282. F. tetraptera N. et M., — *Cent.* I. n° 81, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 284. — caule pinnato, ramis inæqualibus alternis; foliis cordato-

ovatis obtusis subtus auriculatis, caulinorum auricula hemisphærica obliqua extus truncata, superiorum sensim acuminato-subulata margine reflexo; amphigastriis orbiculato-subovatis obtuse carinatis concavis bifidis, laciniis sinuque acutis e dorso radiculosis; fructu terminali; involucri foliis intimis longe bifidis, segmentis acuminatis cum amphigastrio connatis dentatisque, perianthium breve dorso levissimum ventre bicarinatum tetragonum mucronulatum vix superantibus.

Hab. Prope Valparaiso in Chile : Alc. d'Orbigny. — *Syn. Hep.*, p. 429.

283. F. affinis N. et M.,—*Cent.* IV, n° 38.—caule repente patenti-ramoso; foliis imbricatis (in ramulis et alternis) orbiculatis obtusis subsemiverticalibus basi postica sinu inflexis, auricula inferiorum cucullata ovali, superiorum evoluta ovato-lanceolata acuta oblique patula; amphigastriis obovato-cuneatis bifidis, laciniis subconniventibus acutis extrorsum repando-crenatis; fructu.....

Hab. In insula Mascarena : Hb. Richard. — *Syn. Hep.*, p. 430.

284. F. quillotensis N. et M., — *Jung. Hb. Montag.*, n° 2, t. 1, f. 2. et *Fl. Chil.*, l. c., p. 282.— digyna; caule pinnatim decomposito diffuso; foliis imbricatis patulis cordato-orbiculatis integerrimis basi ventrali inflexa auriculigera, auricula revoluto-cucullata galeiformi compressa contigua, acumine brevi subulato; amphigastriis obovato-subrotundis patulis margine subreflexis dorso radiculosis basi attenuatis bifidis sinu laciniisque acutis; foliis involucralibus ovatis integerrimis, auricula elongato-triangulari canaliculata interne basin versus unidentata, amphigastrio involucrali magno bifido, laciniis subulatis inferne basique dentatis; perianthio obovato dorso convexo ventre alte carinato, marginibus deflexis parce tuberculato-dentatis.

Hab. Ad cortices circa Quillota in Chile : Bertero. — *Syn. Hep.*, p. 427.

Syn. *Jubula quillotensis* N. et M. olim.

F. Leprieurii N. et M.,—*Cent.* II, n° 68, t. XX, f. 1, cum descriptione. — *Phragmicoma corticalis* Lehm. et Lindbg. — *Syn. Hep.*, p. 297.

Obs. Hæc nostra notis plurimis a planta duumvirorum multum recedere et legitima esse *Phragmicomæ* species mihi videtur. Hinc *P. Leprieurii* M. dicenda.

285. F. EXPLICATA M., — *Cent.* IV, n° 39, et *Bonite*, p. 227. — caule repente inordinate bipinnatim ramoso, ramis patentibus; foliis semiverticalibus imbricatis planiusculis patentibus nec siccando caulem involventibus obtusis integerrimis, auriculis minutis clavato-cylindricis obliquis non tectis; amphigastriis subcontiguis parvis folio triplo minoribus ovato-oblongis bifidis sinu laciniisque extus repandis obtusis vel acutiusculis; fructu terminali; foliis involucralibus tergeminis maximis ovatis acuminatis loboque lanceolato acutis subintegris, amphigastrio oblongo carinato ad medium bifido; perianthio immerso obovato subtriquetro mucronato.

HAB. Ad frondes Filicum in insulis Sandwicensibus : GAUDICHAUD.— *Syn. Hep.*, p. 452.

286. F. HILARIANA M., — *Cent.* I, n° 79. — caule repente apicem versus innovante inordinate pinnatimque decomposito-ramoso, ramis supremis approximatis confertis fastigiatis; foliis orbiculatis concavis arcte imbricatis, margine subreflexo integerrimis, auricula cucullata magna truncata a caule subdistante, involucralibus bilobis, lobo altero ovato suborbiculato integerrimo, altero ovato-lanceolato denticulato; amphigastriis caulinis ex obovato-subcuneatis, margine repando-dentatis, ad tertiam partem bifidis sinu laciniisque acutis, perianthii longioribus, laciniis dentatis uno alterove cilio prædilis sibimet conniventi-incumbentibus; fructu in ramulis terminali; perianthio obcordato mucronato subtus carinato, margine carinaque ciliatis.

HAB. Ad *Stictam auratam* prope Uba Brasiliæ : AUG. DE SAINT-HILAIRE. — Cfr. *F. glomeratam*, *Syn. Hep.*, p. 773, quæ mea sententia prorsus diversa est.

287. F. CLANDESTINA N. et M., — *Jungerm. Hb. Montag.*, n° 6, et *Fl. Bolic.*, p. 65, sub *Lejeunia*. — caule procumbente pinnatim ramoso; foliis imbricatis semicordato-orbiculatis obtusis lobuloque lanceolato acuto rarius oblongo convoluto tecto integerrimis; amphigastriis orbiculatis emarginato-bidentatis imbricatis folia subæquantibus; fructu.....

HAB. In Peruvia super *Collemate* (Leptogio) *azureo* : ALC. D'ORBIGNY. — *Syn. Hep.*, p. 457.

HEMICYCLUM II. *FRONDOSÆ*.

ANDROCRYPHIA PORPHYRORHIZA N. ab E., *Syn. Hep.*, p. 470

Syn. *Jungermannia porphyrorhiza* Ejusd. in Mart., *Fl. Bras.*, 1, p. 343 (planta masculina). — Montag., *Crypt. Brasil.*, n° 99, t. 1, f. 1 (planta feminea); descriptio : Aug. de Saint-Hilaire.

288. Diplolæna crispata M., — *Nilgh.*, n° 95. — fronde sessili lineari elongata divaricato-ramosa dichotoma repanda, marginibus apiceque involuto-crispatis, e nervo subtus prolifera; involucro cyathiformi lobato, lobis ciliato-laceris; calyptra perianthio breviori, squamis perigonialibus confertis parce dentatis.

Hab. Ad terram in montibus nilgheriensibus : Perrottet.

Syn. *Blyttia crispata* Nees, *Syn. Hep.*, p. 476.

XII. SYMPHYOGYNA M. et N.

Perianthium nullum. Involucrum monophyllum, squamiforme, incumbens, dentatum. Calyptra lævis, exserta, coriacea, apice pistillis sterilibus persistentibus fimbriata. Capsula 4-valvis, valvis sæpe apice cohærentibus, rimis quatuor lateralibus dehiscens. Elateres bispiri, fibris planis arcte contrarieque contortis, coloratis. Semina globosa.

Inflorescentia mascula vel in ejusdem cum feminea, vel in diversæ frondis pagina superiori secus costam disposita.

Frondes lineares, dichotomæ, membranaceæ, nervo medio distincto præditæ, e nervi pagina superiori fructum promentes, subtus per intervalla e nervo radicantes aut inferius in stipitem radicantem et repentem abeuntes. *Ann.*, 2, V, p. 66. — Lindl., *Introd.*, ed. 2, p. 452. — Montag., *Fl. Boliv.*, p. 61, et *V. P. S.*, p. 216. — Nees, Lindbg. et Gottsche, *Syn. Hep.*, p. 479. — *Montagnea* Nees ab Esenb., *in litt.* non Fries.

289. Symphyogyna circinata M. et N., — *Jung. Hb. Montag.*, n° 4. — fronde procumbente repente lineari-dichotoma in ambitu integerrima undulata, apicibus sterilibus attenuatis plerisque circinatim incurvis; involucro plano truncato apice brevidentato.

Hab. Apud Quillota reipubl. Chilensis, ad terram locis montosis udis secus fossas : Bertero. — *Syn. Hep.*, p. 487.

290. S. Hochstetteri M. et N., — *l. c.*, n. 2. — frondc substipitata, stipite repente alato ramoso dilatato in frondes dichotomas lato-lineares obtusas, in ambitu obtuse lobulatas distincte nervosas ; fructificationibus infra nervi divisuras vel ex ipsa bifurcatione orientibus; involucro convoluto laciniato, laciniis subulatis.

Hab. In insula Juan Fernandez, ad saxa secus rivulos locis udis umbrosisque montium : Bertero. — *Syn. Hep.*, p. 485.

291. S. Brongniartii M., — *Cent.* IV, n° 60, t. 9, f. 1. — fronde substipitata, stipite bulboso basi repente, bis dichotoma, lobis linearibus patenti-divaricatis pinnatifido-lobulatis, lobulis alternis ovato-rotundis, sinu acuto obtusove discretis; fructu dorsali ; involucro diphyllo flabellato laciniato, laciniis incurvis.

Hab. Ad terram in insula Guadalupa : Ad. Brongniart.—*Syn. Hep.*, p. 483.

Tribus II. MARCHANTIE.E.

292. Plagiochasma chlorocarpum M., — *Fl. Bolic.*, p. 59.—fronde subcontinua oblonga bifida, squamis ventralibus late ovato-acuminatis; fructibus seriatis; pedunculo basi palaceo; receptaculo di-pentacarpo subtus barbato; capsula viridi.

Hab. in Chile : Bertero. — *Syn. Hep.*, p. 517.

Syn. *Reboulia chlorocarpa* N. et M., *Ann.*, 2, V, p. 70.

293. P. peruvianum N. et M.,—*Cent.* I, n° 76, et *Fl. Bolic.*, p. 58, t. 1, f. 1.—fronde ex apice articulatim innovante, oblongo-obovata, subtus atro-purpurea rugulosa, squamis ventralibus ovato-triangularibus apice subulatis ad apicem plantæ tantum obviis; fructibus in frondis articulis seriatis; pedunculo brevissimo basi paleaceo; receptaculo femineo mono-dicarpo subtus barbato.

Hab. In Peruvia ad terram locis montosis udis sylvarum inter Chupé et Yanacaché provinciæ Yungas : Alc. d'Orbigny.—*Syn. Hep.*, p. 514.

294. P. Rousselianum M., — *Crypt. Alg.*, n° 136, t. 9, f. 1. — fronde pusilla obcordato-cuneata simplici aut apice furcata subtus atro-purpurea, squamis ventralibus ovato-lanceolatis; fructu in fronde media solitario; pedunculo basi nudo brevissimo; receptaculo mono-pentacarpo subtus barbato.

panulatis; perianthiis divergentibus ovatis 12-fidis, laciniis extrinsecus canaliculatis tandem apice solutis; capsula subsessili brunnea.

Hab. Ad terram in sylvis umbrosis juxta ripas rivulorum circa Kaitie in montibus nilgheriensibus : Perrottet. — *Syn. Hep.*, p. 571.

304. F. chilensis N. et M., — *Cent.* I, n° 72, *Fl. Boliv.*, p. 52, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 317. — fronde obovata biloba bifidave tenera, limbo undato subvenoso; pedunculo glabro nudiusculo; receptaculo femineo obtuse umbonato tri-quadrifido brevi-barbato; perianthiis deorsum spectantibus subquadrifidis postea in lacinias sex-octo secedentibus.

Hab. In sylvaticis umbrosis udisque collibus circa Quillota reipubl. Chilensis : Bertero. — *Syn. Hep.*, p. 569.

305. F. Boryana M., — *Cent.* I, n° 71. — fronde lineari simplici furcataque subtus convexa squamosa atro-purpurea supra viridi subporosa, marginibus siccitate involutis; receptaculo femineo convexo rugoso sæpius trilobo subtus barbato; pedunculo glabro; perianthiis octofidis, laciniis apice cohærentibus.

Hab. In terra nuda rupibusque humidis insulæ Borboniæ : Bory et Ad. Delessert. — *Syn. Hep.*, p. 556.

Syn. *Marchantia syngenesica* Bory, *Voyage dans les quatre îles d'Afrique*, II, p. 95, et in Weber, *Prod.*, p. 144.

F. cubanensis Lehm., — in M., *Cuba*, p. 489, t. 19, f. 3. — est *F. elegans* var. *cubensis*, *Syn. Hep.*, p. 566.

306. Targionia bifurca M. et N., — *Ann. sc. nat.*, 2, IX, p. 113, t. 5, *Fl. Boliv.*, p. 52, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 319. — fronde lineari angusta canaliculata simplici aut plerumque bifurca, marginibus adscendentibus repandis crenulatis, poris grossis, squamis inferis margines attingentibus aut superantibus; involucro apice frondis latiori.

Hab. Ad terram prope Quillota in republ. Chilensi : Bertero. — *Syn. Hep.*, p. 575.

Obs. Post Michelium, primus fui innovationes masculas generis in hac specie observans. Ille autem in capitulo operis ejus immortalis Lunularia inscripto hæc organa descripserat depingique curaverat, quæ ea de causa per sæculum botanicis omnibus ignota permanserunt. Dein celeb. viri Nees ab Esenbeck et Bischoff eadem animadverterunt (1),

(1) Voyez *Comptes rendus de l'Académie des sciences de l'Institut*, séance du 16 juillet 1838, où l'on pourra lire un Rapport de M. de Mirbel.

Cyathodium cavernarum Kze. — M., *Cuba*, p. 490, t. 19, f. 4. — Ex Arsenario promont. retulit Bolle! — *Syn. Hep.*, p. 577.

Tribus III. ANTHOCEROTEÆ.

307. Anthoceros cichoraceus M., — *Cent.* V, n° 80, et *Fl. Chil.*, l. c. p. 321. — fronde minima orbiculari læte viridi fere ad centrum laciniata, laciniis oblongo-obovatove-linearibus pinnatifidis crispatis nervo medio instructis; involucro oblique truncato obtuso capsula fulva parum breviore. Funiculi contorti e fibra lata simplici spiraliter torta, gyris haud contiguis, compositi.

Hab. Ad terram in Chile australi : Cl. Gay. — *Syn. Hep.*, p. 590.

308. A? endivlefolius M., — *V. P. S.*, p. 211, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 322.— fronde enervi furcata, apice rotundata ampliata, medio crassiuscula, subtus radicellas promente, ambitu tenere membranacea crispatissima; fructu.....

Hab. Ad Port-Famine freti Magellanici : Jacquinot. — *Syn. Hep.*, p. 590.

309. A. dissectus M., — *Cent.* I, n° 69. — fronde e basi angusta cuneato-dilatata multinervosa palmato-multifida, laciniis capillaceo-dissectis; fructu.....

Hab. Saxis adhærens in amne *Hyta* Brasiliæ: Aug. de Saint-Hilaire. — *Syn. Hep.*, p. 590.

Obs. Ambæ ultimæ species ad genus *Lacis* pertinere videntur.

Tribus IV. RICCIEÆ.

XIII. RIELLA M.

Dioica. Fructus secundum costam vel nervum seriati, liberi, bracteolati. Involucrum sessile, ovato-lanceolatum subsphæricumve, in vertice perforatum, frondi continuum. Involucellum vittæ-seu squamiforme. Perianthium nullum. Calyptra stylo brevi excentrico coronata, semper libera, persistens. Capsula globosa, pedicellata, ad maturitatem decidua. Elateres nulli. Antheridia ovoideo-ellipsoidea, luteo-aurantiaca (non nisi in

R. helicophylla adhuc inventa) in margine libero frondis propriæ ordinate nidulantia. Frons erecta vel ascendens nervosa, hinc alata, h. e. limbo opposito oblitterato. Ala membranacea, laxe reticulata, aut plana aut (in perfecta) spiraliter ad modum cochleæ nervo circumvoluta.

Plantæ annuæ, vernales, in aquis aut spongiosis Europæ australis Africæque borealis vitam degentes. M., *Ann. sc. nat.*, 3, XVIII, p. 11. — *Duriæa* Bory et Montag., *Comptes rendus de l'Acad. des sc. de l'Institut, séance du 22 mai 1843.* — *Ann. sc. nat.*, 3, I, p. 228.

310. R. helicophylla M., — l. c., et *Fl. Alg. Atl.*, t. 34. — ala frondis erectæ elongata spiraliter convoluta, costa tota squamata, bracteolis brevissimis, aculeis seminum vertice dilatatis.

Hab. Prope Oran Algeriæ in fundo limoso lacus subsalsi sub undis crescentem invenit Durieu.

Syn. *Duriæa helicophylla* Bory et Montag. *Ann. sc. nat.*, l. c. — *Syn. Hep.*, p. 593.

311. R. Notarisii M., — l. c., et in DNtrs. *Prim. Hepat. Ital.*, p. 63, fig. d, 1-8, in *Act. Acad. Taurin.*, ser. 2. tom. I, sub *Sphærocarpo.* — fronde basi repente, ala brevi falcata undulata, costa apicem versus bracteolis confertis linearibus seu vittæformibus involucellum simulantibus inspersa, aculeis seminum peracutis.

Hab. In Sardiniæ meridionalis paludibus spongiosis : De Notaris.

Syn. *Sphærocarpus Notarisii* M., l. c., et *Cent.* I, n° 68. — *Duriæa* Bory et Montag., *Ann. sc. nat.*, l. c. — *Syn. Hep.*, p. 593.

312. R. Reuteri M., — *Ann. sc. nat.*, 3, XVIII, p. 12. — frondis sepultæ ala secunda tenerrima undulata obsoletave matureque evanescente, costa subradiciformi deorsum in radicellas soluta superne in gemmam capitatam foliosam, foliolis seu bracteolis lanceolatis acutis incurvis, abeunte, apice 1-5-carpa ; involucris sphæricis papillatis papulosisque.

Hab. Ad terram limosam muscosamque secundum ripas lacus Lemani, prope Genevam : Reuter.

Obs. Confer etiam W. Hofmeister, *Berichte der Kön. Sächs. Gesel-*

lsch. der Wissensch., 22 *apr.* 1854, p. 92 et seq., *tab.* IV, ubi historia morphologica hujusce speciei completa perfecte et absolute exposita est.

313. Sphærocarpus Berterii M., — *Cent.* I, n° 67, et *Fl. Chil.* VII, p. 324. — involucris conico-oblongis obtusis (primo sessilibus demum) pedunculatis poro amplo pertusis; fronde tenerrima laciniata enervi, laciniis cuneiformibus; capsula sessili, stylo deciduo; sporis tricoccis subasperis.

Hab. In pascuis sterilibus collium, locis udis prope Quillota reip. Chilensis : Bertero.— M., *Fl. Boliv.*, p. 50.—*Syn. Hep.*, p. 595.

Syn. *Sphærocarpus stipitatus* Bisch., in Lindbg., *Ricc.*, t. 32.

314. Riccia ochrospora N. et M.,—*Cent.* I, n° 66, et *Fl. Chil.*, VII, p. 327. — fronde semicirculari biloba planiuscula cavernosa, lobis oblongo-obcordatis angulato-crenatis subtus concoloribus; sporis ochraceis.

Hab. Locis udis colliam prope Quillota reipubl. Chilensis: Bertero.— M., *Fl. Boliv.*, p. 49.— Lindbg., *Ricc.*, t. 37, f. 1.—*Syn. Hep.*, p. 609.

315. R.? nigrescens M.,—*Sert. Patag.*, p. 15. — frondibus imbricatis e centro radiantibus dichotomis nigro-viridibus, laciniis expansis obovatis, margine sinuato undulato adscendente; capsulis in pagina inferiore elliptico-prominentibus.

Hab. Ad ripas fluminis Rio Negro Americæ meridionalis : Alc. d'Orbigny. — *Syn. Hep.* p. 611.

316. R. Billardierii N. et M., — in *Syn. Hep.*, p. 602. — fronde simplici bifidave lineari serpentina profunde angusteque canaliculata, apice emarginato-bifida, margine membranaceo subhorizontali repando-undulato, subtus nigro-violacea.

Hab. In Java insula ad terram : Labillardiere.

317. R. Gougetiana DR. et M., — *Cent.* VI, n° 24, et *Fl. Alg Atlas*, t. 35, f. 2. — fronde ampla dichotoma late canaliculata glauca subtus pallescente, laciniis obovatis divaricatis emarginato-bifidis defossis et in planta sicca ob margines membranaceos cellulis extremis exstantibus subciliatos, apicem versus ascendenti-conniventes, concavi conchiformibus.

Hab. Ad terram inter muscos circa Blida Algeriæ : Gouget.

Classis II. FUNGI.

Familia III. HYMENOMYCETES.

Ordo I. AGARICINI.

318. Agaricus (Amanita) Gayanus M.,—*Fl. Chil.*, VII. p. 332, t. 7, f. 9. —pileo hemisphærico rubro, margine lævi (haud striato); stipite grisco basi incrassato-bulboso; volva stricta annuloque reflexo albis; lamellis lutescentibus.....

Hab. In Andibus *de Guanegue* dictis, ad terram in Chile : Cl. Gay.

† 319. A. (Amanita) flavo-rubens B. et M. mss. : pileo convexo expanso rubescenti-flavido, verrucis crassis inæqualibus farinosis luteis adsperso; carne alba ; stipite medullato-cavo elatiori squamuloso basi bulboso nudo apice farinoso; annulo supero reflexo lacero; lamellis didymis confertis attenuato-attingentibus albis.

Hab. Ad terram in sylvis prope Columbum, in statu Ohio Americæ fœderatæ : Sullivant, *Icon.*, n° 22*h*.

Desc. Pileus carnosus, convexus, mox explanatus, 9 centim. latus, obscure umbonatus, rubro flavoque variegatus, verrucis crassis irregularibus luteis sparsim adspersus, margine lineatus. Caro alba vel lutescens. Stipes intus medullato-cavus, extus infra annulum reflexum squamosus, basi bulbosus, pileo concolor, apice farinosus (ex icone zebrino-cinerascens), 15 centim. longus, medio centimetrum crassus. Lamellæ di-tridymæ, confertissimæ, utrinque attenuatæ, subapproximatæ, 3-4 millim. in medio latæ, 1/8 millim. crassæ, albæ. Hymenium tenuissimum. Sporæ albæ, hyalinæ, globosæ, diametro centimillim. æquantes.

Obs. Habitus Lepiotæ cujusdam. *Amanitæ rubescenti* affinis, at carne lutea, haud rubescente, verrucis luteis et stipite procero cavoque ab ea facile distinguendus.

† 320. A. (Amanita) daucipes B. et M. mss. : volva fugaci, pileo hemisphærico-globoso compacto æqualiter verrucoso, verrucis pyramidatis croceis, carne molli alba; stipite solido radiciformi-bulboso,

sursum strangulato cortinato deorsum squamoso; lamellis angustis utrinque attenuatis attingentibus.

Hab. In arvis cultis circa Columbum : Sullivant, *Icon.*, n° 193.

Desc. Pileus e globoso hemisphæricus, carnosus, carne compacta alba, circa stipitis insertionem centimetrum crassa, verrucis confertis polygonis pyramidatis apice croceis vestitus, ita ut erumpens *Lycoperdon gemmatum* assimilet, sex centim. latus, duo centim. altus, margine inflexo, non involuto, ob verrucas delabentes tessulato, cum stipitis apice strangulati ope cortinæ floccosæ lutescentis haud persistentis coalito. Stipes solidus, 12-15 centim. longus, apicem versus teres, strangulatus, statim vero infra incrassatus, radicem *Dauci Carottæ* æmulans, squamis latis imbricatis, an volvæ residuis (?), obductus, parte autem in collum constricta 1/2 centim.—parte vero radiciformi 3-4 centim. diametro æquante, inferne sensim attenuata. Lamellæ simplices, potius angustæ, haud convexæ, utrinque attenuatæ, medio 4-5 millim. latæ, 1/4 millim. crassæ, albæ, ex icone rubescentes. Loco annuli cortinam fibrillosam lutescentem marginem pilei inter et apicem stipitis extensam tandem evanidam advertitur. Sporæ albæ, globosæ, hyalinæ.

Obs. Species extra modum splendida, quoad formam stipitis singularis. Verrucæ pilei polygonæ, illis *A. Vittadini* similes, at apice coloratæ. Stipes sursum valde constrictus, deorsum radiciformis, terram intrans.

321. A. (Lepiota) pilosiusculus M., — *Guy.*, n° 264. — pileo carnoso ex ovoideo campanulato roseo-violaceo stipiteque cavo rigido basi subbulboso albo pilis brevibus asperis appressis villosulis; annulo reflexo persistente; lamellis pallidis confertissimis postice attenuatis determinate remotissimis antice late rotundatis; sporis ovoideis minutissimis albis.

Hab. In horto hospitii nautici Cayennæ : Leprieur, *Coll.*, n° 1028.

† 322. A. (Lepiota) pelidnus B. et M. mss, : elatus, totus livido-cadaverosus; pileo carnoso ex ovoideo convexo-hemisphærico, epidermide crassa furfuraceo-rugosa cum velo concreta obtecto; stipite solido elongato crasse bulboso furfuroso-squamoso, annuli vice velo concolori apicali demum rupto, laciniis e margine pilei dependentibus; lamellis polydymis, initio albis, dente stipiti annexis, demum rufis, margine pallidis; sporis albis globoso-oblongis.

Hab. Ad truncos dejectos circa Colombum, Ohio, Americæ fœderatæ : Sullivant, *Icon.*, n° 180.

Desc. Species magna et eximia, colore virescenti livido insignis. Pileus carnosus, intus medio anfractuoso-cellulosus, primitus ovoideus, mox convexo-hemisphæricus, exsiccatione margine inflexus, totus epidermide ruguloso-furfuraceo obtectus (1), diametro 7 ad 9 centim. adæquans. Stipes solidus, 11 ad 15 centim. longus, medio 1 1/2 ad 2 centim. crassus, basi bulbosa 3-4 centim. diametro metiente, cæterum colore et vestitu pileo simillimus. Annulus nullus, cujus vice adest velum (2) cum epidermide pilei continuum et ejusdem indolis. Hocce velum autem primitus aciei lamellarum applicatum conglutinatumque, ad maturitatem fungi solvitur et a margine pilei dependet, facie interiore impressiones lamellarum servans et hinc striatulum. Lamellæ polydymæ, pro ratione angustæ, 3-5 millim. latæ, albo-roseæ, exsiccatione rufæ, acie pallidæ, ex apice dilatato stipitis remotæ et ibi dente brevissimo affixæ. Sporæ sub lente albæ, globosæ et oblongæ, centimillimetrum diametro majori metientes.

Obs. Veli universalis aut volvæ nullum vestigium. Color *Russulæ virescentis*. Fungus eximie distinctus, ætati juvenili forma *A. vernæ* subsimilis, a qua tamen pileo nunquam applanato revera differt, ut signa cætera alia taceam nostro propria.

323. A. (Lepiota) actinorhizus M., — *Ann.* 2, VI, p. 343, t. 12, f. 1. — lacteus, tomentoso-farinosus; pileo membranaceo demum convexo umbonato, margine tenuissime lacero-appendiculato; lamellis inæqualibus subliberis ventricosis; stipite fistuloso basi violaceo fibrilloso-radioso.

Hab. Solitarius cæspitulosusque ad terram inter folia in sylvis prope Sedanum : Ipse.

Syn. *A. ocellatus* Fr. in litt. — *A. seminudus* Ejusd. *Epicr.*, p. 18.

324. A. (Lepiota) australis M., — *Cent.* VI, n° 6. — totus candidus; pileo hemisphærico-campanulato carnoso stipiteque lævi basi

(1) It is plastered all over with a very rough coat particularly the veil, which remains attached to the gills, until the whole is fully developed. Sullivant, in *Schedula*.

(2) The veil, when ready to part from its place, is very adhesive, though not gummy to the touch, and comes from the gills, having their likeness impressed. Sullivant, *l. c.*

bulboso elato cavo annulato, annulo patulo; lamellis angustis utrinque attenuatis.

Hab. In convallibus insulæ Taiti ad terram humidam : J. Lepine.

325. A. (Tricholoma) Webbii Despr. in M., — *Canar.*, p. 70, t. 4, f. 7. — cæspitosus; pileo carnoso convexo ruguloso, disco dilute fuligineo, margine primitus involuto striato subluteo-cinnamomeo; stipite curvulo cylindrico basi bulboso albido nudo intus cavo; lamellis æqualibus crassis violaceis dente decurrentibus.

Hab. Ad radices arborum in sylva *Agua Garcia* Teneriffæ et in Canaria : Despréaux.

† 326. A. (Tricholoma) mucifer B. et M. mss. : pileo carnoso convexo-explanato centro depresso viscosissimo glabro ex alutaceo rufescente; velo albo; stipite solido bulboso fibrilloso-striato; lamellis emarginato-decurrentibus albis subconfertis rufo-maculatis.

Hab. Ad terram circa Colombum, octobri : Sullivant, *Icon.*, n° 274.

Desc. Pileus carnosus, initio convexo-hemisphæricus, mox velo albo fibrilloso rupto explanatus, viscosissimus, disco depressus, glaberrimus, margine ex icone præ lamellis radianti-lineatus, adultus 12 centim. diametro metiens, ex alutaceo rufescens. Caro incarnata vel roseo tincta, centim. crassa. Stratum viscosum (1) quo pileus obductus vix dimidio tenuius. Stipes validus, pro ratione brevis, 6 centim. longus, solidus, basi (3 centim.) incrassato-bulbosus, apice 2 centim. crassus, velo fibrilloso albo cum margine pilei junioris concretus, infra medium fibroso-striatus, rufo-badius. Lamellæ tetradymæ, albæ, longiores 1/5 millim. crassæ, stipitem versus emarginato-attenuatæ et ei dente vel processu lineari longiori decurrentes, in sicco rufescentes. Hymenium tenuissimum, 1/25 millim. crassitudine adæquans. Sporæ albæ, oblongæ cum apiculo.

† 327. A. (Tricholoma) consobrinus B. et M. mss. : pileo carnoso maximo convexo centro umbonato pallido lilacino-liturato, margine involuto striato; stipite solido basi subbulboso striato tandem spongioso-cavo concolori; lamellis confertis latis arcuatis dente decurrentibus albis acie undulatis laceris; sporis albis globosis lævibus.

(1) This fungus gives out from the pileus a greater quantity of thick transparent mucilage than any other I ever saw, perhaps a quarter of an inch depth, very tenacious and cooling any small object falling on it. Sullivant, in *Schedula*.

Hab. In apotheca lignaria, circa Colombum, julio : Sullivant, *Icon.*, n° 108.

Desc. Pileus carnosus, carne in ambitu tenuescente, convexus, centro depressus umbonatusque, 10 ad 13 centim. latus, pallidus, lineolis radiantibus umbrino-lilacinis distinctus, margine in fungo vivo demisso, in exsiccato vero striato et involuto insignis. Stipes validus, initio carnosus et solidus, pileo concolor et striatus, tandem spongioso-cavus, 7 ad 9 centim. longus, 1 1/2 ad 2 centim. crassus, basi incrassata subbulbosus. Lamellæ tridymæ, confertæ, albæ, postice convexæ, centimetrum latæ, arcuato-adnexæ et dente decurrentes, indeque ad marginem sensim attenuatæ, acie undulatæ et lacero-crenulatæ. Sporæ hyalinæ, globosæ, $0^{mm},0065$ diametro æquantes, nucleolum conformem includentes.

Obs. *Agarico arcuato* Bull. forma lamellarum proxima species, a quo tamen lineolis pilei coloratis radiantibus, umboneque centrali, nec non stipite spongioso-cavo satis differre videtur.

328. A. (Tricholoma) codiophorus M., — *Fl. Chil.*, l. c., p. 333.— pileo hemisphærico-conico obtuso albo, centro fuliginoso punctato, villo innato umbrino floccoso squamoso obducto, tandem expanso in crucis melitensis formam margine fisso; lamellis confertis albis primitus velo membranaceo tectis; stipite albo lævissimo cavo deorsum attenuato.

Hab. Ad terram in Valdivia reipubl. Chilensis : Cl. Gay.

329. A. (Clitocybe) colleticus M., — *Guy.*, n° 266. — pileo membranaceo hygrophano convexo-umbonato obtuso lineato-striato albo-cærulescente, pellicula viscosa secernibili obducto; stipite brevi cartilagineo glabro fistuloso; lamellis tri-tetradymis ventricosis albis utrinque attenuatis haud attingentibus.

Hab. In ligno circa Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 1034.

† 330. A. (Clitocybe) ohiensis M., mss. : gregarius, subcæspitosus; pileo carnoso-membranaceo convexo-depresso umbilicato margine striato involuto mox expanso stipiteque cavo sursum deorsumque incrassato striato e cinnamomeo rubris expallentibus glabris; lamellis tridymis distantibus roseis crassis acie obtusis, longioribus decurrentibus.

Hab. Ad ligna terra obruta in sylvis, junio. Colombus : Sullivant, *Icon.*, n° 56.

Desc. Pileus carnoso-membranaceus, convexus, primo hemisphæricus, centro depresso cyathiformis, tandem (an normaliter) foramine regulari terebratus, initio margine crasse striato involutus, adultus expansus, 3 ad 5 centim. diametro metiens, e cinnamomeo rubescens, glaber. Stipes 3 ad 4 centim. longus, medio 5-6 millim. crassus, basi apiceque incrassatus, striatus, intus totus cavus, pileo concolor. Lamellæ tridymæ, subdistantes, crassæ, acie obtusissimæ, 3 ad 5 millim. medio latæ, longiores in stipitem decurrentes, (ex icone) roseæ seu pileo multo dilutiores, exsiccatæ vero pallidæ, subfarinaceæ. Hymenium cum trama fibrosa. Sporæ albæ, globosæ, exasperatæ, centimillimetrum diametro æquantes.

Obs. Habitus *Lentini oreadis*, at charactere generico sat distincta species. Etiam *A. fusipedi* affinis a quo stipite et lamellis decurrentibus abunde differt. Quædam individua *A. laccati* cum nostro ad speciem conveniunt, quæ revera sporis lævibus distinctissima.

† 331. A. (Clitocybe) reticeps M. mss. : pileo carnoso convexo tandem depresso margine striato rubescente, plicis reticulatis exstantibus saturatioribus instructo; stipite brevi solido lævi, basi orbiculariter, apice æqualiter dilatato; lamellis tridymis rotundato-adnatis latis albo-roseis.

Hab. In lignis ad humum dejectis, julio. Colombus : Sullivant, *Icon.*, n° 115.

Desc. Pileus carnosus, mox convexus expansus, tandem centro depressus, diametro 4 ad 5 centim. metiens, ex icone purpurascens et margine striatulus, totus plicatus, plicis colore rubro intensiore insignibus et reticulum efformantibus. Stipes pro ratione brevis, 3 centim. vix longior, solidus, lævigatus, pallidus, basi disciformi-dilatatus, apice sensim incrassatus et in pileum diffusus. Lamellæ tridymæ, roseæ, pallescentes, postice 2 ad 3 millim. latæ, rotundæ, stipiti adnatæ, sensim attenuatæ, 1/4 millim. crassæ; trama fibroso-cellulosa, cellulis sphæricis. Sporæ albæ, sphæricæ, diametro vix centimillim. æquantes, limbo nullo conspicuo.

Obs. Ab *Agarico phlebophoro*, quocum analogus noster, striis marginalibus pilei, stipite solido et sporarum colore maxime distat.

† 332. A. (Clitocybe) COLUMBANUS M. mss. : cæspitosus; pileo carnoso-membranaceo convexo tandem centro depresso lævi e luteo aurantio glaberrimo; stipite valido intus cavo basi incrassato profunde striato-costato subconcolori; lamellis polydymis confertissimis angustissimis decurrentibus dilutioribus.

HAB. Ad terram nudam prope Columbum : SULLIVANT, *Icon.*, n° 61.

DESC. Pileus carnoso-membranaceus, subtenuis, 2-3 millim. in medio crassus, initio convexus hemisphæricus, tandem margine expanso ascendenteque planiusculus, centro plus minus depresso concavus, 5 ad 8 centim. diametro metiens, lævis et glaber, e luteo aurantiacus seu crocatus, siccus rufo-cinnamomeus. Stipes 8 centim. longus, 1 1/2 in medio ad 3 centim. basi incrassato-bulbosa crassus, costas validas sulcis profundis interjectis segregatas projiciens, cum pileo subconcolor, intus omnino excavatus, deorsum cum aliis (5-7) coalitus. Lamellæ polydymæ, luteæ, confertissimæ, angustissimæ, latitudine millimetrum parum superantes, utrinque attenuatæ, stipiti decurrentes, illis ultimæ ordinis seu brevioribus vix 2 millimetra longis ad marginem pilei acute desinentibus.

OBS. Species *A. nebulari* affinis at pluribus caracteribus distinguenda.

† 333. A. (Clitocybe) LEIPHÆMIUS M. mss. : solitarius, magnus, unicolor, pallidus; pileo carnoso e convexo plano subdepresso lævi glabro, sicco alutaceo margine erecto sinuato; stipite curto obconico vel obovoideo e spongioso farcto cavo; lamellis confertis convexis utrinque attenuatis adnato-decurrentibus venoso-connexis.

HAB. Ad terram prope Columbum, octob.: SULLIVANT, *Icon.*, n° 301.

DESC. Pileus cum stipite obconicus, 10-12 centim. altus, tandem explanatus et 15 centim. diametro metiens, initio convexus, tandem leniter depressus, margine sinuoso erecto ob lamellas prostantes crenato-denticulatus, lævis (viscosus?), ut totus fungus pallidus (unde nomen), in specimine sicco vero alùtaceus et nitidus, tactu mollis. Caro sesquimillimetrum crassa e duobus stratis composita; stratum superius autem compactum et casei substantiam referens, inferius vero (quod singulare) fibroso-lanosum et eodem modo cum stipite spongiosum. Stipes obovoideus, intus initio fibroso-spongiosus, tandem excavatus, lævigatus, basi subattenuatus, 6 centim. longus, 3 centim. sursum in vivo crassus. Lamellæ tetradymæ, confertiusculæ, longiores convexæ, 7 millim. medio latæ, 1/4 millim. crassæ, utrinque attenuatæ, adnato-

decurrentes et venis transversis simul, præsertim medio, connexæ. Hymenium e sporophoris et antheridiis, illis clavatis, his obtuse acuminatis, utrisque longitudine æqualibus, 3 ad 4 centimillimetra attingentibus, constans. Sporæ albæ, ex ovoideo oblongæ, majori diametro $0^{mm},0075$ æquantes.

Obs. Locus in systemate inter *A. giganteum* et *A. maximum*, species cæterum imperfecte descriptas. Quare hujus nostri descriptionem longe locupletiorem conscribendam arbitratus sum. A priori autem superficie pilei lævi (non flocculoso-lævigata dein squamulosa) stipiteque excavato, a posteriori vero pileo haud infundibuliformi, ab utroque crassitudine et structura carnis pilei abunde differre videtur.

† 334. A. (Clitocybe) ERUBESCENS M. mss. : pileo carnoso convexo plano obtuse umbonato udo viscoso rubescente; stipite curto valido cavo lamellisque angustis linearibus decurrenti-affixis albis; sporis ovoideis.

HAB. In truncis dejectis, novembri. Columbus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 309.

DESC. Pileus disco umbonato carnosus, margine attenuatus, convexo-applanatus, viscosus (*gelatinous* SULL.), albus, rubore tinctus, 5 centim. latus, exsiccatus margine involutus. Stipes cavus, 2 ad 3 centim. longus, 6-8 millim. crassus, æqualis, pallidus. Lamellæ tridymæ, subconfertæ, lineares, postice attenuatæ, decurrenti-affixæ, albæ, medio 3 millim. latæ, 1/4 millim. crassæ. Hymenium e cellulis clavatis 8 centimillim. longis constans. Sporis ovoideis, majori diametro $0^{mm},0065$ metientes.

† 335. A. (Clitocybe) ANGUSTILAMELLATUS M. mss. : pileo carnoso-membranaceo pellicula viscosa secedente obducto hygrophano, e convexo campanulato brunneo-sanguineo; stipite cavo elastico supra attenuato-pallescente; lamellis linearibus angustissimis (semimillim.) utrinque acutis subattingentibus; sporis globosis albis.

HAB. Ad ligna in sylvis umbrosis. Columbus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 190.

DESC. Pileus carnoso-membranaceus, udus viscosus et pellicula contexta facile secedente vestitus, e convexo hemisphæricus, margine paulum patente campanulatus, 1/2 centim. altus, 3-4 centim. latus, sanguineo-brunneus. Stipes elasticus, cavus, siccus fragilis, basi in-

crassatus et interdum decumbens, mox vero erectus, sensim ad medium attenuatus, sursum teres et pallidior, 4-6 centim. longus, 3 ad 4 millim. apicem versus crassus. Lamellæ subæquales, confertissimæ, lanceolatæ, omnium angustissimæ, medio semimillimetrum latitudine vix metientibus, 1/6 millim. crassæ, in vivo lutescentes, in fungo exsiccato rufescentes, utroque fine acutissimæ et prope apicem stipitis desinentes nec illi decurrentes. Hymenium etiam tenuissimum, centimillim. ad summum crassitie adæquans, cellulis e duplici ordine, 1° obovoideo-clavulatis, 2° ovoideo-acuminatis compositum. Sporæ albæ, hyalinæ, globosæ, vix $0^{mm},0040$ diametro metientes.

Obs. Species cum nulla comparanda. An Hygrophorus?

† 336. A. (Clitocybe) Augeanus M. mss. : cæspitosus; pileo e convexo deplanato-concaviusculo albo-alutaceo, margine primum involuto sericeo dein patente undulato; stipitibus ascendentibus pluribus basi connatis albo-tomentosis incrassatis superne fistulosis fibroso-sericeis; lamellis inæqualibus polydymis confertisque (initio obtusis acie crassiusculis tandem tenuescentibus) angustis concoloribus utroque fine attenuatis, dente stipiti adhærentibus, venis hinc inde connexis.

Hab. In eosdem pulvinos ubi colitur *A. campestris* ad Nannetes detexit cl. Augé, cui libenter dicamus.

Desc. Odor farinæ recentis. Pileus adultus et expansus $0^{m},03$ latus, sericeus, tenuis, junior centro grosse verrucosus. Stipes basi incurvus, 3 ad 4 centim. longus, ad 8 millim. crassus, apice leviter attenuatus, interdum et excentricus. Lamellæ aquosæ, sublanceolatæ. Hymenium tenuissimum, e sphorophoris brevibus clavatis apicem versus articulatis, articulo supremo oblongo, compositum. Sporæ quinatæ, albæ, hyalinæ, oblongæ, nucleo inconspicuo. Trama celluloso-fibrosa anastomosans.

Obs. Loco natali odoreque farinæ recentis ab *A. dealbato* affini præsertim recedit, cui cæterum similis.

337. A. (Clitocybe) Bourgæi M., — *Cent.* VI, n° 25. — fasciculato-cæspitosus, totus glutinosus; pileo hemisphærico fusco-brunneo margine demisso disco rugoso, stipite lamellisque concoloribus subconfertis, madidis tremellosis, pallidis obtusis, deorsum attenuato-fistuloso. Odor gratus, sapor dulcis fere saccharatus. Edulis.

Hab. E fissuris trunci *Spartiocytisi nubigeni* egrediens in monte ignivomo insulæ Teneriffæ : Bourgeau.

Obs: Hic fungus humoris ambientis sic avidus est ut vix exsiccari possit.

338. A. (Clitocybe) Bertheoanus M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 334. — pileo convexo subcarnoso umbonato glabro flavescente, umbone badio; stipite solidiusculo basi curvato furfuraceo-squamuloso pallidiore; lamellis adnatis pileo concoloribus.

Hab. Supra parietes argilla et quisquiliis compositos, apud Rancagua, in Chile, julio, post pluvias : Bertero.

Syn. *Agaricus curvipes* Bert. et M., *Cent.* I, n° 64, in *Ann. sc. nat.*, 2, VIII, p. 370, non Persoon.

339. A. (Collybia) urbicus M., — *Guy.*, n° 269. — cæspitosus, albidus; pileo carnosulo convexo centro depresso umbonato, margine striato tandem fisso villosulo stipiteque farcto rigido striato-sulcato spadiceo hirto-fibrilloso; lamellæ cultriformes tridymæ utrinque attenuatæ fuscidulæ; sporis.....

Hab. Ad terram sabulosam in ipsa urbe Cayenna crescens : Leprieur, *Coll.* n° 989.

Desc. Plura individua basi conjuncta. Pileus 5 a 8 millim. latus. Stipes solidus, cartilagineus, 2 ad 3 centim. longus, millim. vix crassus. Lamellæ liberæ præsertim postice attenuatæ. *A. stipitario* affinis; ab eodem plurimis notis recedit inter quas locus, color lamellarum, villositas qua obductus est, cæteris omnibus præstant.

340. A. (Collybia) ixodes M., — *Guy.*, n° 270. — erumpens, unicolor, cinnamomeus; pileo membranaceo-papyraceo convexo-plano centro depresso, margine lineolis inæqualibus notato substriatulo primo involuto, glutinoso; stipite centrali solido æquali nudo obscuriori; lamellis polydymis postice latioribus rotundis determinate in stipitem desinentibus.

Hab. E ligno mortuo erumpens, in Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 982.

341. A. (Collybia) cayennensis M., — *Guy.*, n° 268. — pileo e carnoso coriaceo convexo centro umbonato glabro margine plicato-striatulo fusco; stipite rigido subcartilagineo fistuloso strigoso-velutino rufo-ferrugineo; lamellis tetradymis distantibus crassis flavescentibus demum pileo concoloribus postice dente adnatis convexis antice attenuatis.

Hab. Ad ligna et cortices circa Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 986, c. icone. — *A. rheicolori* Berk. nimis affinis.

Desc. Pileus convexus, umbonatus, umbone obtuso, margine densissime striatus, 5 millim. ad 4 centim. latus. Stipes pro ratione crassus, cartilagineus, 5 millim. ad 5 centim. longus secundum ætatem, 4 millim. crassus, totus tomento denso rufo strigoso-velutinus. Lamellæ crassæ, subdistantes, postice dente ut stipes strigoso adnatæ, convexæ, marginem versus primitus involutum attenuatæ. Hymenium sat crassum, cortex pilei stipitisque colore intense spadiceo insignes. Caro pilei punctis albis intus farcta e fibris dissimilibus constat, aliæ tenuissimæ flexuosæ, aliæ ramosissimæ quintuplo crassiores, illis quæ tomentum stipitis constituunt simillimæ, lutescentes, in tramam hymenii descendentes. Hymenium 4 centimillim. crassum, e sporophoris clavatis acuminatis, ad speciem granulis farctis compositum. Sporæ hyalinæ, sphæricæ, minutissimæ, diametro $0^{mm},0035$ vix æquantes. Puncta alba stellata, quibus caro pilei farcta, e granulis tenuissimis conglomeratis constant.

Obs. Species *A. velutipedi* similis et proxima, notis quam plurimis tamen distinguenda.

342. A. (Collyb'a) dispar M., — *Ann.*, 2, II, p. 79, t. 4, f. 3. — inodorus, pileo membranaceo convexo-campanulato umbonato margine sulcato; stipite corneo medulloso procero glabro nitido badio; lamellis adnexis latis ventricosis subconcoloribus.

Hab. In foliis siccis in Brasilia et Chile : Aug. Saint-Hilaire, Cl. Gay.

Syn. *Marasmius dispar* Fries, *Epicr.*, 1, p. 382. — M., *Fl. Chil.*, VII, p. 348.

† 343. A. (Collybia) xanthopilus M. mss. : pileo carnosulo-membranaceo convexo centro depressiusculo stipiteque fistuloso basi incrassata radicante lævibus luteolis; lamellis affixis convexis latissimis incarnatis; sporis globosis albis.

Hab. Ad ligna putredine consumpta in pratis, junio. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 58.

Desc. Pileus carnoso-membranaceus, primo hemisphæricus, mox expansus, semper tamen convexus (exsiccatione plano-concaviusculus et margine præ lamellarum insertione lineatus), centro vero depres-

tallico luteo insignis. Stipes cartilagineus, 4 ad 6 centim. longus, 1/2 millim. medio crassus, intus fistuloso-cavus, siccus (an et vivus?) fragillimus, pileo concolor, basi mycelio albo inter fibras ligni consumpti penetrante et subincrassata radicatus. Lamellæ subconfertæ subtridymæ, medio 3 millim. latæ, convexæ, ventricosæ, anticè rotundæ, posticè latitudine mediocri (1/2 millim. circiter) stipiti affixæ nec ullo dente decurrentes, ex icone incarnato-roseæ, cum in speciminibus exsiccatis pileo concolores apparent. Hymenium ex sporophoris brevibus 0^{mm},025 longis, oblongo-clavatis compositum. Sporæ hyalinæ, albæ, globosæ, diametro 0^{mm},0075 æquantes, endosporio cum episporio haud confuso.

Obs. Quamvis habitu coloreque *Bolbitii* speciem exhibeat, verus Agaricus, nam sporis gaudet albis. Secundum Cl. Sullivant, cujus propria verba mihi liceat afferre, nitorem pilei metallicum picturæ artificium nullum effingere potest : « the metallic jellow of this beautiful » fungus can not be accurately described by paint. » Quod autem ad hancce notam pertinet, cum *A. semiglobato* et *A. luteonitens*, utroque vero inter Psalliotas, tribum maximè diversam, militante, noster fungus analogus, haud affinis.

† 344. A. (Collybia) physcopodius M. mss. : cæspitosus; pileis carnosulis e campanulato explanatis umbonatis stipitibusque fistulosis basi coadunatis ovato-bulbosis, bulbo cavo; lamellis confertis linearibus sinuato-adnexis acanthidiebrois.

Hab. Ad terram post pluvias in sylvis umbrosis, majo. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 4.

Desc. Pileus carnosulus, centro (sub ipso umbone) millimetrum et quod excedit crassus, sensim ad ambitum attenuatus, initio ex ovoideo campanulatus, umbonatus, mox explanatus, siccus margine involutus, cæterum lævis et glaber, colore vitellino ad croceum vergente insignis, expansus diametro 3-4 centim. æquans, umbone persistente. Stipes cartilagineus, concolor, siccus brunneus et fragilis, eximie fistulosus, basi ovoidea incrassato-bulbosus, bulbo cavo intus et luteo variegato, 2 1/2 ad 4 1/2 centim. longus, sursum 2 ad 3 — deorsum (bulbus) 6 millim. crassus, lævis, nec striatus. Lamellæ tri-tetradymæ, confertæ, lineares vel lineari-lanceolatæ, postice rotundatæ latiores et ibi millim. vix superantes, longiores vero sinuato-affixæ, luteolæ, omnes tenuissimæ, 1/20 millim. crassitie adæquantes, acie integerrimæ. Trama tenuissima. Hymenium sporophoris clavatis, 1/50 millim. longis hyalinis

compositum. Antheridia obsoleta vel nulla. Sporæ albæ, ovoideæ, majori diametro 0mm,005 longæ. — Nulli hujusce tribus affinis.

† 345. A. (Collybia) PILULARIUS M. mss. : pileo hemisphærico carnosulo brunneo lævi; stipite incurvo fistuloso; lamellis latiusculis adnatis dente uncinatis pallide ochraceis; sporis albis globosis.

HAB. In ligno dejecto mucido, octobri. Columbus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 292.

DESC. Cæspitosus. Pileus carnosulus, convexus, hemisphæricus imo ob marginem siccitate incurvum subglobosus (unde nomen), brunneus castaneusve, 6-8 millim. altus, 12-15 millim. latus, lævis. Stipes pallidior, incurvus, fistulosus, basi compressa decumbente flocculosus, siccus striatus et fragilissimus, 1-2 centim. longus, millimetrum crassus. Lamellæ tridymæ, ceraceæ, majores simulque latiores stipiti adnatæ et eidem dente decurrentes, cæterum semilanceolatæ, antice acutæ, e pallido ochraceæ, 1/8 millim. crassæ. Hymenium 2 centimill. crassum, e cellulis (an sporophoris?) longe clavatis compositum. Sporæ globosæ, albæ, 0mm,0040 diametro æquantes.

OBS. Habitu et modo crescendi, stipitibus scilicet coalitis ascendentibus, *A. velutipedi* CURT. subsimilis, a quo tamen iisdem glabris et fistulosis maxime recedit.

346. A. (Collybia) BORYANUS B. et M., — *Cent.* VI, n° 61. — pileo membranaceo orbiculari planiusculo centro tandem depresso margine undulato lineolato glabro lamellisque confertissimis angustissimis polydymis liberis albis; stipite solido cartilagineo fuscescente incurvo glabro.

HAB. Ad truncos arborum prope Bahiam Brasiliæ : BLANCHET. — HB. BORY, nunc MONTAGNEI.

347. A. (Mycena) HÆMATOCHROUS M., — *Guy.*, n° 272. — gregarius, terrestris, sanguineus; pileo ex ovoideo conico-campanulato obtuso umbonato carnoso-membranaceo margine tenuissime striato; stipite fistuloso lævi superne attenuato concolori; lamellis confertis albidis angustis lanceolatis haud decurrentibus inæqualibus.

HAB. In Guyana ad terram : LEPRIEUR, *Coll.* n° 968.

DESC. Pileus in statu vegeto sanguineus, exsiccatus atrospadiceus.

Stipes 2 centim. longus, sesquimillim. crassus, lævis. Lamellæ albidæ, confertissimæ.

Obs. *A. atrocyaneum* Batsch forma refert, a quo notis allatis certe differt.

348. A. (Mycena) griseo-rubens M., — *Guy.*, n° 267. — gregarius; pileo e convexo explanato membranaceo papyraceo radiato-striato pellucido; stipite floccoso fistuloso lævi sursum deorsum incrassato concolori; lamellis inæqualibus (di-tridymis) utrinque attenuatis fuscis.

Hab. In herbidis ad radices graminum in Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 970.

Desc. Gregarius aut basi subfasciculatus. Pileus 6 ad 12 millim. latus, margine crenulatus, tandem ad stipitem usque fissus. Stipes fibroso-farctus, 1 ad 2 centim. longus. Lamellæ distantes, medio ventricosæ. — An Marasmius? — Cum nullo mihi cognito comparandus.

349. A. (Mycena) albo-rubellus M., — *Guy.*, n° 273, t. 11, f. 7. — unicolor, delicatus; pileo tenuissime membranaceo expanso glabro, centro excepto striatulo, tandem multifisso; stipite æquali fistuloso basi scutatim affixo; lamellis tetradymis convexis utroque fine parum attenuatis.

Hab. Ad ramos putridos in sylvis humidis Cayennæ : Leprieur, *Coll.* n° 1006. — An *Hiatulæ* species?

350. A. (Mycena) leptopilus M., — *Guy.*, n° 274. — pileo membranaceo tenuissimo pellucido primo campanulato demum explanato striato in sicco fuscescente; stipite elato glabro fistuloso basi radicato; lamellis tridymis angustis distantibus subtriangularibus albis, acie coloratis.

Hab. In horto hospitii nautici Cayennæ : Leprieur, *Coll.* n° 1017.

351. A. (Mycena) hæmatocephalus M., — *Cent.* I, n° 62. — pileo convexo plicato membranaceo crenato, initio campanulato rubro-sanguineo; stipite corneo setiformi lævi umbrino, basi dilatata pallida affixo; lamellis attenuato-adnexis paucis pallescentibus.

Hab. Ad folia delapsa in Brasilia, Guyana, Cuba alibique : Aug. de Saint-Hilaire, Leprieur, Ramon de la Sagra.

Syn. *Marasmius hæmatocephalus* Fries, *Epicr.*, 1, p. 382. — M., *Cuba*, p. 418, t. 17, f. 4.

† 352. A. (Mycena) CONFERRUMINATUS B. et M. mss. : pileo nutante campanulato purpureo-flavescente striato, margine crenulato; stipibus fistulosis striolatis concoloribus mycelio concretis; lamellis linearibus affixis albis.

HAB. Ad terram fragmentis ligni corrupti conspurcatam, julio. Columbus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 112.

DESC. Pileus initio digitaliformis, mox campanulatus, membranaceus, radiatim striatus, vivus et, ex icone, præsertim centrum versus purpurascens, luteo flavoque tinctus, siccus fuscescens, centro depresso umbonulatus, 10-12 millim. altus et latus, margine demisso crenulatus. Stipites fistulosi, 5-7 centim. longi, millimetrum et ultra crassi, a basi ultra medium per mycelium copiosum album coaliti, pileo subconcolores, apice flexi, ita ut nutare videatur pileus. Lamellæ postice affixæ nec decurrentes, medio vix millim. latæ, antice attenuatæ, albæ, nec confertæ, nec distantes, post exsiccationem madore flexuosæ. Hymenium 2 centimillim. crassum, e sporophoris clavulatis conflatum. Sporæ albæ, hyalinæ, globosæ, $0^{mm},005$ diametro metientes.

OBS. Hæcce species prope *A. adonidem* in systemate locanda, quorum discrimina exponere pro supervacaneo habeo.

† 353. A. (Mycena) LILACINUS M. mss. : unicolor; pileo carnoso convexo-explanato centro umbilicato lilacino lævi margine undulato fisso; stipite concolori spongioso-farcto lævi basi nudo; lamellis latis postice (in sicco) remotis antice attenuatis e roseo ochraceis pulverulentis.

HAB. In ligno dejecto, julio. Colombus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 90.

DESC. Hymenii hæc est structura : e cellulis constat breviter clavatis inter quas prominent sporophora antheridiaque. Illa autem ad medium prosiliunt et apice sterigmatibus quaternis coronantur. Hæc vero apice attenuata, ea de causa fusiformia, eamdem cum sporophoris longitudinem metiuntur. Sporæ oblongæ, hyalinæ, uni-binucleolatæ, at nullo septo transverso divisæ.

OBS. Species *Agarico puro* BULL. affinis, sed lignicola, haud terricola. Ab eodem insuper pileo lævi e lilacino colore post exsiccationem lutaceo-helvolo, centro depresso, haud umbonulato, lamellis tandem a stipite ut in *A. procero* distantibus differre mihi summopere videtur.

† 354. A (Mycena) CYMBALIFERUS M. mss : pileo membranaceo convexo explanato ample umbonato margine undoso patente striatulo ex

albo griseo, sicco fuscescente; stipite longissimo fistuloso fragili basi decumbente fusiformi-incrassato longe radicato fibrilloso; lamellis didymis linearibus angustissimis utrinque attenuatis haud affixis albis.

Hab. Ad terram inter folia, octobri. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 291.

Obs. Cum cymbalis musicæ militaris quoad formam pilei comparandus. Pileus 1 1/2-2 1/2 centim. latus, umbone 6-8 millim. — Stipes cum parte ejus radiciformi 15 centim. longus, 2 millim. crassus.

† 355. A. (Mycena) hæmatopus Pers.? var. umbilicatus M. mss. : pileo membranaceo campanulato margine striato expanso centro eximie umbilicato rubido; stipite cartilagineo corticato sanguineo albo-pulverulento e fibroso-farcto cavo apice pallescente; lamellis tridymis crassis angustis utrinque attenuatis attingentibus albis siccitate pallidis; sporis globoso-ovoideis hyalinis.

Hab. Ad cortices. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 168.

356. A. (Omphalia) chilensis M., — *Cent.* I, n° 60, et *Fl. Chil.*, VII, p. 335. — pileo plano griseo-cinerascenti centro umbilicato demum infundibuliformi subpubescente, margine denticulato; lamellis cæsiis griseisve in stipite farcto concolori basi nigricante vix decurrentibus.

Hab. Ad terram in muris, locis muscosis, etc., Rancagua in Chile : Bertero.

357. A. (Omphalia) versatilis Bert. et M. — ll. cc. — pileo umbrino fuligineo velutino difformi convexo dein cyathiformi margine repando undulato; lamellis confertis primo albis demum carneo-flavescentibus; stipite solido tenui albicante (interdum excentrico) fibroso-striato basi inflexa radicante.

Hab. Ad parietes post pluvias in eodem ac prior loco : Bertero.

* 358. A. (Omphalia) purpureo-roseus B. et M., — *Cent.* V, n° 81. — pileo membranaceo convexo profunde umbilicato radioso-fibroso striato margine repando; stipite gracili basi fusiformi apice subincrassato in sicco tortili striatulo; lamellis paucis (8-10) latiusculis decurrentibus acie obtusis concoloribus.

Hab. In districtu *Morro quemado* Brasiliæ : White et Guérin-Méneville mecum communicaverunt.

359. A. (Omphalia) GRISEO-LUTESCENS M., — *Guy.*, n° 275. — grandis, fascicularis, pileo carnosulo convexo profunde umbilicato margine primitus inflexo laxe striato glabro griseo-lutescente; stipite crasso medio subventricoso demum cavo deorsum attenuato; lamellis distantibus crassis decurrentibus; sporis albis sphæricis minutis.

HAB. Ad terram in sylvis Guyanæ : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1040.

360. A. (Omphalia) SPODOIDES M., — l. c., n° 276. — pileo membranaceo hygrophano convexo profunde umbilicato striatulo; stipite fistuloso lævi sursum deorsumque leniter incrassato ligno alte descendente; lamellis tetradymis confertis, minoribus lanceolatis, longioribus antice attenuatis postice rotundo-ampliatis dente decurrentibus.

HAB. Ad ligna putredine consumpta et folia putrida in Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1033.

† 361. A. (Omphalia) STROMBODES B. et M. mss. : pileo carnosulo membranaceo convexo depresso, margine primitus deflexo tandem ascendenti infundibuliformi lacero pallido radiatim rivuloso-pilosiusculo; stipite cartilagineo umbrino fistuloso basi discoidea affixo, villosulo-pulverulento albo-pruinoso; lamellis crassiusculis candidis longissime decurrentibus lineari-attenuatis.

HAB. Ad ligna putrida. Colombus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 138.

DESC. Pileus membranaceo-carnulosus, eadem cum lamellis crassitudine (1/5 millim.) gaudens, initio e convexo depressus, margine demisso cyathiformis, vivus pallidus rivuloso-pilosiusculus, siccus squamiformi-maculatus, mox ob marginem erectum passim fissum perfecte obconico-turbinatus, infundibuliformis, diametro ad 5 centim., longitudine 6 centim. metiens. Stipes cartilagineus, subumbrinus, saltem in speciminibus exsiccatis, 4-5 centim. longus, medio 3-4 millim. crassus, apice sensim incrassatus et in pileum transiens, basi dilatata subdiscoidea villosula ligno affixus, totus villo pruinoso albo-pulverulentus. Lamellæ tridymæ, breviores convexæ, longiores alte decurrentes, lineares, 2 millim. latæ, omnes candidæ, crassæ, ut supra monui, acie obtusæ, e sporophoris tenuissimis tramaque flocculosa constantes. Sporæ sphæricæ, minimæ (diam. 5 millimillim.), hyalinæ.

OBS. *A. umbellifero* (*A. ericetorum* BULL., t. 276) analogus, et forma *A. cyathiformi* similis, at ab utroque, ut satis patet, abunde diversus.

† 362. A. (Omphalia) RHYSSOSPORUS M. mss. : cæspitosus; pileo carnoso-membranaceo convexo hemisphærico, centro depresso umbilicato, margine striato griseo ardosiaco; stipite fistuloso dilutiori; lamellis tridymis postice late adnexis ungue decurrentibus pallidis tandem pulverulentis; sporis episporio crispato rugulosis.

HAB. Ad folia decidua in sylvis, circa Columbum : SULLIVANT, *Icon.*, n° 200.

DESC. Pileus submembranaceus vel carnosulus, ut videtur hygrophanus, convexus, hemisphæricus, centro umbilicatus, inde ad marginem tenuescentem demissum striatus, e cinereo ardosiacus (ex icone) 2-3 centim. latus, 1 1/2-2 centim. altus. Stipes totus fistulosus, fragilis (saltem in sicco) 5-8 centim. longus, 3 millim. in medio crassus, basi dilatata mycelio floccoso albo foliis delapsis adfixus, apice in pileum dilatatus, pileo concolor at valde dilutior, potius cinereus, lævis. Lamellæ tridymæ, omnes autem antice attenuato-acutæ, longiores vero stipiti tractu longo (3-4 millim.) adnexæ denteque brevi decurrentes, venis parum exstantibus anastomosantes, primo incarnatæ, siccæ pallidæ et pulverulentæ, madefactæ 7 centimillim. crassæ. Hymenium ex sporophoris brevibus clavatis constans. Sporæ quaternatæ (?) singulares, gigartoideæ, hyalinæ, episporio rugoso nucleum singulum duplicemve includente insignes, uno fine acuminato-substipitatæ, centimillimetro longiores, crassitudine dimidio minores.

OBS. Quod ad formam rugositatemque sporarum attinet nullo Agarico mihi cognito affinis species.

363. A. (Pleurotus) LILIPUTIANUS M., — *Guy.*, n° 279. — pygmæus, resupinatus, cupuliformis, centro affixus, albus; pileo tenerrimo hemisphærico supra pilosiusculo, pilis crispulis, subtus concavo; lamellis e centro radiantibus paucis simplicibus, dimidiatis interjectis, medio convexis utrinque acutis.

HAB. Ad ramos dejectos in Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1019.

364. A. (Pleurotus) AULAXINUS M., — *Cent.* IV, n° 77, t. 15, f. 3, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 337. — e resupinato reflexus, hygrophanus; pileo (sicco) membranaceo ochraceo e reniformi suborbiculato cucullato radiatim sulcato; stipite incurvo brevissimo padio; lamellis distantibus e centro radiantibus acie obtusis antice tandem venoso-connexis.

HAB. Ad ramulos dejectos in insula Juan Fernandez : BERTERO.

365. A. (Pleurotus) FICICOLA M., — *Ann.*, 2, IV, p. 193. — magnus, dimidiatus, imbricatus, horizontalis; pileis carnosis obovatis subsquamosis, marginibus involutis; lamellis decurrentibus angustis utrinque acutis fornicatis alutaceo-fuscescentibus integerrimis; stipitibus coalitis elongatis attenuatis longitrorsum lineolatis.

HAB. In truncis *Fici Sycomori* in Ægypto : BOVÉ.

SYN. *Pterophyllus Bovei* LÉV., *Ann.*, octobri 1844, p. 178.

* A. (Pleurotus) MACROSPORUS M., — *Cent.* 1. n° 65. — est *Lentinus Lecomtei* FR., *Epicr.* I, p. 348, n° 4.

366. A. (Pleurotus) GRISEO-ROSEUS M., — *Guy.*, n° 278. — gregarius; pileo membranaceo perpusillo pellucido sessili-adnato cupuliformi-conchato e griseo-roseo supra glabro lævique; lamellis primariis tenuibus paucis ad ambitum in reticulum abeuntibus concoloribus.

HAB. Ad ramulos putrid. circa Cayennam : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1018.

† 367. A. (Entoloma) ROBINSONII B. et M. mss. : pileo membranaceo e pallido rufescente, ex ovoideo convexo-hemisphærico glabro, centro depresso margine demisso, sicco involuto; stipite cavo basi incrassato lævi concolori; lamellis candidis ventricoso-arcuatis dente lineari stipiti decurrentibus.

HAB. In pratis, ad ligna putrida, junio. Colombus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 40.

DESC. Pileus tenuiter membranaceus, primitus ovoideus, fere 4 centim. altus, obtusus, dein explicatus, convexus, centro depresso, 8-10 centim. diametro adæquans, lævis, glaber, e candido rufo-purpurascens, radiatim litturatus, margine in vivo demisso, in sicco vero involuto insignis. Stipes magnus, sed intus cavus, quam ob rationem parum solidus, 12-18 centim. longus, 1-2 medio — 3 centim. basi crassus, lævis, siccus totus striatulus, cinereo-incarnatus, ligno putredine consumpto affixus. Lamellæ haud tam confertæ, nec tamen admodum distantes, tetradymæ, centrum versus ventricosæ, centimetrum latæ, statim arcuato-attenuatæ, dente lineari stipiti decurrentes, albæ, roseo ex icone tinctæ. Sporæ roseæ (?), sphæricæ, ad apicem sporophororum clavatorum quaternatæ, 5 millimillim. crassæ.

OBS. *Agarico elodi* proximus, sed colore depressioneque pilei, stipite lævi glabro ut et habitatione satis diversus et pictori eximio, qui

fungos tam multos ohienses ad naturam vivam adumbrare curavit, ut par est, dicatus.

† 368. A. (Entoloma) DEMETRIACUS B. et M. mss.: pileo carnoso convexo explanato subumbonato regulari glabro e fuligineo purpurascente, margine inflexo; stipite solido fibroso-striato tortili cinereo-violaceo basi incrassato albo; lamellis tetradymis emarginato-adnexis subdistantibus (ex icone) violaceo-roseis.

HAB. In terra ad vaginas foliorum *Maydis* delapsas necnon ad semina quæ mycelio suo agglutinat, septembri. Colombus: SULLIVANT, *Icon.*, n° 259.

DESC. Pileus carnosus, initio hemisphæricus, 4 ad 10 millim.—mox explanatus et tum 3 ad 6 centim. diametro adæquans, centro subumbonatus, margine ex involuto demissus, fuligineo-purpureus aut umbrinus rubro-tinctus, radiato-lineatus nec striatus, etiam exsiccatus regulariter orbicularis, at colore fusco insignis. Stipes solidus, cum pileo contiguus, flexuosus, fibroso-striatus, tortilis, lamellis subconcolor, basi incrassatus, albus, adscendens, 6-7 centim. longus, 2-5-8 millim., secundum ætatem, medio crassus. Lamellæ tetradymæ, subdistantes, saltem haud confertæ, postice latiores, 3-4 millim. latæ, fere 1/2 millim. crassæ, emarginato-adnexæ, ex icone roseo-violascentes, exsiccatæ fuscidulæ, integræ. Hymenium tenuissimum, $0^{mm},03$ crassum, ex sporophoris clavulatis apice monosporis? compositum. Sporæ globosæ in sicco decoloratæ hyalinæ ad sphorophora sessiles (?) 55 millimillim. diametro metientes.

OBS. *Agarico Placenta* BATSCH affinis, a quo colore omnium partium, stipite basi prostrato, albo, sursum tortili, præsertim habitatione maxime recedit.

† 369. A. (Pholiota) DACTYLIOTUS B. et M. mss.: cæspitosus; pileo carnoso convexo-hemisphærico expanso croceo pallescente, sicco ferrugineo, stipiteque farcto basi incrassato squamis confertis revolutis squarrosis; annulo membranaceo amplo persistente inciso-lobato; lamellis tridymis confertis liberis emarginatis stria vel dente stipitem attingentibus, pallide cinnamomeis, acie obtusis.

HAB. Ad truncos putridos, octobri. Columbus. Odor gratus: SULLIVANT, *Icon.*, n 294.

OBS. *Agarico squarroso* MUELL. sic habitu similis ut vix descriptione egeat. Si autem characteres singulos intento animo perpenderis, statim

persuasum habebis has species a se invicem esse distinctissimas. Nostræ enim annulus crassus, persistens et margine lacerus, lamellæ liberæ aut vix dente stipiti adfixæ, odor suavis, omnes sunt notæ *A. squarroso* prorsus alienæ.

† 370. A. (Pholiota) HORMOPHORUS M. mss. : pileo carnoso convexo late umbonato, margine primitus inflexo, pallide lutescente (ex icone) maculis rubris aut squamulis instructo; stipite basi bulboso apice incrassato, intus anfractuoso-celluloso, extus nudo vix striato; annulo integro reflexo demum evanescente lamellisque affixis latis attenuatis e luteo ferrugineis.

HAB. E cortice erumpens in truncis ad terram dejectis, augusto. Colombus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 209.

DESC. Gregarius. Pileus carnosus, convexus, junior conico-campanulatus, margine inflexus, mox expansus, centro obtuse umbonatus, e pallide lutescente rubro-punctatus, 3-5 centim. diametro metiens. Annulus contextus, ferrugineus, reflexus, sesquimillim. latus, tenuis et membranaceus. Stipes 4-6 centim. longus, 4-5 millim. medio crassus, basi bulbosa ligno affixus, apice incrassato anfractuosus, cellulosus, cellulis magnis, extus pileo concolor et lævis. Lamellæ stipiti adnatæ, postice latæ, sensim attenuatæ, acie integerrimæ, fulvo-ferrugineæ, decimillim. crassæ. Trama fibrillosa. Sporæ sub microscopio luteæ, in situ ferrugineæ, oblongæ, minutæ, vix centimillim. longitudine metientes.

OBS. Locus prope *Agaricum tuberculosum* SCHÆFF., a quo stipitis fabrica necnon forma sporarum ut plurimum differt.

† 371. A. (Hebeloma) PYRRHOLEPIS M. mss. : pileo carnosulo e conico campanulato umbonato squamis confertis fibrosis obducto croceo-fulvo; stipite apice fibroso-spongioso ampliato sericeo fibrilloso-corticato; lamellis linearibus attenuato-affixis cinnamomeis acie alba denticulatis; sporis oblongis ferrugineis.

HAB. Ad terram graminosam. Columbus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 152.

DESC. Gregarius. Facies *A. clypeolarii*, demto annulo. Pileus æqualiter carnosulus, e conico campanulatus, croceo-fulvus, 2 centim. latus, 1/3 centim. altus, squamis confertis fibrosis squarrosulus, apice quandoque umbonatus, margine in junioribus individuis exsiccatisque involutus. Stipes apice cortinato-fibrillosus, cæterum fulvo-lanatus aut furfurosus, pileo concolor, 5-6 centim. longus, a basi, ubi 1-2 millim.

crassus, sensim ad apicem incrassatus, 3-4 millim. diametro metiens, inferne solidus, superne intus fibroso-spongiosus, tandem subcavus. Lamellæ tridymæ, lineares, 3 millim. latæ, 1/10 millim. crassæ, utrinque attenuatæ, e livido cinnamomeæ, acie hygrophana alba fibrilloso-pulverulenta sub lente denticulatæ. Hymenium 3 centimillim. crassum, e sporophoris clavatis, fertilibus apice truncatis, quadricornibus, compositum. Sporæ oblongæ, læves, ferrugineæ, centimillim. circiter longæ, nucleo conformi.

Obs. Quod ad formam attinet hic fungus *Cortinarium iliopodium* vel, ut antea diximus, *Agaricum clypeolarium* satis refert. Magis affinis est autem *A. scabro* Sow., a quo colore rufo tandem cinnamomeo, pileo squamis reflexis hirto, stipite cavo, lamellis acie pulverulenta ad speciem denticulatis satis distinctus videtur.

† 372. A. (Hebeloma) erysiiodes M. mss. : ferrugineus; pileo carnoso convexo obtuse vel obsolete umbonato expanso, disco squamoso, margine inflexo striatulo; stipite basi incrassato solido apice spongioso-farcto, sicco striato glabro; lamellis tridymis confertis latissimis triquetris seu postice truncatis uncinato-adnexis subdecurrentibus tabacinis; sporis ovoideis ferrugineis.

Hab. In umbrosis ad terram muscosam et inter muscos, augusto. Colombus : Sullivant, *Icon.*, n° 206.

Desc. Pileus carnosus, convexus, mox explicatus, latissime umbonatus, ferrugineus, squamis confertis obscurioribus vestitus, margine (initio?) et exsiccatione involuto-striatus, 7-9 centim. latus, 4 centim. circiter inclusis lamellis postice latissimis altus. Stipes carnosus (?) superne spongioso-farctus, inferne solidus et incrassatus, 4-6 centim. longus, medio 6 — basi 12 millim. crassus, lævigatus, striatus, pileo concolor. Lamellæ confertæ, trigonæ, tri-tetradymæ, prope stipitem, cui unguiculo decurrente affixæ sunt, truncatæ, centim. latæ, 1/4 millim. crassæ, e luteo tabacinæ vel rubiginosæ, hinc inde pustulis exasperatæ. Pustulæ hæc brunneæ et tandem apice ruptæ tramam (normaliter (?) expellunt. Sporæ ovoideæ, ferrugineæ, uni-aut binucleolatæ, 8 millimillim. majori diametro metientes.

Obs. Pilei forma illam *A. ovini* Bull., t. 580, N., in memoriam revocat. Illud nequeo præterire quod umbo pilei, ad instar apicis stipitis, cui continuus, est spongioso-anfractuosus.

† 373. (A. Hebeloma) LATERICOLOR M. mss. : cæspitosus; pileo carnoso convexo, margine primitus involuto, glabro lævi rubricoso; stipite cylindrico e fibroso farcto demum cavo basi incrassato; cortina contexta fugaci; lamellis latis tridymis emarginato-adfixis subdecurrentibus subsecedentibus e griseo lurido-cinnamomeis acie albis; sporis pallide ochraceis ovoideo-oblongis.

HAB. Circa radices truncorum emortuorum ad terram, oct.-decemb. Columbus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 319.

DESC. Pilei primitus ovoideo-subglobosi, 7-8 millim. nempe fere crassitudinem stipitis diametro æquantes, mox convexi, hemisphærici, margine subconvoluto cortina fibrillosa contexta pallida demum evanescente cum apice stipitis juncto, supra læves, lateritii, siccitate ob marginem involutum subsphærici, adulti 4-7 centim. lati, sesquicentimetrum alti. Caro alba, sub disco crassa, ambitum versus attenuata, celluloso-medullaris, tandem excavata. Stipites plures, basi leniter incrassata connati, e luteo rubescentes, cæterum teretes, sursum albi aut pallidi, fibroso-cartilaginei, primo medulla fibrosa farcti, tandem cavi, 3-7 centim. secundum ætatem longi, 5-10 millim. crassi. Lamellæ tridymæ, haud confertæ, ex icone 8—siccæ 5 millim. latæ, longiores emarginato-affixæ subdecurrentes vel et secedentes, vix 7 millimillim. crassæ, hinc tenuissimæ, primitus autem griseæ, fungo vero maturo e lurido aut olivaceo-cinnamomeæ, acie albo-pulverulentæ. Hymenium e cellulis clavatis, $0^{mm},0175$ longis, sporophoris longiusculis quadricornibus et antheridiis acuminato-mucronatis compositum. Sporæ ochraceæ, ovoideo-oblongæ, diametro majori $0^{mm},0075$ æquantes.

OBS. Species ex icone *A. fusipedi* subsimilis, a quo vero, specieminibus collatis, stipite basi haud attenuato, imo sporis ochraceis nec albis, certe longe distat.

† 374. A. (Flammula) ANEPSIUS M. mss. : pileo carnosulo convexo hemisphærico, centro depresso lævi, rubro-cinnamomeo; stipite tereti fistuloso basi decumbente attenuato; lamellis didymis distantibus adnato-decurrentibus e ferrugineo cinnamomeo-badiis; sporis ferrugineis amygdaloideis.

HAB. In fragmentis ligneis terra semisepultis. Columbus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 300.

DESC. *Agarico chrysophyllo* apud tribum diversam quærendo pluribus characteribus affinis noster et sat similis, sporis ferrugineis certo

certiùs distinctus. Cæspitosus. Pileus carnosulus, initio campanulatus, mox hemisphæricus, centro depresso umbilicatus, lævis, rubro-fuscus, 2 1/2-5 centim. latus, 2 centim. altus. Stipes carnosus, fistulosus, teres, basi attenuata decumbens et ligni fragmentis mycelio adhærens, flexuosus, lævis, fuscescens, siccus striatus, 3-7 centim. longus, 3-4 millim. et ultra crassus. Lamellæ didymæ (!) distantes, lineares, adnato-decurrentes, antice subprosilientes, primitus aureo-ferrugineæ, tandem badiæ vel cinnamomeæ, 5-6 millim. medio latæ, 16 centimillim. crassæ. Trama pro ratione crassa, cum 11-12 centimillim. superet, e filamentis centimillim. diametro æquantibus longe articulatis constat. Hymenium tenuissimum, facile a trama secedens et e cellulis sporophorisque clavatis compositum. Sporæ ferrugineæ, amygdalinæ, majori diametro centimillim. metientes.

375. A. (Naucoria) FLUMINENSIS M., — *Hb. Mus. Paris*, n° 34, et *Ann.*, 2, II, p. 78. — parvulus; pileo membranaceo convexo centro mamilloso stipiteque bulboso fistuloso pilis fasciculatis fulvis vestitis; lamellis utrinque attenuatis adnexis cinnamomeis.

HAB. In corticibus ramulorum emortuorum circa Rio de Janeiro : GAUDICHAUD.

OBS. Pili Lentinorum, sed lamellæ Agarici.

376. A. (Naucoria) ALBO-LUTEUS M., — *Guy.*, n° 281. — pileo carnosulo convexo-plano albo-luteo nudo glabro; stipite cartilagineo fistuloso longiusculo concolori basi incurvo; lamellis tridymis subconfertis undulato-ventricosis dente filiformi stipiti adnexis, primo ferrugineis tandem fuscis.

HAB. In sabulosis hortis hospitii nautici apud Cayennam : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1030.

377. A. (Galera) UMBELLULA M., — *Guy.*, n° 282. — pileo membranaceo conico-campanulato, sicco rufo-fuligineo lineolato; stipite fistuloso glabro fibrilloso-striatulo curvulo lutescente; lamellis convexis cinnamomeis attenuato-adnexis antice rotundato-subtruncatis; sporis ferrugineis ovoideo-oblongis, a latere visis reniformibus.

HAB. In foliis dejectis in sylvis Cayennæ : LEPRIEUR, *Coll.* n° 978.

† 378. A. (Galera) TORTIPES M. mss. : unicolor, helvolus; pileo submembranaceo convexo campanulato, disco lævi, margine striato

fisso-crenulato; stipite longiusculo fistuloso striato tortili; lamellis tridymis confertis linearibus angustis adnexis (secedentibus) ex helvolo cinnamomeis, acie pallidis; sporis fulvis oblongis.

Hab. In sylvis umbrosis ad terram, julio, prope Columbum (Ohio): Sullivant, *Icon.*, n° 114.

Desc. Pileus submembranaceus vel carnosulus, convexo-campanulatus, helvolus, disco lævis, margine recto crenulato-fisso striatus, 3 1/2 centim. altus, 4 centim. latus. Stipes procerus, subcartilagineus, fistulosus, fragilis, flexuosus, tortilis, striatus, 15 centim. et quod excedit longus, 5 millim. medio crassus, basi subincrassatus, pileo concolor, intus in exsiccato specimine fuscus. Lamellæ tridymæ, lineares, 2 millim. vix latæ, postice adnexæ, antice attenuatæ, tandem cinnamomeæ, acie pallidæ. Hymenium tenuissimum, 1/50 millim. crassum. Sporæ ellipsoideæ, ferrugineæ, $0^{mm},0075$ diametro majori, $0^{mm},0045$ minori metientes, episporio cum endosporio tandem confuso.

Obs. Figura 1 tabulæ 1 *Elenchi Fungorum* Batschii hanc nostram in memoria revocat speciem. Vi coloris nonnulli forsan ad Bolbitium eam referendam censebunt, quam opinionem, repugnante defectu tramæ inter strata hymenii, defendi non posse manifestum est. Insuper sporæ Coprinorum desiderantur. Si autem sporis albis usa, *Agarico collino* affinis fuisset.

379. A. (Galera) Hilarianus M., — *Cent.* I, n° 56. — pileo subcarnoso membranaceo convexo tenuissime e centro radiato glabro, margine striatulo lamellisque confertis angustis emarginato-adnexis cinnamomeo-luteis; stipite farcto tenui rubiginoso-lanuginoso.

Hab. In truncis Brasiliæ prope Rio de Janeiro : Aug. de Saint-Hilaire. — Fries, *Epicr.* I, p. 203.

380. A. (Galera) ruderum Bert. et M., — l. c., n° 63. — pileo conico-campanulato subobtuso submembranaceo lævi glabro, initio flavo-fusco demum pallescenti-umbrino; stipite fistuloso sericeo-fibrilloso albicante demum pileo concolori; lamellis inæqualibus liberis pallidioribus.

Hab. In hortis et ruderatis inter quisquilia : Bertero. — Fr., l. c.

Syn. *Cortinarius ruderum* M., *Fl. Chil.*, l. c., p. 345.

381. A. (Crepidotus) crocco-sanguineus M., — *Fl. Chil.*, l. c., p. 339,

t. 7, f. 4. — pileo membranaceo dimidiato e resupinato reflexo convexo croceo villo pulverulento; lamellis subconfertis radiantibus, postice attenuatis, antice latioribus sanguineis; stipite incurvo breviusculo, basi floccosa disciformi affixo.

Hab. In Chile, ad cortices : Cl. Gay.

382. A. (Crepidotus) phalligerus M., — l. c., p. 340, t. 7, f. 2. — pileo sessili submembranaceo fusco e resupinato reflexo pilis fasciculatis primo cæsiis demum albis tecto; lamellis confertis rubiginosis e centro radiantibus tetradymis utroque fine attenuatis ob sporophora (?) phalloidea exstantiaque velutinis.

Hab. Ad cortices, in Chile : Cl. Gay.

383. A. (Crepidotus) Belangeri M., — *in* Bél. *Voy. Ind. or., Crypt.*, p. 145, t. 14, f. 4. — reniformis, subsessilis; pileo ferrugineo-fusco postice verrucoso margine striato; lamellis confertis subfurcatis fuscis albo-pruinosis; sporis fusco-ferrugineis.

Hab. Ad corticem arborum in Gatibus occid. prope *Mannentoday* : Bélanger.

Syn. *Trogia Belangeri* Fries, *Epicr.*, 1, p. 402. — Verus *Xerotus*.

* A. (Psalliota) oxyosmus M., — *Ann.*, 2, V, p. 345, t. 13, f. 2. — est *A. echinatus* Roth, *A. fumoso-purpureus* Lasch, et *A. hæmatophyllus* Berk.

Hab. In horto botanico Lugdunensi : Ipse.

† 384. A. (Psalliota) fœderatus B. et M. mss. : pileo carnoso tenui ex ovoideo campanulato fulvo, centro depressiusculo, margine striato appendiculato, squamulis albis sparsim granuloso; stipite crasso intus excavato excoriato; annulo amplo reflexo; lamellis lineari-attenuatis adfixis e rubello fuscescentibus.

Hab. Ad terram in pascuis circa Columbum, julio : Sullivant, *Icon.*, n° 87.

Desc. Subcæspitosus, elegans. Pileus carnosus, tenuis, initio ovoideus, mox campanulatus, tandem convexus, medio umbilico parvulo excavatus, margine demisso (in exsiccatis involuto) striato ob velum residuum appendiculatus, fulvus, squamulis atomariis sparsis albis persistentibus tectus, explicatus 5-7 centim. latus, 2-3 centim. altus. Stipes cavus at pariete interiori fibrillosus, basi leniter crassescens,

superne annulatus, annulo lato reflexo lacero-persistente, infra annulum cortice rupto excoriato-squarrosus et tum, ex icone, faciem *A. ocreati* præbens, decim. longus, centim. et quod excedit crassus. Lamellæ subtridymæ, lineares, longiores 1/2 ad 2 millim. medio latæ, 26 millimillim. crassæ, primitus roseo-lilacinæ, adultæ fuscescentes, acie albo-pulverulentæ, postice adnatæ indeque ad marginem sensim attenuatæ. Sporæ fuscæ, ovoideo-oblongæ, majori diametro fere centimillim. æquantes.

Obs. Prope *Agaricum ocreatum* Holmsk. collocandus.

† 385. A. (Psalliota) xylogenus M. mss. : pileo carnoso membranaceo tenui, e conico campanulato lævi luteo, mox convexo umbonato, umbone fuscescente; stipite cavo basi incrassato annuloque infra medium persistente albis; lamellis lanceolatis liberis roseis postice latioribus.

Hab. Ad ligna in terram nudam dejecta, augusto, prope Columbum : Sullivant, *Icon.*, n° 140.

Desc. Pileus membranaceus, initio ex ovoideo conicus, mox campanulatus, umbonatus, tandem convexo-explanatus, lævis, luteus, umbone fuscescente, margine fissus, in sicco striatus, 3-6 centim. latus, 3 centim. altus. Stipes cartilagineus, albus, 7 centim. longus, 5 millim. medio crassus, basi leniter incrassatus, intus cavus, infra medium annulo persistente erecto aut reflexo instructus. Lamellæ tridymæ, liberæ, imo a stipite remotæ, lanceolatæ, postice rotundatæ, latiores 2 1/2 millim. antice attenuato-acutæ, ut in *A. campestri* roseæ, 1/8 millim. crassæ. Hymenium e sporophoris clavatis antheridiisque ex ovato acuminatis constans, duo centimillim. crassum. Sporæ sphæricæ, decolorantes hyalinæ, diametro inter 5 et 7 1/2 millimillim. secundum ætatem variantes.

Obs. Cum *Agarico cepæstipede* comparandus, at vero plurimis characteribus ab eo diversus.

† 386. A. (Hypholoma) comaropsis M. mss. : pileo ovoideo carnoso crasso umbonato, ferrugineo-vaccino squarrosulo; cortina alba contexta; stipite solido flexuoso æquali concolori; lamellis didymis minoribus semilunaribus, majoribus postice rotundo-affixis e purpurascente spadiceis; sporis oblongis ferrugineo-fuscis.

Hab. In graminosis sylvaticis, æstate. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 158.

Desc. Pileus ovoideus, acuminato-umbonatus, umbone crasse carnoso, cæterum fere membranaceus, margine incurvo cum stipite cortina contexta alba connexo, 1/2-2 centim. altus, 1/2 centim. latus, ferrugineo-vaccinus, squamis parvis præsertim ad umbonem vestitus. Stipes solidus, pileo concolor, supra cortinam autem albo-pulverulentus, infra vero sericeo-fibrillosus, 4-5 centim. longus, 4-5 millim. crassus, intus carnosus albus. Lamellæ e duplici ordine adsunt : minores subsemilunares, majores postice rotundato-affixæ et ibi 3 millim. latæ, 1/25 millim. crassæ, trama crassissima utentes. Hymenium e contra tenuissimum, vix 3 centimillim. crassitie metiens e cellulis clavato-subtruncatis constans. Sporæ ferrugineo-fuscæ, ex ovoideo-oblongæ majori diametro 75 millimillim. æquantes. Cum nullo ejusdem tribus comparandus.

† 387. A. (Psilocybe) Sullivantii M., — *in litt. ad cl.* Sullivantium, 4 jun. 1850. — pileo carnoso convexo-hemisphærico amplo e carneo-fulvo rufescente, verrucis sericeis conicis fuscellis toto exasperato, margine expanso (exsiccatione involuto) fusco-liturato (lituris flexuosis radiantibus ramosis pulchre variegato); stipite crasso inferne incrassato suboblongo fusco-verrucoso, sursum nudo, intus cavo; lamellis postice latis convexis polydymis fusco-purpurascentibus tandem nigrescentibus stipiti secedenti-affixis; sporis fuscis amygdaliformibus.

Hab. In terra nuda prope Columbum, provinc. Ohio, Amer. boreal. a cl. Sullivant lectus, cui libentissime dicavi. — *Icon splendida*, n° 258, *a cl.* Robinson *picta*.

Desc. Species perpulchra, distinctissima. Pileus carnosus, convexo-hemisphæricus, crassus, 11 ad 12 centim. latus, carneo-fulvescens, verrucis confertis conicis sericeis brunneis obtectus, margine attenuato demisso primitus exsiccationeque involuto obscuriori, lituris radiantibus flexuose ramosis pulchre variegatus. Stipes decimetrum et ultra longus, pallidior, infra medium oblongo-incrassatus eisdem verrucis pilei coopertus, sursum nudus, striolatus, in hymenophorum dilatatus, intus cavus. Lamellæ tetra-polydymæ, e fusco purpurascentes, acie integerrimæ, tandem nigræ, longiores stipiti attingentes et ibi centimetrum fere latæ, antice sensim attenuatæ, acute desinentes, 10 ad 13 millimillim. crassæ, tandem nigræ. Hymenium e sporophoris clavato-pistilliformibus, nonnullis obconicis quadricuspidatis, 1/2-2 centimillim. longis hyalinis compositum. Sporæ (quaternatæ)

fuscæ, amygdaliformes, centimillimetro paululum breviores. An species novæ tribus *Pilosaces?*

† 388. A. (Psilocybe) PULICOSUS M. mss. : pileo carnosulo e conico campanulato obtuso striatulo spadiceo, udo hygrophano; stipite cavo tenui pallido; lamellis tetradymis, adnatis, e fuligineo fusco-nigris; sporis pulicaribus.

HAB. Ad terram, novembri. Columbus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 314.

DESC. Pileus carnosus, tenuis, convexo-conicus, campanulatus, striatus, striis confertis ad marginem usque primitus incurvum radiantibus, 2-2 1/2 centim. altus, 3 centim. latus, intense brunneo-spadiceus, cæterum nudus. Veli vestigium nullum. Stipes fragilis, subcartilagineus, totus cavus, pallidus, 7-9 centim. longus, 3-4 millim. crassus, lævis, exsiccatione tortilis longitrorsumque fissilis. Lamellæ tetradymæ, longiores lineares postice adnatæ, 2 millim. latæ, decimillim. crassæ, in vivo pallide umbrinæ, in sicco specimine brunneæ aut nigro-fuscæ. Sporæ cymbiformes, spadiceæ, pro ratione magnæ, 2 centimillim. diametro majori æquantes, opacæ, pulicares, unde nomen.

OBS. Ab *Agarico spadiceo* SCHÆFF., cui proximus, forma et striis pilei necnon insertione lamellarum noster revera differt.

† 389. A. (Psilocybe) RHODOPHÆUS M. mss. : pileo submembranaceo hygrophano convexo-expanso nudo glabro erubescente; stipite procero flexuoso fistuloso concolori; lamellis convexis distantibus attenuato-adnexis e roseo fusco-nigricantibus; sporis maximis ellipticis fuscis.

HAB. In foliis in terram delapsis. Persistens. Columbus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 166.

DESC. Pileus convexus, expansus, sesquicentim. latus, e roseo lilacinus, siccus vaccinus, nudus, exstriatus, margine haud involutus. Stipes procerus, 7-9 centim. longus, vivus sesquimillim. — exsiccatus vero millim. crassitie adæquans, pileo concolor, flexuosus, lævis, nisi summo apice, ubi albo-striatulus est, intus tubuloso-cavus, basi floccoso-fibrillosus. Lamellæ tridymæ, haud confertæ, convexæ, 2 1/2 millim. latæ, postice attenuato-adnexæ, primitus roseæ, adultæ et exsiccatæ fusco-nigricantes. Hymenium tenuissimum, vix 25 millimillim. crassum, ex sporophoris (?) obovoideis et antheridiis plus duplo longioribus oblongis, obtusis, interdum sub apice leniter constrictis constans.

Trama e contrario pro ratione (6 centimillim.) crassa, fibroso-contexta. Sporæ fuscæ, ellipsoideæ, majori autem diametro 0mm,0165 — minori vero 0mm,0075 metientes. Episporium cum endosporio fere confusum.

390. A. (Psathyra) GASTRODES M., — *Guy.*, n° 285. — minutus, pileo membranaceo campanulato tandem expanso fulvo fuscescente, margine striatulo, stipite concolori gracili basi incrassato fistuloso striatulo; lamellis didymis antice rotundatis postice attenuato-adnexis fuscis.

HAB. In sabulosis horti hospitii nautici Cayennæ : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1005.

391. A. (Psathyra) STENOPHYLLUS M., — *Guy.*, n° 286. — pileo tenuissime membranaceo expanso-plano striis confertissimis subplicatulo hygrophano griseo-rubello; stipite fistuloso lævi basi subbulboso; lamellis polydymis sublinearibus utrinque attenuatis ungue stipiti adnexis cinnamomeo-fuscidulis; sporis ovoideis hilo notatis.

HAB. In fimo vaccino circa Cayennam : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1012.

392. A. (Psathyra) ÆQUATORIUS M., — *Guy.*, n° 287. — pileo campanulato mox convexo-expanso hygrophano ad centrum tenuissime striatulo stipiteque æquali glabro fistuloso dilute castaneis ; lamellis tetradymis angustis utrinque attenuatis sporisque oblongis fuscis.

HAB. Ad terram in sylvis Guyanæ : LEPRIEUR, *Coll.*, n° 979.

393. A. (Psathyra) CUBOSPORUS M.,—*Guy.*, n° 288.—pileo tenuissime membranaceo tandem explanato striatulo, margine inflexo, hygrophano, in sicco rufo-fusco; stipite fistuloso apice incrassato lævi; lamellis convexis attenuato-adnexis cinnamomeis; sporis (singulare) exacte cubicis.

HAB. Ad terram humosam circa Cayennam : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1084.

394. A. (Psathyra) ŒNOCHROUS M., — *Guy.*, n° 289. — cæspitosus; pileo membranaceo hygrophano conico-campanulato umbonato, margine striato, e griseo roseo-vinoso ; stipite farcto fragili basi incrassato striato; lamellis tetradymis convexis attenuato-adnexis tandem præ sporis ovoideis fuscescentibus.

HAB. Ad ligna. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1083.

† 395. A. (Psathyra) PHOLIDOTUS M. mss. : cæspitosus, totus ianthinus, fugax fragilissimusque; pileo membranaceo e campanulato explanato margine radiato-striato, disco squamoso; stipite fistuloso subæquali fibrilloso-sericeo; lamellis tridymis convexis attenuatis affixis purpurascenti-nigricantibus; sporis magnis oblongis fuscis.

HAB. Ad terram graminosam post imbres. Columbus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 29.

DESC. Fungus cito evanidus, violaceus. Pileus membranaceus, primo ovoideo-campanulatus, demum expansus, imo leniter revolutus, 1-3 centim. secundum gradum evolutionis latus; margine radiatim striatus, disco tandem squamis magnis semiorbicularibus obsessus, siccitate rugosus. Stipites ut totus fungus fragiles, 4-8 centim. longi, flexuosi, 2-3 millim. crassi, basi simul coaliti, pileo concolores, fistulosi. Lamellæ tridymæ, postice latiusculæ (3 millim.), longiores stipiti affixæ, mox secedentes, convexæ, attenuatæ, 7 centimillim. crassæ, purpurascentes, tandem atro-fuligineæ. Hymenium e sporophoris clavato-pistilliformibus, brevissimis, 25 millimillim. vix longioribus hyalinis antheridiisque duplo longioribus acuminato-phyaliformibus constans. Trama floccoso-fibrosa, $0^{mm},0125$ crassa. Sporæ magnæ, oblongæ, $0^{mm},0125$ majori diametro æquantes, fuscæ.

OBS. *Agarico pelianthino* et *A. gyroflexo* subsimilis; a priori autem sporarum colore, a posteriori vero colore et squamis pilei, insertione lamellarum magnopere recedit.

396. A. (Psathyrella) CULTRIGER M., — *Guy.*, n° 292. — pileo hemisphærico centro lævi margine striatulo nec primitus involuto stipiteque sursum lineato æquali farcto subfuscis; lamellis tetradymis haud confertis scapelliformibus postice stipiti adnatis tabacinis acie candicantibus; sporis ovoideis pro ratione magnis brunneo-fuscis.

HAB. Ad fimum in Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.*, n° 1001.

397. A. (Psathyrella) FULVIPES M., — *Guy.*, n° 291. — pileo membranaceo convexo-expanso glabro, centro subumbonato excepto, tenuissime striatulo nigrescente; stipite stricto rigido fragili fistuloso luteo-fulvo; lamellis tridymis convexis, longioribus dente affixis antice rotundis fuliginoso-nigris.

HAB. Ad terram arenosam in urbe Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.*, n° 1035.

398. A. (Psathyrella) HORTULANUS M., — *Guy.*, n° 293, t. 11, f. 3.— pileo membranaceo hemisphærico radiatim striatulo, margine crenulato griseo; stipite farcto cavo subflexuoso basi bulboso lævi; lamellis postice attenuatis antice ventricoso-rotundatis, longioribus prosilientibus, e fuligineo nigricantibus.

HAB. In fimo horti hospitii nautici Cayennæ : LEPRIEUR, *Coll.* n^os^ 1009, 1010 et 1014.

† 399. A. (Psathyrella) FALCIFOLIUS M. mss. : cæspitosus; pileis membranaceis e sphærico campanulatis expansis, disco lævi luteolo, ambitu patente nigrescente striatulis crenulato-fissis; stipitibus basi junctis bulbillosis flexuosis fistulosis, apice striatis pallidis; lamellis falciformibus rotundato-affixis e pallido nigris.

HAB. Ad cortices et folia dejectos. Columbus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 9 bis.

DESC. Cæspitosus. Pileus primo exacte globosus, diametro 2-3 millim. æquans, dein campanulatus, margine patente, tum cucurbitulam vel campanam vitream ad pepones maturandas usitatam exacte referens, tandem ambitu crenato-fissus, basi 3 centim. latus, 1 1/2 centim. altitudine superans, a disco luteolo lævi ad marginem usque nigrescentem densissime tenuissimeque etiam in sicco specimine striatulus et forsan in vivo micaceus, quod ex icone vix eruere licet. Pileus siccus unicolor, obscure et sordide rufus, margine inflexo. Stipes pallidus, rufescens, cartilagineus, fistulosus, flexuoso-incurvus, cum pileo continuus, basi subbulbosus, mycelio concolori ligno, cortici aut foliis affixus, lævis, demto apice incrassato striatus, 4-10 centim. longus, 1-2 millim. crassus, siccus flaccidus. Lamellæ tetradymæ, longiores falciformes, nempe basi rotundo-affixæ, 3 millim. latæ, inde ad marginem attenuato-acutæ, confertæ, primo pallidæ, tandem aciem versus nigræ. Sporæ spadiceæ, ovoideæ, obtusissimæ, 0^mm^,0065 diametro majori metientes.

OBS. Striis pilei necnon forma et angustia lamellarum ab *A. campanulato* et *A. papilionaceo* æque differt.

† 400. A. (Psathyrella) RUPINCOLA M. mss. : pileo membranaceo convexo-hemisphærico hepatico, a centro fossulato ad marginem demissum striato; stipite fistuloso curvato-ascendente albo lævi apice striatulo; lamellis tridymis linearibus attenuato-adnexis fuliginosis; sporis quaternis oblongis atris.

Hab. E fissuris rupium exiens, majo. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 23.

Desc. Pileus membranaceus, hemisphæricus, umbrino aut badio-hepaticus, centro leniter et determinate, saltem in sicco, depressus, inde vero ad marginem exsiccatione involutum striis radiantibus confertis instructus, 2 centim. altus, 3 centim. latus. Stipes fragilis, radicans, fistulosus, albus, 5-8 centim. longus, 3-4 millim. medio — 5-6 millim. basi crassus, primo horizontaliter e fissura rupium erumpens, dein incurvo-adscendens, lævis, summo apice ubi striatulus est excepto. Lamellæ tridymæ, lineares, longiores stipiti affixæ, secundi tertiique ordinis postice rotundatæ, antice acutæ, omnes fuligineæ, 2 1/2 millim. (in sicco 1/2 tantum) latæ, 12 centimillim. crassæ, sub microscopio pallidæ. Hymenium tenuissimum, $0^{mm},0125$ crassum, e sporophoris pistilliformibus constans. Sporæ fuligineo-atræ ut in Coprinis quaternatæ, oblongæ, centimillim. majori diametro æquantes.

Obs. Mycelium radiciforme in fragmenta ligni consumpti penetrat. Prope *A. hiascentem* et *A. hydrophorum*, a quibus plurimis characteribus differt, locandus.

401. Hiatula squamulosa M., — *Guy.*, n° 298. — pileo papyrino conico-campanulato subumbonato, umbone excepto lævi, densissime striato helvolo fusco-punctato squamuloso; stipite cavo lævi sursum attenuato; lamellis confertis liberis circa stipitis apicem definite attenuato-acuminatis; sporis albis ovoideo-reniformibus.

Hab. Ad terram prope Cayennam : Leprieur.

† XIV. LEPTOMYCES M.

Hymenophorum tenuissime membranaceum, pellucidum. Lamellæ tenerrimæ, confertæ, liberæ. Trama nulla. Stipes fistulosus, glaber, lævis, a pileo separabilis. Sporæ albæ, pellucidæ, numerosissimæ, nucleo farctæ. Fungi lignatiles. An *Hiatula* Fries, *Nov. Symb. Mycol.*, p. 11?

402. Leptomyces lignifragus M., — *Guy.*, n° 297. sub *Hiatula* — candidus; pileo tenerrimo pellucido e convexo explanato irregulariter orbiculato, radiatim confertissimeque striatulo; stipite glabro fistu-

loso lamellisque concoloribus subæqualibus subconfertis cultriformibus determinate circa stipitis apicem incrassatum attenuato-affixis.

Hab. E rimis ligni putridi erumpere videtur, apud Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 985.

Desc. Pileus quam maxime translucidus, membranaceus, charta, quam nos *pelure d'oignon* vulgo dicimus, forsan adhuc tenuior, 25 mm. latus, centro vix umbonato convexo-applanatus, tenuissime ad ambitum usque striatulus. Stipes 2 centim. et ultra longus, 1 1/2 millim. in medio, 2 ad 3 basi et apice crassus, exsiccatione fuscescens, at primitus ut totus fungus, ex ore collectoris, candidissimus. Lamellæ tenerrimæ, ex hymenophoro ut videtur formatæ, quum eædem cum illo gaudeant structura atque tenuitate, convexæ, id est cultriformes, pileo concolores, acie integræ, circa stipitem determinate desinentes, potius remotæ nec autem ei adhærentes, $0^{mm},3$ ab invicem distantes et $0^{mm},03$ crassæ. Sporæ albæ, pellucideæ, subovoideæ, $0^{mm},007$ majori diametro crassæ, nucleo albo farctæ.

MONTAGNEA Fries. emend.

Pileus verus nullus. Stipes e media volva ovoideo-sphærica lignosa radicante, vertice constricto fimbriata oriens et ipse lignosus, sursum in orbiculum planiusculum subtus lævem, nudum, hymenophori vice fungentem dilatatus. Lamellæ cultriformes uno puncto hymenophori margini tantum affixæ, simplices, radiantes, confertæ, sibi contiguæ, primo cereæ, pallidæ, mox arescentes nigerrimæ, fragiles, prorsus liberæ (nulla scilicet membrana nisi primitus volva tectæ), acie obtusæ, integerrimæ. Hymenium persistens. Sporophora brevia, oblongo-obovata, e trama cellulosa prognata, sterigmatibus 4 brevissimis mamilloso-prominulis, sporas oblongas mature clabentes tandem atro-fuscas gerentibus coronata.

Fungus junior volvatus, volva cito disrupta, semper defossa, primo margini hymenophori adnata lamellas involvente. Evolutio subterranea *Gyrophragmii* et *Batarreæ*.

Syn. Montagnea *Fries in litt.* (22 janv. 1833) et in *Gener. Hymeno-*

mycet., p. 7, *Upsal*, 20 april. 1836 (1), dein, nescio *ni melius* et mea quidem sententia sine causa legitima, MONTAGNITES, *Epicrisis*, I, p. 240. =Cfr. Montag. : Sur la tribu des Podaxinées, in *Ann.*, 2, XX, p. 74 et suiv., et Corda, *Anleit.*, p. 196, ubi hæc verba leguntur : « Monta- » gnites betrachten wir daher auch als das vollständigst entwickelte » Glied der uns bisher bekannt gewordenen Gattungen der Agaricini. »

« Montagneam e characteribus esse agaricinum me neutiquam » fugit, at nulli alii generi affinis, insulam quasi in Oceano segregatam » sistit. Hoc in libro (*Sum. Veget. Scand.*)— a characteribus liber — » necesse duxi indicare vicinitatem cum Podaxineis, licet expressis » verbis etiam ab his exclusi! Sine dubio *Summum Fungorum genus*, » fastigium Hymenomycetes et Gasteromycetes jungens. » FRIES *in litt. April.* 1850.

* MONTAGNEA CANDOLLEI FRIES,—M., *Fl. Alg. Atlas*, t. 21, f. 1, cum analysi hymenii junioris. — Corda, *Ic. Fung.*, VI, p. 85, t. XX, f. 146.

403. COPRINUS CUNCTABUNDUS M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 343.—pelliculosus; pileo carnosulo ex ovoideo oblongo tandem longe conico albo tenuissime plicatulo, disco lævi griseo, margine tandem patente fisso, in squamas latas imbricatas lacerato; stipite cavo lævigato candido; annulo.....; lamellis liberis linearibus e carneo fuscescentibus.

HAB. In vineis prope Santiago, majo : CL. GAY. — ex icone.

404. C. PILULIFER M., — *Canar.*, p. 72, t. 4, f. 6. — pileo tenerrimo hemisphærico-subgloboso striato margine denticulato griseo hyalino pellucido; stipite fistuloso æquali albo basi leviter inflato; lamellis æqualibus nigris.

HAB. In arena humida lacunæ *baranca de la Cantera* dictæ in Gomera, decembri : DESPRÉAUX.

(1) Tomus *Prodromi System. natur. regni veget.*, in quo illustrissimus De Candolle nomen genericum *Montanoa* LALLAV. et LEX. jam universaliter adoptatum, in *Montagneam* infauste commutavit, mense septembris sequente, ideo quinque post menses, in lucem exiit, ut cuique *Diarium Librariæ* pro anno 1836 versanti discere licitum erit. Propterea nomen Friesianum consequi sine ulla controversia prioritatem æquum est, nec nihil negotii foret palam facere illustr. auctorem in nominis substitutione legibus ab ipso conditis derogavisse. Confer enim *Théor. élém. de la Botan.*, *édit.* 2, 1819, p. 265, ubi hæc leguntur : « Je crois donc que, pour éviter l'arbitraire et la confusion, il faut toujours conserver l'orthographe des noms propres. »

405. C. PLUTONIUS M., — l. c., t. 5, f. 2. — pileo conico-campanulato umbraculiformi expanso albo radiatim costato-sulcato, costis iterum transverse striatis, margine obcrenato, disco conico-umbonato lævi luteolo; stipite fistuloso mediocri, basi incrassato albo, zonis transversis nigris zebrino; lamellis distantibus convexis nigris.

HAB. Ad scorias vulcanias in Gomera, decemb. : DESPRÉAUX.

406. C. HORTENSIS M., — *Guy.*, n° 294. — pileo tenerrimo griseo-argenteo e convexo campanulato explanato, a centro lævi glabro radiatim striatulo tandem margine fisso; stipite fistuloso sursum incrassato lævi glabro; lamellis didymis angustissimis utrinque attenuatis postice subaffixis nigris.

HAB. In hortis urbis Cayennæ : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1011.

407. C. MIRABILIS M.,— l. c., n° 295.— pileo tenerrimo primitus.... mox explanato radiatim sulcato albo margine crenulato; stipite gracili fistuloso concolori; lamellis distantibus convexis, tandem nigris, sporis globosis!

HAB. In herbidis ambulacri urbis Cayennæ: LEPRIEUR, *Coll.*, n° 1059.

408. C. SPIRALIS M., — *Canar.*, p. 72, t. 4, f. 5.— pileo conico subacuminato ochraceo, margine striato; stipite nigrescente spiraliter torto basi subincrassato, e mycelio tomentoso nigro orto; lamellis æqualibus integris cinereo-nigricantibus.

HAB. Ad ramos dejectos in Canaria : DESPRÉAUX.

† 409. C. BERKELEYI M., mss. : cæspitosus, variecolor; pileo tenuissime membranaceo, e cylindrico ovato-campanulato longitrorsum striato furfuraceo versicolori e luteo-brunneo nigrescente; stipite longissimo fistuloso variegato; lamellis linearibus angustissimis confertis attenuato-adnexis atris.

HAB. Ad lignum putridum. Columbus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 53.

DESC. Pileus membranaceus, initio cylindraceus, furfurosus, striatulus, 1 1/2 ad 2 1/2 centim. longus, 5-10 millim. crassus, dein magis expansus, campanulatus, 3 1/2 centim. altus, 5 centim. inferne latus tum griseo-fuscescente nigrescenteque, tandem omnino explanatus, imo revolutus. Stipes cartilagineus, cavus, 16 centim. ad summum longus, 3-5 millim. crassus, basi bulbosus vel tantum incrassatus, e

luteo virescens rufoque variegatus, apice tenuissime striatulus, cæterum lævis, exsiccatione longitudinaliter fibroso-fissilis. Lamellæ confertissimæ, angustissimæ, lineares, utrinque attenuatæ, attingentes, vix millimetrum medio latæ, e cinereo atræ, micore albo in acie persistente. Sporæ atræ, ovoideæ, altero fine acutæ vel acuminulatæ, altero vero truncatulæ, interdum sterigmatis vestigium secum auferentes, diametro majori centimillim. æquantes.

Obs. Species elegantissima eximio mycologo, amico dilectissimo M.-J. Berkeley dicata. A. *C. stenophyllo* colore, pileo esquamato margine integro, a *C. deliquescente* pileo tenuissime striatulo, lamellis stipitem jugentibus abunde diversus.

† 410. C. STENOPHYLLUS M. mss. : congregatus, momentaneus; pileo membranaceo ex ovoideo-campanulato mox expanso striatulo, squamis sparsis ochreis obruto, tandem revoluto profunde fisso, e rufo fuligineo; stipite cavato elatiori lævi albo; lamellis angustissimis confertissimis tenuissimis, primo luridis tandem fusco-nigris.

Hab. In terra e ligno consumpto originem ducens, julio. Columbus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 41.

Desc. Pileus tandem expansus, 5-7 centim. diametro metiens, e rufo fuligineus badiusque, margine profunde fissus, revolutus, tenuissime striatulus, hinc inde squamis crassis ochraceis, radiatim dispositis obsessus, centro late umbonatus dilutior. Stipes cartilagineus, nudus, lævis, albus, intus cavus, basi crassior (7 millim.) sensim ad apicem attenuatus (4 millim.), siccus deorsum rufescens. Lamellæ lineares, confertissimæ, in fungo juniori luridæ, mox fuscæ integerrimæque, omnium angustissimæ, vix semimillim. medio latæ, utroque fine attenuatæ et stipiti appressæ, non adhærentes, tenuissimæ, 6 centimillim. crassæ. Sporæ fuscæ, ovoideæ, nucleum conformem includentes.

Obs. Magnam esse similitudinem, hinc affinitatem, inter nostram speciem et *C. C. deliquescentem micaceum*que mihi satis patet, quippe lamellarum angustia cum priori certat et pileus ejus iisdem squamis cum posteriori gaudet. Ex schedula, quam pictor egregius iconi perfectissimæ addidit, intellexi præterea huncce fungum elegantem æque ac fugacem præ fragilitate et formis maxime variis inter congeneres eminere. His autem verbis, quæ commodum est huc referre, utitur. « This is the most fragile, changeable, short lived fungus I have

» attempted to describe. Gathered an hour before sun-rise, and » rotten in an hour, I have spent several morning to accomplish this » drawning. The brown parts are chiefly painted with the liquid » produced by the decomposition of the fungus.—Gills very narrow, » thin and compact. »

† 411. Bolbitius macrorrhizus B. et M. mss. : pileo carnosulo convexo viscido e cyaneo roseo, centro depresso vel umbonato, sicco rugosissimo; stipite farcto longo alte radicato gracili roseo; lamellis flavis aut vitellinis attenuatis processu angusto longe decurrentibus; sporis oblongis dilute ferrugineis.

Hab. Ad terram, junio. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 35.

Desc. Pileus carnosulus, convexus, hemisphæricus, centro depressus, vegetus glutine cyaneo-roseo oblinitus, siccus corrugatus, medio umbonulatus et cervinus, diametro 2 centim. adæquans. Stipes cartilagineus, farctus, longissimus, decimetrum metiens, parte subterranea radiciformi medio incrassata subfistulosa aeream roseam in vivo lævem, in sicco striatam rufescentem adæquans. Lamellæ vitellinæ, tridymæ, longiores vix convexæ, 1/2 millim. medio latæ, utrinque attenuatæ, stipiti processu longo interdum decolori decurrentes. Sporæ ferrugineæ, ovato-oblongæ, diametro majori $0^{mm},0125$ metientes.

Obs. Ab omnibus congeneribus stipite longe radicante stratoque glutinoso pilei satis superque differt. Non autem ob eam rationem inter Myxacia locandus.

412. Cortinarius tricolor M., — *Canar.*, p. 73, t. 5, f. 3. — pileo carnoso hemisphærico obtuso subexpanso sanguineo-rubro, margine saturatius colorato; stipite valido glabro pleno, basi bulboso, luteo violaceo-maculato, apice annulato; annulo amplo reflexo lacero luteo; lamellis æqualibus crassis subcarnosulis pulchre violaceis.

Hab. In sylvis excelsis Gomeræ, ad radices arborum : Despréaux.

† 413. C. rubidus M. mss. : pileo amplo carnoso-membranaceo e convexo explanato luteo-rubricoso, margine repando fissili; stipiti crasso intus cavo umbrino lævi, basi et apice incrassato; lamellis latis tridymis secedenti-adnexis distantibus, pileo concoloribus; sporis suboblongis ferrugineis punctato-asperulis.

Hab. Ad truncos dejectos, julio. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 70.

luteo virescens rufoque variegatus, apice tenuissime striatulus, cæterum lævis, exsiccatione longitudinaliter fibroso-fissilis. Lamellæ confertissimæ, angustissimæ, lineares, utrinque attenuatæ, attingentes, vix millimetrum medio latæ, e cinereo atræ, micore albo in acie persistente. Sporæ atræ, ovoideæ, altero fine acutæ vel acuminulatæ, altero vero truncatulæ, interdum sterigmatis vestigium secum auferentes, diametro majori centimillim. æquantes.

Obs. Species elegantissima eximio mycologo, amico dilectissimo M.-J. Berkeley dicata. A. *C. stenophyllo* colore, pileo esquamato margine integro, a *C. deliquescente* pileo tenuissime striatulo, lamellis stipitem jugentibus abunde diversus.

† 410. C. STENOPHYLLUS M. mss. : congregatus, momentaneus; pileo membranaceo ex ovoideo-campanulato mox expanso striatulo, squamis sparsis ochreis obruto, tandem revoluto profunde fisso, e rufo fuligineo; stipite cavato elatiori lævi albo; lamellis angustissimis confertissimis tenuissimis, primo luridis tandem fusco-nigris.

Hab. In terra e ligno consumpto originem ducens, julio. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 41.

Desc. Pileus tandem expansus, 5-7 centim. diametro metiens, e rufo fuligineus badiusque, margine profunde fissus, revolutus, tenuissime striatulus, hinc inde squamis crassis ochraceis, radiatim dispositis obsessus, centro late umbonatus dilutior. Stipes cartilagineus, nudus, lævis, albus, intus cavus, basi crassior (7 millim.) sensim ad apicem attenuatus (4 millim.), siccus deorsum rufescens. Lamellæ lineares, confertissimæ, in fungo juniori luridæ, mox fuscæ integerrimæque, omnium angustissimæ, vix semimillim. medio latæ, utroque fine attenuatæ et stipiti appressæ, non adhærentes, tenuissimæ, 6 centimillim. crassæ. Sporæ fuscæ, ovoideæ, nucleum conformem includentes.

Obs. Magnam esse similitudinem, hinc affinitatem, inter nostram speciem et *C. C. deliquescentem micaceum*que mihi satis patet, quippe lamellarum angustia cum priori certat et pileus ejus iisdem squamis cum posteriori gaudet. Ex schedula, quam pictor egregius iconi perfectissimæ addidit, intellexi præterea huncce fungum elegantem æque ac fugacem præ fragilitate et formis maxime variis inter congeneres eminere. His autem verbis, quæ commodum est huc referre, utitur. « This is the most fragile, changeable, short lived fungus I have

» attempted to describe. Gathered an hour before sun-rise, and » rotten in an hour, I have spent several morning to accomplish this » drawning. The brown parts are chiefly painted with the liquid » produced by the decomposition of the fungus.—Gills very narrow, » thin and compact. »

† 411. Bolbitius macrorrhizus B. et M. mss. : pileo carnosulo convexo viscido e cyaneo roseo, centro depresso vel umbonato, sicco rugosissimo; stipite farcto longo alte radicato gracili roseo; lamellis flavis aut vitellinis attenuatis processu angusto longe decurrentibus; sporis oblongis dilute ferrugineis.

Hab. Ad terram, junio. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 35.

Desc. Pileus carnosulus, convexus, hemisphæricus, centro depressus, vegetus glutine cyaneo-roseo oblinitus, siccus corrugatus, medio umbonulatus et cervinus, diametro 2 centim. adæquans. Stipes cartilagineus, farctus, longissimus, decimetrum metiens, parte subterranea radiciformi medio incrassata subfistulosa aeream roseam in vivo lævem, in sicco striatam rufescentem adæquans. Lamellæ vitellinæ, tridymæ, longiores vix convexæ, 1/2 millim. medio latæ, utrinque attenuatæ, stipiti processu longo interdum decolori decurrentes. Sporæ ferrugineæ, ovato-oblongæ, diametro majori $0^{mm},0125$ metientes.

Obs. Ab omnibus congenericus stipite longe radicante stratoque glutinoso pilei satis superque differt. Non autem ob eam rationem inter Myxacia locandus.

412. Cortinarius tricolor M., — *Canar.*, p. 73, t. 5, f. 3. — pileo carnoso hemisphærico obtuso subexpanso sanguineo-rubro, margine saturatius colorato; stipite valido glabro pleno, basi bulboso, luteo violaceo-maculato, apice annulato; annulo amplo reflexo lacero luteo; lamellis æqualibus crassis subcarnosulis pulchre violaceis.

Hab. In sylvis excelsis Gomeræ, ad radices arborum : Despréaux.

† 413. C. rubidus M. mss. : pileo amplo carnoso-membranaceo e convexo explanato luteo-rubricoso, margine repando fissili; stipiti crasso intus cavo umbrino lævi, basi et apice incrassato; lamellis latis tridymis secedenti-adnexis distantibus, pileo concoloribus; sporis suboblongis ferrugineis punctato-asperulis.

Hab. Ad truncos dejectos, julio. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 70.

Desc. Pileus æqualiter carnoso-membranaceus, tenuis, centro vix millim. crassus, primo convexus, mox explanatus, interdum centro paululum depressus, decimetrum latus, margine undulato-repandus exsiccatione involutus, e croceo rubricosus, subsulcatus, tandem fissilis. Stipes 6-8 centim. longus, 2 centim. medio crassus, apice subdeterminate cavus basique subtuberosa incrassatus, cæterum fibroso-farctus, umbrinus, ex icone dum vivit striatus. Lamellæ tridymæ, decimillimetrum fere crassæ, distantes, postice latissimæ, centim. circiter æquantes sensimque inde ad marginem attenuatæ, acutæ, in vivo autem pileo subconcolores, modo dilutiores, in sicco vero tabacinæ. Hymenium tenuissimum, ex sporophoris cylindraceo-clavatis, $0^{mm},0175$ longis, hyalinis, constitutum. Trama plus duplo crassa, fibrillis (floccis) ramosis contexta. Sporæ ferrugineæ, ovoideo-oblongæ, centimillim. longæ, episporio asperulo-punctato (*chagrinées*) insignes.

Obs. Nullum nec in icone nec in speciminibus siccis cortinæ aut veli vestigium superest. Inter species sect. VI (Hygrocybe) militare videtur. A *C. bivelo*, cui subsimilis, defectu cortinæ differre mihi videtur.

† 414. C. Robinsonii M. mss. : badio-testaceus; pileo carnoso e campanulato expanso umbonato, margine profunde sulcato, granulis minutissimis punctato; stipite solido basi incrassato radicato zebrato subconcolori; lamellis linearibus arcuato-affixis et decurrentibus, ex umbrino tabacinis; sporis ovoideis ferrugineo-fuscis.

Hab. Ad terram sub trunco prostrato, augusto. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 208.

Desc. Unicolor. Pileus carnosus, e convexo-campanulato expansus, centro valide umbonatus, tandem ob marginem sulcatum erectum crenulatum, umbone persistente obconicus, 2 centim. altus, 4-5 centim. diametro metiens, e badio testaceus rubricosusque, granulis seu squamulis tenuissimis exasperato-punctatus. Stipes solidus, basin versus fusiformi-incrassatus, radiciformis, sursum teres, ad apicem crassiorem zonis transversis saturioribus zebratus, 5-6 centim. longus, 4-6-11 millim. crassus. Lamellæ tridymæ, distantes, lineares, postice attenuatæ, arcuato-affixæ, in fungo adulto vere decurrentes et transversim facile ruptæ, minores convexæ, omnes initio umbrinæ, tandem tabacinæ vel pileo concolores, 3 millim. latæ. 1/3 millim.

crassæ, acie integræ. Sporæ ovoideæ, ferrugineæ, diametro majori centimillim. æquantes.

Obs. Si modo formas varias, quas progressu ætatis hic fungus induit, attenderis, cum *Agarico eburneo* Bull., omnibus aliis characteribus neglectis, eum esse comparandum facile perspicies. Sed inter congeneres, haud dubium est quin *C. brunneus* sit nostro propius accedens, qui vero a fungo ohiensi præsentia veli, pileo haud sulcato maxime recedit.

† 415. Hygrophorus stenophyllus M. mss.: cæspitosus, totus albus; pileo carnoso inæquali margine undulato-repando revoluto infundibuliformi, udo viscido; stipite solido brevi subflexuoso; lamellis confertissimis angustissimis siccis crispis utrinque acutis decurrentibus.

Hab. In pratis, julio. Columbus: Sullivant, *Icon.*, n° 117.

Desc. Individua quatuor vel quinque basi juncta. Fungus totus albus, ex icone ad vivum facta pallide ochraceus. Pileus carnosus, carne fere centim. crassa, fibrosa, inæqualis, sed nunquam dimidiatus, margine undulato-repando involutus et revera infundibuliformis, disco viscido lævi. Stipes brevis, 1-2 centim. longus, 4-6 millim. crassus, ut pileus fibroso-caseosus, solidus, leniter flexuosus, e basi radices aliquot terram intrantes emittens. Lamellæ confertissimæ, angustissimæ, cum vix millimetrum latitudine adæquant, utrinque acute desinentes et stipiti decurrentes. Sporæ ovoideo-oblongæ, albæ, diametro majori centimillim. æquantes.

Obs. Etsi *Hygrophoro virgineo* proxima species, ab eo tamen forma pilei, stipite solido necnon lamellis angustissimis, confertis crispatisque manifeste differt.

† 416. H. ohiensis M. mss.: pileo carnoso, e convexo expanso viscido, e luteolo purpurascente, carne flava; stipite solido concolori æquali; lamellis postice latissimis rotundato-adnexis e roseo fulvellis; sporis ovoideis albis.

Hab. In ligno in terram dejecto. Columbus: Sullivant, *Icon.*, n° 163.

Desc. Pileus convexus, demum expansus, 2 1/2 centim. latus, luteolus, disco purpurascens, satis carnosus, udus viscidus, lævis, margine in sicco incurvo, madido patente, haud striatus. Caro flava.

Stipes solidus, 2 1/2 centim. longus, 2 millim. crassus, basi orbiculatim ligno affixus. Lamellæ tridymæ, omnes postice latissimæ rotundatæ, anticè attenuatæ, siccæ fulvellæ, olivascentes, subpulveraceæ. Sporæ albæ, ovoideæ, minutissimæ. — Cum nullo conferendus.

417. CANTHARELLUS MORCHELLOCEPHALUS M., — *Cent.* I, n° 55. — pileo carnoso capitato anfractuoso-reticulato umbrino; lamellis pallidioribus ad marginem anastomosantibus, dein bifurcis, tandem simplicibus in stipitem teretem glabrum lævem fuscescentem decurrentibus.

HAB. In herbidis umbrosis hortorum in Chile : BERTERO.

SYN. *Stylobates Morchellæformis* FRIES, *Epicr.*, I, p. 370.—MONTAG., *Fl. Chil.*, VII, p. 346, t. 7, f. 1.

418. C. ALLIODORUS M., — *Prodr. J. Fern.*, n° 12. — graveolens, pallidus; pileo membranaceo convexo subumbilicato exstrio glabro; stipite subfistuloso glabro; lamellis subdecurrentibus dichotomis anastomosantibusque plicæformibus.

HAB. Ad ligna putrida locis humidis. Juan Fernandez : BERTERO.

SYN. *Marasmius alliiodorus* FRIES, l. c., p. 384. — MONTAG., *Fl. Chil.*, VII, p. 349.

* C. DUTROCHETII M., — *Ann.*, 2, V, p. 342. — est *Agaricus crispus* TURP. c. icone; = *Cantharellus Crucibulum* FRIES, l. c., p. 369.

419. C. BUCCINALIS M., — *Guy.*, n° 300, t. 11, f. 4. — pileo carnoso convexo hemisphærico, centro alte depresso, mox infundibuliformi tandem ad stipitem usque fisso, e griseo fuliginoso glabro; stipite solido nudo, basi incrassato-bulbosa affixo; lamellis (serotinis) plicæformibus dichotomis decurrentibus.

HAB. Ad cortices truncorum et ramorum gregarius. Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1063, c. icone.

420. C. GUYANENSIS M., — l. c., n° 299, t. 11, f. 1. — gregarius, purpureo-aurantiacus, piperatus; pileo carnoso-subcoriaceo convexo-hemisphærico mox infundibuliformi subpuberulo (?), margine inflexo undulato tandem reniformi-flabellato; stipite centrali crasso, sicco cartilagineo-corneo centro fistuloso; lamellis angustis crassis dichotomis lutescentibus.

Hab. Ad vias in sylvis sabulosis prope Cayennam. Edulis : Leprieur, *Coll.* n° 1062, c. icone.

421. C.? congregatus M., — *Nilgh.*, n° 139. — resupinatus, mollis, cupuliformis, centro umbonato affixus, orbicularis, extus glaber, fuscus, margine substriatus, intus concolor; lamellis plicæformibus radiantibus semel dichotomis, valleculis ob plicas transversas subporosis.

Hab. Ad truncos et ligna circa Ootacamund : Perrottet.

422. C. haplorutis M., — *in* Bél. *Voy. Ind. orient., Crypt.*, p. 149, t. 14, f. 3. — pileo submembranaceo infundibuliformi furfuraceo demum nudo, margine sinuoso undulato; lamellis angustissimis subplicæformibus distantibus simplicibus rectis, acie canaliculatis, cum stipite curto farcto luteo-armeniacis.

Hab. Ad ramos dejectos in sylvis peninsulæ indicæ in montibus *Tritchinopoly*, martio : Bélanger.

Syn. *Trogia Montagnei* Fries, *Epicr.*, 1, p. 402.

423. Marasmius (Collybia) inflexus M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 349, t. 7, f. 5. — pileo membranaceo convexo-conico vel ovoideo-campanulato ruguloso-badio, margine striato-inflexo; stipite corneo farcto atro striato opaco tenuissime velutino; lamellis liberis inæqualibus, longioribus ventricosis seu utrinque acuminatis pileo subconcoloribus pallidioribus.

Hab. Ad ramos dejectos in Chile : Cl. Gay.

424. M. (Collybia) bulbipes M., — l. c., p. 350. — pusillus; pileo membranaceo convexo subumbilicato margine subinvoluto demum expanso striatulo fulvo; stipite tenuissimo pallidiori e floccoso glabrato basi bulbosa radiatim floccoso; lamellis utrinque attenuatis concoloribus stipitem subattingentibus; sporis e globoso oblongis.

Hab. In ligno apud Valdiviam : Cl. Gay.

425. M. (Collybia) brasiliensis B. et M., — *Cent.* VI, n° 67. — subcæspitosus; pileo tenui convexo umbilicato, margine rugoso striato lobulato stipiteque deorsum fulvo-pruinato fistuloso sursum nudo nigricante fuscis; lamellis subdistantibus tetradymis acute decurrentibus medio ventricosis antice attenuato-rotundatis pileo concoloribus.

Hab. Ad ramulos dejectos circa Bahiam Brasiliæ : Blanchet.

426. M. (Collybia) CASTANEUS M., — *Guy.*, n° 302. — pileo membranaceo campanulato subumbilicato, margine involuto plicato-striato castaneo; stipite filiformi striato fistuloso, pilis albis brevibus patulis hirto, basi flocculosa insititio; lamellis umbrinis paucis (subduodenis) utrinque attenuatis, hymenio fusco-punctato; sporis.....

HAB. In foliis dejectis. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 994, pro parte, et 996.

427. M. (Collybia) RUGATUS M., — l. c., n° 301. — cantharelliformis, holophæus; pileo carnosulo convexo obtuse umbonato margine involuto; stipite fistuloso striato-sulcato sursum in pileum dilatato basi rhizomorphea radicante; lamellis crassis plicæformibus inæqualibus in stipitem subdecurrentibus.

HAB. Gregarius ad ligna putrida. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 969.

428. M. (Collybia) HOLOPHÆUS M., — l. c., n° 303. — unicolor, brunneus; pileo membranaceo convexo mox explanato ad marginem usque involutum radiatim striato; stipite glabro nudo fistuloso æquali basi decumbente; lamellis subdistantibus angustis utroque fine attenuatis a stipite subremotis.

HAB. In foliis delapsis. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 987.

429. M. (Collybia) RUBRICOSUS M., — l. c., n° 304. — pileo carnoso-membranaceo convexo-hemisphærico rubricoso, centro umbonato, margine primo involuto tenuissime plicato-striatulo; stipite longo etiam striatulo torto glabro badio nitido, basi radiatim fibroso-strigosa affixo; lamellis confertis tridymis attenuatis, primitus pallidis, siccitate umbrinis secedenti-liberis.

HAB. Ad ramulos, folia et quisquilia in sylvis. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1024.

430. M. (Collybia) PLECTOPHYLLUS M., — l., c. n° 305, t. 11, f. 2. — gregarius; pileo membranaceo convexo-hemisphærico mox explanato, e centro depresso ad marginem usque striatulo, ex albo-rubello ad griseo-vinosum colore vario; stipite valido fistuloso apice incrassato basi subbulbosa farinosa affixo; lamellis tridymis angustis, longioribus adnexis reticulatim conjunctis subdædaloideis concoloribus; sporis exiguis globosis albis.

Hab. Ad ramos et folia in sylvis jugi Montabo. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n^os^ 1045-1048.

431. M. (Collybia) actinopus M., — l. c., n° 306. — erumpens, gregarius; pileo minuto e carnoso membranaceo convexo centro umbonato, margine striatulo (in sicco) involuto e rubro fusco; stipite gracili longo fistuloso siccitate compresso fuligineo glaberrimo basi floccosa radiante instructo; lamellis pallidis lineari-attenuatis.

Hab. E ramellis erumpens. Cayenna : Leprieur.

432. M. (Collybia) congregatus M., — l. c., n° 37. — subfascicularis; pileo membranaceo convexo-hemisphærico tandem expanso tenuissime plicato-venuloso albo-fuscescente; stipite fistuloso lævi basi fulvo-lanato; lamellis paucis angustissimis inæqualibus pallidis interruptis utrinque acutis vix attingentibus.

Hab. In ligno putrido. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1081.

433. M. (Mycena) polycladus M., — *Guy.*, n° 308. — erumpens; pileo membranaceo hemisphærico umbilicato centro mamillato glabro e fusco purpureo plicato-striato; stipite corneo spadiceo-nigro nitido fistuloso ramosissimo glaberrimoque; lamellis fuscis simplicibus convexis adnatis.

Hab. Ramos arborum sylvula stipitum prolifero-ramosorum ambiens. Cayenna : Leprieur.

434. M. (Mycena) longipes M., — l. c., n° 309. — validus; pileo membranaceo convexo-campanulato centro lævi depresso, margine dense striato vaccino nudo; stipite corneo longo striatulo torto intus cavo basi dilatata tuberculoso, apice dilatato, sicco fragili, madido elastico; lamellis tetradymis obscurioribus flexuoso-undulatis angustis, longioribus subdecurrentibus.

Hab. In foliis putridis. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 973.

435. M. (Mycena) guyanensis M., — l. c., n° 310, t. 11, f. 5. — pileo hemisphærico, mox expanso membranaceo tenuissimo, umbrino, radiatim plicatulo, margine lamellis prosilientibus denticulato; stipite capillari striatulo basi floccosa insititio cæterum glaberrimo; lamellis 8-12 angustissimis convexulis utrinque attenuatis pallidis stipitem haud attingentibus.

426. M. (Collybia) CASTANEUS M., — *Guy.*, n° 302. — pileo membranaceo campanulato subumbilicato, margine involuto plicato-striato castaneo; stipite filiformi striato fistuloso, pilis albis brevibus patulis hirto, basi flocculosa insititio; lamellis umbrinis paucis (subduodenis) utrinque attenuatis, hymenio fusco-punctato; sporis.....

HAB. In foliis dejectis. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 994, pro parte, et 996.

427. M. (Collybia) RUGATUS M., — l. c., n° 301. — cantharelliformis, holophæus; pileo carnosulo convexo obtuse umbonato margine involuto; stipite fistuloso striato-sulcato sursum in pileum dilatato basi rhizomorphea radicante; lamellis crassis plicæformibus inæqualibus in stipitem subdecurrentibus.

HAB. Gregarius ad ligna putrida. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 969.

428. M. (Collybia) HOLOPHÆUS M., — l. c., n° 303. — unicolor, brunneus; pileo membranaceo convexo mox explanato ad marginem usque involutum radiatim striato; stipite glabro nudo fistuloso æquali basi decumbente; lamellis subdistantibus angustis utroque fine attenuatis a stipite subremotis.

HAB. In foliis delapsis. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 987.

429. M. (Collybia) RUBRICOSUS M., — l. c., n° 304. — pileo carnoso-membranaceo convexo-hemisphærico rubricoso, centro umbonato, margine primo involuto tenuissime plicato-striatulo; stipite longo etiam striatulo torto glabro badio nitido, basi radiatim fibroso-strigosa affixo; lamellis confertis tridymis attenuatis, primitus pallidis, siccitate umbrinis secedenti-liberis.

HAB. Ad ramulos, folia et quisquilia in sylvis. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1024.

430. M. (Collybia) PLECTOPHYLLUS M., — l., c. n° 305, t. 11, f. 2. — gregarius; pileo membranaceo convexo-hemisphærico mox explanato, e centro depresso ad marginem usque striatulo, ex albo-rubello ad griseo-vinosum colore vario; stipite valido fistuloso apice incrassato basi subbulbosa farinosa affixo; lamellis tridymis angustis, longioribus adnexis reticulatim conjunctis subdædaloideis concoloribus; sporis exiguis globosis albis.

Hab. Ad ramos et folia in sylvis jugi Montabo. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n^os^ 1045-1048.

431. M. (Collybia) actinopus M., — l. c., n° 306. — erumpens, gregarius; pileo minuto e carnoso membranaceo convexo centro umbonato, margine striatulo (in sicco) involuto e rubro fusco; stipite gracili longo fistuloso siccitate compresso fuligineo glaberrimo basi floccosa radiante instructo; lamellis pallidis lineari-attenuatis.

Hab. E ramellis erumpens. Cayenna : Leprieur.

432. M. (Collybia) congregatus M., — l. c., n° 37. — subfasciculatis; pileo membranaceo convexo-hemisphærico tandem expanso tenuissime plicato-venuloso albo-fuscescente; stipite fistuloso lævi basi fulvo-lanato; lamellis paucis angustissimis inæqualibus pallidis interruptis utrinque acutis vix attingentibus.

Hab. In ligno putrido. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1081.

433. M. (Mycena) polycladus M., — *Guy.*, n° 308. — erumpens; pileo membranaceo hemisphærico umbilicato centro mamillato glabro e fusco purpureo plicato-striato; stipite corneo spadiceo-nigro nitido fistuloso ramosissimo glaberrimoque; lamellis fuscis simplicibus convexis adnatis.

Hab. Ramos arborum sylvula stipitum prolifero-ramosorum ambiens. Cayenna : Leprieur.

434. M. (Mycena) longipes M., — l. c., n° 309, — validus; pileo membranaceo convexo-campanulato centro lævi depresso, margine dense striato vaccino nudo; stipite corneo longo striatulo torto intus cavo basi dilatata tuberculoso, apice dilatato, sicco fragili, madido elastico; lamellis tetradymis obscurioribus flexuoso-undulatis angustis, longioribus subdecurrentibus.

Hab. In foliis putridis. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 973.

435. M. (Mycena) guyanensis M., — l. c., n° 310, t. 11, f. 5. — pileo hemisphærico, mox expanso membranaceo tenuissimo, umbrino, radiatim plicatulo, margine lamellis prosilientibus denticulato; stipite capillari striatulo basi floccosa insititio cæterum glaberrimo; lamellis 8-12 angustissimis convexulis utrinque attenuatis pallidis stipitem haud attingentibus.

Hab. Ad folia putrida in sylvis. Cayenna, augusto : Leprieur, *Coll.* n° 995.

436. M. (Mycena) rubellus M.,— l. c., n° 311,t. 11, f. 6.— gregarius; pileo membranaceo convexo umbilicato, tandem explanato rubente floccoso-sericello, margine exsiccatione vix striatulo; stipite insititio spongioso-farcto fuscescente, pilis albis fasciculatis villoso; lamellis tridymis postice latioribus antice attenuatis stipite dente adnatis concoloribusque.

Hab. In foliis dejectis sylv. umbr. Cayennæ, imprimis ad radices Montabo : Leprieur, *Coll.* n° 993, c. icone.

437. M. (Mycena) gamophyllus M., — l. c., n° 312. — epiphyllus; pileo convexo demum applanato radiato-striato cum stipite longo gracili pleno æquali albo-velutino basi fibrilloso radicato concoloribus fuliginosis; lamellis angustis ochraceo-pallidis adnexis connato-reticulatis.

Hab. Ad folia. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 997.

438. M. (Mycena) tessellatus M., — l. c., n° 312 bis. — albus; pileo membranaceo convexo dein expanso centro profunde umbilicato radiato-striatulo reticulato-tessellato; stipite brevi sursum dilatato deorsum attenuato insititio solido; lamellis confertis tri-tetradymis angustissimis utrinque attenuatis venis crebris transversalibus conjunctis.

Hab. Ad ligna denudata in sylvis. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1044.

439. M. (Mycena) stenophyllus M., — l. c., n° 313. — pileo membranaceo tenerrimo convexo-plano pallido lævi, sicco radiato-venoso; stipite brevi basi insititio fusco apice pallescente glabro opaco; lamellis paucis initio angustissimis subramosis aut marginem versus reticulatis.

Hab. Ad cortices. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1029.

440. M. (Mycena) niveus. M., — l. c., n° 314. — pileo membranaceo campanulato-expanso tandem applanato niveo, a centro striato stipiteque longiusculo cinereo-fuscescente lævi basi fibroso-radiato affixo glaberrimis; lamellis tetradymis angustissime lanceolatis haud attingentibus pileo concoloribus.

Hab. Ad lignum. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1038.

441. M. (Mycena) DECURRENS M., — l. c., n° 320. — pileo membranaceo e convexo applanato tandem umbilicato subumbelliformi pallido striato; stipite corneo setiformi farcto umbrino basi dilatata fulva affixo; lamellis distantibus semilanceolatis longe decurrentibus pallidis.

HAB. Ad cortices et folia. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 984.

442. M. (Mycena) POLYGRAMMUS M., — l. c., n° 321. — unicolor; pileo membranaceo campanulato radiatim multistriato, glaberrimo, margine expanso, sicco ferrugineo; stipite æquali rufo-velutino glabrescente fistuloso; lamellis angustissimis adnexis haud anastomosantibus albis.

HAB. In sylvis. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1039.

† 443. M. (Mycena) CUCURBITULA M. mss. : cæspitosus; pileo carnosulo-membranaceo convexo-campanulato, centro umbonato, margine strangulato revoluto e carneo lutescente, sicco badio-fusco; stipite *cartilagineo rigido concolori fistuloso apice basique incrassato glabro*; lamellis confertis inæqualibus angustis attenuato-adnexis acie obtusis pallidis.

HAB. In ligno terra defosso, aprili-julio. Columbus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 62.

DESC. Cæspitosus, nempe plures individui stipitibus connatis juncti. Pileus carnosulo-membranaceus, convexus, hemisphæricus, depresso-campanulatus, cucurbitulam exacte referens, 4-6 centim. latus, 2 1/2 centim. altus, centro umbonatus, paulo supra marginem in vivo patentem, in sicco, ut in *Agarico marginato* BATSCH, t. 207 c et d omnibus videre fas est, semper eleganter revolutum (*retroussé*), leviter constrictus, e carneo-luteo rubescens lævis, præ dessiccatione dimidia ex parte reductus. Stipes pro ratione sat longus, 5-8 centim. longitudine, 2-3 millim. medio — 5-7 millim. præsertim basin versus metiens, cartilagineus, glaber, siccitate striatus contortusque, intus totus fistulosus et pileo concolor, at inferne colore rubro saturiori tinctus. Lamellæ pallidæ, polydymæ, confertæ, angustissimæ, vix millimetrum latæ, longiores stipiti attenuato-adnexæ, acie obtusæ.

OBS. Nullo congenerum, nec *M. erythropo* affinis. Ab omnibus *Agarici dryophili* formis umbone pilei et lamellis angustissimis distinctissimus.

† 444. M. (Mycena) MACRORRHIZUS M. mss. : pileo membranaceo e convexo planiusculo rubricoso, e centro lævi ad marginem patentem striatulo; stipite procero fistuloso longissime radicato velutino-pruinato rubro-spadiceo; lamellis distantibus undulatis albis attenuato-adnexis.

HAB. Ad lignum putridum fere consumptum, julio. Columbus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 67.

DESC. Pileus tenuiter membranaceus, convexus, margine striatulo mox explanatus, rubricosus, centro lævi intensius coloratus, diametro sesquicentimetrum superans. Stipes corneo-cartilagineus, primo pileo concolor, exsiccatione spadiceus, cum radice centimetro longior, chordam fidium majorem crassus, totus fistulosus, et extus pruina velutina brunnea coopertus. Radix attenuata, 3-4 centim. longa, undique fibrillas emittens et lignum putridum intrans. Lamellæ subdistantes, convexæ, albæ, postice attenuato-adnexæ, antice rotundæ, undulatæ.

OBS. Ut ut hæc species cum nonnullis Marasmiis hujusce secundæ sectionis affinitate quadam gaudeat, ab omnibus tamen radice longa in lignum alte penetrante satis distare videtur.

† 445. M. (Mycena) LEUCOCEPHALUS M. mss. : subgregarius; pileo membranaceo e convexo plano tandem umbilicato margine lævi, sicco striato, candido; stipite cartilagineo e farcto cavo floccoso-velutino apice albo basi insititia furfuraceo; lamellis tetradymis ventricosis attenuato-decurrentibus.

HAB. Ad stipites dejectos. Columbus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 167.

DESC. Pileus membranaceus, initio convexus, mox explanatus, centro depressus, tandem infundibuliformis, candidus, 6-15 millim. latus, dum vivit lævis, exsiccatus margine tantum striatulus. Stipes cartilagineo-corticatus, intus spongioso-farctus cavus, sursum pallidus, deorsum fuscescens, e floccis fulvellis villoso-pruinosus, basi discoidea insititius, 2-3 centim. longus, millimetrum crassus, siccitate tortilis, compressus striatusque. Lamellæ tetradymæ, antice angustæ obtusæ, postice latiores sinuato-adnatæ longe decurrentes, pileo concolores, 1/10 millim. medio crassæ, in sicco rufescentes. Trama floccosa. Sporæ albæ, globosæ, hyalinæ, diametro $0^{mm},003$ æquantes.

OBS. Sæpe individua 2 ad 4 basi juncta. *M. simili* BERK., proximus, noster stipite pulverulento, pileo, lamellis confertis revera distinctus et legitimus.

† 446. M. (Mycena) SULLIVANTII M. mss. : pileo carnosulo membranaceo e convexo miniato-crocato, centro subumbilicato lævi, margine striatulo; stipite cartilagineo fistuloso æquali umbrino siccitate sub pruina nitidulo, basi vix albo-striguloso; lamellis liberis albis acie crassis; sporis albis sphæricis.

HAB. Ad terram inter muscos. Columbus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 174.

DESC. Pileus carnosulo-membranaceus, convexus, 2 centim. latus, centro in sicco saltem depresso-umbilicatus corrugatusque, margine striatus miniato-croceus. Stipes cartilagineus, rigidus, fistulosus, apice contorto striatus, basi lævisculus, vix mycelio residuo fibrillosus, pruinaque obtectus, derasa nitidulus, umbrinus, deorsum magis fuscescens. Lamellæ di-tridymæ crassiusculæ, albæ aut pallidæ (icon vero eas purpurascentes repræsentat) rotundato-appressæ, sesquimillimetrum latæ, antice attenuatæ, sporæ albæ, sphæricæ, centimillimetrum diametro æquantes.

† 447. M. (Mycena) RIGIDUS M. mss. : pileo carnosulo convexo umbilicato margine striato purpurascente, sicco rigido helvelloideo-deflexo et obscure castaneo lævi; stipite cartilagineo badio fistuloso undique pallido-villosulo basi incrassato floccoso-spongioso; lamellis lanceolatis angustis confertis pallidis subdecurrentibus; sporis globosis hyalinis.

HAB. Ad folia quercina dejecta et lignum. Columbus : SULLIVANT, *Icon.*, n^{os} 150 et 144.

DESC. Pileus carnosulus, convexus, umbonatus, dein explanatus, tandem cyathiformi-reflexus, purpurascenti-hepaticus, margine striatus, cæterum lævis, 2 centim. latus, 6-10 millim. altus, siccus rigidus, fragilis, deflexo-helvelloideus, tum triqueter, tum ephippioides, intense castaneus. Stipes cartilagineus, fistulosus, fuscus, basi incrassata insititia floccoso-spongiosa foliis delapsis affixus, inde vero ad apicem usque strato pallido villoso tectus, 5 centim. longus, ½-2 millim. crassus. Lamellæ tetradymæ, lineari-lanceolatæ, angustæ, albæ, in sicco pallide helvolæ, pro ratione sat crassæ, subceraceæ, postice attenuato-affixæ, in individuis reflexis subdecurrentes. Sporæ albæ, hyalinæ, globosæ.

OBS. A. *M. castaneo* affini satis differt hæc species pileo carnosulo fragili lamellisque confertis et albis. Villositas quæ stipitem ejus obducit, quamdam affert similitudinem inter eam et *M. spongiosum* BERK., at omnibus aliis numeris ab eo distinctissimus fungus.

448. Heliomyces? brevipes M., — *Cent.* VI, n° 7. — pileo explanato latissimo superne floccoso-rugoso cum stipite brevi cylindrico lamellisque tenuissimis angustissimis confertis integris, albis.

Hab. In ligno emortuo. Taiti : J. Lépine.

449. Lentinus omphalomorphus M., — *Cent.* I, n° 59, sub *Agarico.* —pileo subcarnoso lento plano profunde umbilicato furfuraceo squammuloso ochraceo-fulvo; stipite solido brevi radicato fusco-ferrugineo; lamellis obconico-decurrentibus integerrimis flavidis, paucis dimidiatis.

Hab. Ad viarum margines locis herbidis et ad muros; Rancagua, Chile : Bertero.

Syn. *Agaricus omphalomorphus* Bert. et M., l. c. — *Lentinus furfurosus* Fries, *Epicr.*, 1, p. 400.

450. L. squarrosulus M., — *Nilgh.*, n° 138. — cæspitosus, unicolor; pileo membranaceo coriaceo tenui infundibuliformi albido, squamis raris acutis recurvis adsperso, margine involuto; stipite solido lignoso furfuroso-glabrescente; lamellis tenuissimis confertissimis dichotomis decurrentibus integerrimis concoloribus.

Hab. Ad truncos emortuos in montibus nilgheriensibus : Perrottet.

451. L. Monardianus DR. et M.,—*Cent.* V, n° 83, et *Fl. Alg., ined. Atl.*, t. 20, f. 2. — fasciculatus, lignosus; pileo suberoso crasso orbiculari convexo margine tenuescente involuto tessellato alutaceo; stipite concolori basi incrassato-bulboso, squamis reflexis fuscescentibus tigrino; lamellis tridymis angustis pallescenti-cinnamomeis decurrentibus acie denticulatis.

Hab. Ad trabes in nosocomio militari urbis Alger : fratres Monard.

Desc. Individua terna stipitibus deorsum coalita simulque basi lignosa obconica lignum cariosum seu matricem intrantia. Stipes centralis, 5-6 centim. longus, superne 5-7 millim. crassus, basi subbulbosa 2 centim. diametro superans, interdum curvatus, pallidus alutaceusve, totus squamis inæqualibus obliquis aut transversis, reflexis superioribus crassioribus, inferioribus sensim minoribus confertioribusque fuscescentibus variegatus. Pileus suberosus, concolor, orbicularis, convexus, in junioribus subglobosus, diametro 25 millim. metiens, ut in *L. velutino* involutus, glaber, vix lineolis obscurioribus

subreticulatus, areolis irregularibus. Lamellæ angustæ, inæquales, tridymæ, longiores utroque fine attenuatæ, medio 2 millim. latæ, in stipite sursum leniter dilatato alte angustissimeque decurrentes, margine denticulatæ, colore fulvo-cinereo, quem vernacule *café au lait* nuncupamus, insignes. Sporæ..... — Cum nullo confundendus.

452. L. LEPRIEURII M., — *Guy.*, n° 324. — parvulus; pileo papyraceo-coriaceo convexo, centro umbilicato fusco, pilis fasciculatis brevissimis deciduis toto obtecto; stipite farcto villoso lamellisque angustissimis integris dimidiatisque albo-pruinosis concoloribus in stipitem breviter decurrentibus.

HAB. In ligno ad carbonem adusto in sylvis guyanensibus : LEPRIEUR, *Coll.* n° 974.

DESC. Totus fungus fuscus, demum canescens, sesquicentimetrum altus. Pileus centimetrum et quod excedit latus, convexus, subinfundibuliformis, ambitu regulari ciliatus, pilis obtectus brevissimis fasciculatis, tam densis ut fungus tomentoso-velutinus appareat. Stipes centralis, centimetrum longus, millim. crassus, solidus, iisdem pilis vestitus, basi mycelio floccoso parco carbonibus affixus. Lamellæ integræ aut dimidiatæ angustissimæ, utrinque attenuatæ, acie integerrimæ, in sicco pruina alba adspersæ.

OBS. *Lentino velutino* FRIES proxima hæc species differt statura, habitatione aliisque characteribus. A *L. fulvo* pileo margine haud striato distinguenda.

* L. VELUTINUS Fries. — MONTAG., *Cuba*, p. 416, t. 18, f. 3.

453. L. TEPHROLEUCUS M., — *in* MIQ. *Fung. Surin. Tidjschr.* etc., *Deel.* IV, *Bladj.* 203. — pusillus; pileo coriaceo tenui infundibuliformi pervio margine revoluto stipiteque gracillimo fragili cavo griseo-villosis, villo caduco vel secedente; lamellis subconfertis angustis pallidis lineatim decurrentibus inæqualibus, acie tenui integris.

HAB. In ramis arborum. Surinam : FOCKE ; HB. MIQUEL.

454. L. GLABRATUS M., — *Cuba*, p. 424. — unicolor, pallidus; pileo carnoso-coriaceo rigido hemisphærico umbilicato glabro concentrice ruguloso, margine demisso subinvoluto, pilis fulvis hirto; stipite excentrico brevi solido glabro, basi attenuata scutatim affixo; lamellis subcon-

fertis decurrentibus polydymis angustis venoso-connexis acie dentato-laceris utrinque pulverulentis concoloribus.

Hab. Ad ligna et cortices in Cuba : Ramon de la Sagra.

455. L. eugrammus M., — *Cuba*, p. 414, t. 17, f. 2. — sessilis, imbricatus; pileis coriaceo-membranaceis tenacibus dimidiatis reniformibus tenuiter et radiatim lineatis pallidis, margine expanso tandem flabelliformi-ovato; lamellis tetradymis convexis integris concoloribus mox rufescentibus utrinque acutis.

Hab. Ad cortices arborum in Cuba insula : Ramon de la Sagra. — Fries, *Epicr.*, I, p. 396.

456. L. Delastrii M., — *Cent.* V, n° 84. — pileo sessili tenui lento elongato spathulato fusco undique margineque fibrilloso-setoso, lamellis confertis rufescentibus acie denticulatis.

Hab. Ad caudicem quercinum in agro pictaviensi : Delastre.

† 457. L. Sullivantii M. mss. : maximus, helvolus vel fulvo-lutescens; pileo coriaceo amplo subinfundibuliformi, fibris fasciculatis erectis obtecto, margine repando reflexo submudo; stipite solido lignoso crasso flexuoso apice crassescente, pilis brevibus densissimis hirto; lamellis polydymis decurrentibus pro ratione angustis pileo stipitique concoloribus acie integris.

Hab. Ad truncos putridos in sylvis circa Columbum, provinciæ Ohio in America boreali : Sullivant, qui mecum hanc speciem magnificam cum icone eximia communicavit, et cujus nomine ornatam volui. — *Icon.*, n° 179.

Desc. Fungus maximus, splendidus, unicolor, tubæformis, fulvus. Pileus coriaceus, 18-24 centim. diametro adæquans, centro depresso subinfundibuliformis, margine repando reflexus, setis fasciculatis brevissimis erectis hirsutus, siccus corrugatus. Stipes lignosus, durissimus, solidus (!), 22 ad 24 centim. longus, 3 centim. crassus, flexuosus, a basi trabibus affixa sensim ad apicem incrassatus et in pileum dilatatus, totus pilis brevibus densissimis hirtus. Lamellæ polydymæ, angustæ, 4-5 millim. ad summum latæ, integerrimæ, longiores in stipitem longe decurrentes, concolores. Cum nullo *Lentino* comparandus. Species vere gigantea.

† 458. L. Robinsonii M. mss. : pileo tenuissimo carnoso initio tubiformi tandem cyathiformi, margine involuto, sicco rufo-vaccino fragilissimo lævi glaberrimo; stipite centrali farcto basi incrassato floccoso pallidiori; lamellis confertissimis linearibus longissime decurrentibus integris concoloribus.

Hab. In solo humoso sylvarum. Columbus : Sullivant. *Icon.*, n° 159 bis.

Desc. Pileus carnoso-membranaceus, tenuissimus, initio convexo-umbilicatus aut tubiformis, mox profunde cyathiformis, margine involutus, omnino lævis, glaberrimus, forsan junior et dum vivit alutaceus, 5 centim. latus, 2-3 centim. altus, siccus rufus vaccinusve et fragillimus. Stipes fibroso-carnosus, sursum in pileum dilatatus, e farcto cavus, deorsum durus, solidus et incrassatus, solo e terra et foliis putredine consumptis composito insertus, floccosus, 5 centim. longus, 3-4 millim. medio crassus. Lamellæ polydymæ, confertissimæ, angustissimæ, vix millimetrum latæ, pallidæ, utrinque attenuatæ, stipiti longissime decurrentes, integerrimæ.

Obs. *L. exili* Klotzsch proxima species. Differt autem ab eodem stipite brevi, glabro, lamellarum colore, etc.

459. Panus Leprieurii M., — *Guy.*, n° 326. — erumpens; pileo convexo-plano lævi cervino coriaceo lento, sicco fragili, margine initio involuto; stipite subexcentrico corneo longiusculo glabro apice striatulo deorsum tandem eroso-squamoso, basi subincurva dilatato pallido; lamellis postice rotundis et a stipite secedenti-subremotis simulque concretis sensim ad marginem attenuatis carneo-pallidis.

Hab. In ligno. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 980.

† 460. P. Lamyanus M. mss. : pileo carnoso-coriaceo orbiculari margine inflexo stipiteque centrali fulvo-umbrinis pilisque fasciculatis hirtis; lamellis angustis crassis inæqualibus, longioribus furcatis decurrentibus.

Hab. Ad truncum Quercus, autumno. Lemovices : Lamy.

Desc. Species parvula, insignis. Pileus hemisphæricus, margine inflexo initio subglobosus, 7 ad 20 millim. latus, pilis fasciculatis helvolis centro rarioribus vestitus. Stipes centralis, concolor, 1-2 centim. longus, 2-3 millim. crassus ad apicem usque setoso-hirtus, deorsum

attenuatus. Lamellæ in sicco fulvæ, angustæ, inæquales, acie obtusæ, longiores determinate decurrentes, sub lente puberulæ.

Obs. Solo *Pano hirto* Fr. comparandus, a quo exiguitate pilei, ut et a *P. dorsali* forma, ab utroque stipite centrali, etc. clare differt.

461. P. CANTHARELLOIDES M., — *Guy.*, n° 325. — pileo coriaceo lento griseo-umbrino tandem vaccino ambitu varie lobato, lobis subzonatis tenuissime striatulis, centro umbilicato; stipite lignoso glabro subexcentrico basi disciformi adnato; lamellis confertissimis dichotomo-ramosis acie obtusis omnium angustissimis subplicæformibus breviter decurrentibus.

Hab. Ad ligna. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1041.

462. P. RUBICUNDUS M., — l. c., n° 327. — ruber; pileo carnoso lento crasso excentrico, margine tenuescente tandem lobato-fisso; stipite brevi crasso sublaterali; lamellis latis inæqualibus concoloribus (?) stipiti decurrenti-affixis, antice venoso-connexis.

Hab. Ad ligna. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1061.

463. P. HYGROPHANUS M., — l. c., n° 328. — horizontalis, ochroleucus; pileo coriaceo-membranaceo initio reniformi mox semiorbiculari-flabellato, ambitu hygrophano sublobato stipiteque laterali vel excentrico brevi glaberrimis; lamellis distantibus albis fuscescentibus dichotomis inæqualibus decurrentibus, marginem versus pilei attenuatis, acie integris.

Hab. In ligno putrido. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1016.

464. P. BICOLOR M., — l. c., n° 329. — pileo coriaceo tenui semiorbiculari lurido vel umbrino-cervino supra glabro radioso-lineolato; stipite laterali complanato longiusculo basi strigoso-radiante; lamellis angustis inæqualibus confertis decurrentibus atris! acie obtusæ.

Hab. Ad ligna denudata. Cayenna : Leprieur, *Coll.*, n° 957.

465. P. GRANULATUS B. et M., — *Cent.* V, n° 82. — unicolor, croceo-ferrugineus, cæspitosus; pileo coriaceo semiorbiculato cum stipite porrecto brevi excentrico concolori-granulosis; lamellis subdeterminate liberis aut decurrentibus tenuibus tetradymis parce reticulato-connexis.

Hab. Ad *Salicis albæ* caudicem circa Perpinianum : Ipse ; prope Longovicum : Gouget.

466. P. Delastrii M., — *Cent.* I, n° 58, sub *Agarico*. — erumpens, resupinatus, coriaceus; pileis cæspitosis cyphelliformibus, e cinereo-umbrino nigricantibus, basi in stipite rufo-tomentoso attenuatis, margine inflexo; lamellis concurrentibus inæqualibus fusco-purpurascentibus integerrimis, acie albo-pruinosis.

Hab. Ad corticem *Populi albæ* in Gallia : Delastre. — Fries, *Epicr.*, I, p. 400.

† 467. P. Robinsonii B. et M. mss. : magnus, pallidus; pileo carnoso-coriaceo compacto convexo-explanato alutaceo rubedine tincto lævi; stipite subexcentrico crasso spongioso-farcto basi bulboso concolori glabro; lamellis subsimplicibus confertis tenuissimis longe decurrentibus.

Hab. In ligno putrido Quercus in sylvis, junio. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 55.

Desc. Pileus carnoso-coriaceus, lentus, in medio subumbonato (saltem in specimine exsiccato) crassus, attenuatus, primitus hemisphæricus, margine involutus, quod et in icone ad naturam picta et in exemplaribus siccis simul observare licet, tandem evolutione peracta totus explanatus, 7-9 centim. latus, glaber et lævis, alutaceus, ex icone hic et illic rubedine tinctus. Stipes subexcentricus, intus spongioso-farctus, subcellulosus, cæterum validus, 5-7 centim. altus, 7-12 millim. medio crassus, basi bulbosa in ligno decomposito adhærens, pileo concolor, lævis, in sicco subsulcatus. Lamellæ confertæ, omnes subsimplices, pallidæ, valde tenues, pro ratione angustæ, 1-2 millim. latæ, utrinque attenuatæ, stipite longe adnexo-decurrentes, sed haud inter sese anastomosantes.

Obs. Si verus Panus est, certe ab omnibus congeneribus distinctus. Cæterum in errorem quam maxime versantur, qui in hanc falsam opinionem adducuntur, characteres generum nonnullorum firmos nec interdum vacillantes aut ambiguos esse.

† 468. P. Sullivantii M. mss. : mesopus, cæspitosus; pileo carnoso hemisphærico glabro brunneo margine involuto; stipite subsolido lævi concolori basi incrassato; lamellis inæqualibus angustissimis integris subramosis determinate remotis albis.

Hab. In lignis putridis inter folia. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 128.

Desc. Pileus carnosus, centro 3 millim. crassus, initio ovoideus, tandem convexo-hemisphæricus, 2-3 centim. latus, 1 1/2-2 centim. altus, lævis, e rubro brunneus, margine tenuescente involutus. Stipes centralis, solidus, raro superne leniter excavatus, carnosus, siccus indurescens et striatus, pileo concolor, 3-8 centim. secundum ætatem longus, sursum 3-5 millim. — basi sensim incrassato-bulbosus centim. crassus, pluribus mycelio communi ligno conjunctim affixis. Lamellæ omnium angustissimæ, fere cantharelloideæ, vix semimillim. latæ, inæquales, subramosæ aut saltem simul connexæ, albæ, a stipite determinate remotæ et utroque fine acutæ. Sporæ globoso-oblongæ, albo-hyalinæ, diametro majori $0^{mm},0075$ metientes.

Obs. Species perelegans, a *P. troglodite* Fries, *Nov. Symb. Mycol.*, p. 123, tam defectu squamarum pilei et stipitis quam dispositione lamellarum haud attingentium valde diversa. Stipes centralis. Lamellæ plicæformes.

† 469. P. stipticus Bull. var. gutturosus M. mss. : cæspitosus; pileis carnosis semiorbiculatis, e luteo vel alutaceo purpurascentibus, cute unita glaberrima ; stipitibus lateralibus coalitis longis subtus dilatatis convexis gutturosis lamellisque brevibus angustis determinatis lutescentibus. Species, si non monstrosa, propria videtur.

Hab. Ad ligna. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 305.

† 470. P. arsenarius M. mss. : pileis imbricato-cæspitosis carnosis crassis ochroleucis spathulato-flabelliformibus, margine tenuescente laceris, basi in stipitem brevem subnullumve compressum attenuatis, supra glaberrimis (in sicco subfarinosis) radiatim lineolatis; lamellis polydymis angustis decurrentibus concoloribus, acie acuta integerrimis.

Hab. Supra radices *Iatrophæ Curcas* ad summam soli superficiem repentes in insula Sancti-Nicolai, Cap Vert : Bolle.

Desc. Pilei plures imbricati, a forma obovata spathulatave ad flabelliformem variantes, 5-9 centim. longi, 3-5 centim. lati, nisi ad insertionem ubi sunt brunnei, unicolores ochroleuci, antice tenuescentes et tandem lacero-laciniati, postice in stipitem 1-2 centim. longum, 8-10 millim. crassum (sæpe nullum) tereti-compressum,

glabrum attenuati. Lamellæ polydymæ, lineares, inferne in stipitem decurrentes, 2 millim. et quod excedit latæ, acie acutæ et integerrimæ. Trama fibrosa in hymenium $0^{mm},04$ crassum radians. Sporæ oblongæ, hyalinæ, albæ.

471. XEROTUS BERTERII M., — *Fl. J. Fern.*, n° 11, et *Fl. Chil.*, VII, p. 353. — gregarius; pileo sessili coriaceo-membranaceo glabro reniformi striato ferrugineo; lamellis latis repetito-dichotomis violaceis cinereo-pruinosis antice venoso-connexis.

HAB. Ad ramos dejectos in Juan Fernandez : BERTERO. — FRIES, *Epicr.*, I, p. 402.

472. X. PERROTTETII M., — *Fl. Chil.*, l. c., in observ. — pileo sessili semiorbiculari supra lateritio tenuissime granulato exstrio; lamellis angustissimis nigro-fuliginosis ambitu haud anastomosantibus.

HAB. Ad ramulos circa Ootacamund in montibus nilgheriensibus : PERROTTET.

SYN. *Xerotus Berterii* M.; *Nilgh.*, n° 141, at diversus.

473. X. DISCOLOR M., — l. c., t. 7, f. 3. — conchiformis; pileo fulvo semiorbiculato convexo ruguloso, margine demisso sinuato crenato vix striatulo; lamellis inæqualibus e puncto radiantibus ventricosis flexuosis umbrino-fuscis.

HAB. In provinciis meridionalibus Chiles : CL. GAY.

474. LENZITES MEXICANA M., — *Cent.* IV, n° 78. — pileo coriaceo obsolete integro, supra umbrino-cinerascente umbilicato, tomento striguloso in zonas concentricas scruposas sulcis depressis sejunctas contexto vestito, margine demisso acuto; stipite verticali crasso brevi subexcentrico; lamellis radiantibus dichotomis anastomosantibus umbrino-fuscescentibus acie acutis lacero-dentatis ad marginem usque productis.

HAB. In provincia Oaxaca regni mexicani, ad ligna : ANDRIEUX.

* LENZITES REPANDA FRIES. — Vid. *Dædalea*, infra.

XV. HYMENOGRAMME B. et M.

Hymenium lamellosum. Lamellæ confertæ, omnium tenuissimæ et angustissimæ, vix nisi oculo armato conspicuæ, lon-

gitrorsum flexuoso-parallelæ, sæpissime furcatæ at inde spurie canaliculatæ, juncturis obliquis aut transversis anastomosantes, niveo-farinosæ. Fungus lignatilis Lenziti affinis.

475. H. JAVENSIS B. et M. — *in* BERK., *Dec.* II, n° 11, t. 14, f. 1, *Lond. Journ. of Bot.*, *July* 1844, p. 330. — Characteres iidem ac generis.

HAB. Ad lignum denudatum in insula Java : ZOLLINGER, n° 969.

ORDO II. POLYPOREI.

476. BOLETUS PREAUXII M., — *Canar.*, p. 75, t. 4, f. 1. — pileo convexo hemisphærico obtuso rugoso vivide rubro-sanguineo; stipite firmo subsulcato basi incrassato viridescenti; tubulis adnatis amplis luteis rubro-punctatis.

HAB. Prope radices *Ericæ arboreæ* in Gomera : DESPRÉAUX.

† 477. B. SULLIVANTII B. et M. mss. : pileo hemisphærico glabro e rubro-fulvo brunneo, sicco fuscescente tessellato-rimoso; stipite mediocri solido basi incrassata violascente apice rubro-reticulato in pileum dilatato; tubulis mediocribus angulatis liberis convexis ad marginem longioribus, ore rubellis.

HAB. Ad terram compactam, julio. Columbus : SULLIVANT, *Icon.*, n° 107.

DESC. Pileus hemisphæricus, 5 centim. altus, 8-10 centim. diametro adæquans, glaber, in vivo, si fidem iconi adhibere liceat, e luteo-rubro fulvescens, siccus fuscescens, centro 1 1/2 centim. crassus, margine demisso attenuato. Stipes solidus, 4-7 centim. longus, 1 1/2 millim. medio crassus, basi violaceus incrassatus, apice in pileum dilatatus et reticulo regulari sanguineo notatus. Tubuli determinate a stipite 5 millim. remoti, postice abbreviati et obliqui sensim vero longiores quo magis ad marginem accedunt, cæterum convexi, oblongo-angulati et valde irregulares, millim. et sesquimillim. lati, ore rubentes. Sporæ ochraceo-pallidæ, sub microscopio albæ, pellucidæ, oblongo-fusiformes, 1-2 centimillim. longæ.

OBS. Inter *B. scabrum* et *B. edulem* locandus. A priori autem stipite reticulato, a posteriori vero tubulis amplioribus, ab utroque tandem strato pororum a stipite remoto.

POLYPORUS FRIES, Syst. Myc.

A. Eupolyporus M.

† 478. Polyporus (Ovinus) nanus DR. et M., — *Fl. Alg. ined.* — mesopus, parvulus, carnoso-lignosus; pileo convexo-hemisphærico glaberrimo ochraceo-pallescente; stipite brevi superne excavato basi incrassato-bulboso concolori nudo; poris pro ratione amplis ore obtuso albis.

Hab. In collibus siccis circa Mascara, arena sepultus : Durieu.

Desc. Totus fungus unicolor, fragilis, centimetro parum major. Pileus cum stipite lignosus, convexo-hemisphæricus, 10-12 millim. latus, vix centro depressus, glaberrimus, sordide albus ochraceusve, siccitate valde corrugatus, medio, ubi cum stipite confluit, crassior, sensim ad ambitum attenuatus et millim. haud superans. Margo demissus, tenuis quidem at non prorsus acutus, subinvolutus. Stipes longitudine latitudinem pilei metiens, medio millim. crassus, sursum in pileo dilatatus ibique longitrorsum excavatus, basi iterum in bulbum 5 millim. crassum dilatatus. Pori concolores, haud decurrentes, prope stipitem marginemque brevissimi, medio sesquimillimetrum longi, pro ratione ampli, semimillim. diametro adæquantes, intus oreque pallidi, dissepimentis mediocribus.

Obs. A *P. pachypode* M., *Cuba, Crypt. ed. fr.*, p. 421, stipite centrali, poris obtusis, haud denticulatis satis superque differt.

479. P. (Lentus) tricholoma M., — *Cent.* I, n° 53, et *Cuba*, p. 411, t. 17, f. 1. — mesopus; pileo coriaceo-membranaceo rigido, e convexo infundibuliformi azono lutescente, circa marginem brunneum pilis rigidis crinito; stipite tenuissimo glabro æquali fusco-luteo; poris angulatis tenuibus acutis pallide helvolis.

Hab. Ad ramos dejectos insulæ Cubæ : Ramon de la Sagra. — Fries, *Epicr.*, I, p. 431.

480. P. (Lentus) guyanensis M., — *Cent.* II, n° 10. — mesopus; pileo membranaceo-coriaceo umbilicato vel infundibuliformi cervino, radiatim striatulo azono glabro; stipite badio nigricante gracili striato velutino demum nudo; poris amplis, mediis profundis et elongatis, cæteris irregularibus angulatis, acie tenui dentato-laceris, pileo subconcoloribus.

Hab. In monte *Tigre* Cayennæ, ad truncos putridos : Leprieur, *Coll.* n° 1067.

481. P. (Lentus) pachypus M., — *Cuba*, p. 421. — cæspitosus; pileo carnoso coriaceo inæqualiter orbiculato brunneo (?); stipite brevi excentrico crasso porisque membranaceis inæqualibus, aliis decurrentibus amplis hexagono-oblongis, aliis marginalibus minoribus subrotundis albidis, dissepimentis acutis dentatisque.

Hab. In ligno emortuo. Cuba : Ramon de la Sagra. — Denuo inquirendus.

† 482. P. (Lentus) trachypus B. et M. mss : mesopus, parvus; pileo coriaceo tenui convexo glabro rigido fulvo-rufescente azono, centro umbilicato, margine repando expanso undulato; stipite crasso solido flexuoso rugoso acanthophoro nigrescente velutino; poris tetrahexagonis minutis pallidis brevissimis elongato-decurrentibus.

Hab. Ad truncos dejectos, julio. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 76.

Desc. Pileus coriaceus, tenuis, siccus rigidus et fragilis, convexo-expansus, centro umbonatus, ambitu repando undulatus, e fulvo rufescens, in sicco badius, contorto-involutus, 3-4 centim. latus, glaberrimus, azonus, at lineolis radiantibus obscurioribus notatus. Stipes centralis, 2-3 centim. longus, 3-5 millim. crassus, flexuosus, hinc inde aculeos acutos proferens, pube brevissima velutinus, nigrescens, intus pallidus, apice dilatato excavatus. Pori superficiales, pallidi, 4-6goni, minuti, oculo nudo vix conspicui, majores diametro decimillimetrum æquantes, dissepimentis tenuibus, obtusis, ore integri, in stipitem, ubi elongati et angustiores fiunt, decurrentes.

Obs. Inter *P. leptocephalum* et *P. flexipedem*, a quibus stipite aculeato differt, collocandus.

† 483. P. (Lentus) phæoxanthus B. et M. mss. : mesopus; pileo carnoso convexo hemisphærico badio-brunneo glabro, carne stipiteque tereti solido basi floccoso luteis! poris brevissimis minutis ore crassis flavis a stipite remotis.

Hab. Ad lignum quercinum dejectum. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 149.

Desc. Pileus carnosus, convexus, subhemisphæricus, badio-brunneus, intus luteus, vivus 5 millim.—exsiccatione vix millim. crassitudine æquans, 2 centim. latus, lævis et glaber. Stipes etiam carnosus,

concolor, solidus, 4 centim. longus, 3 millim. crassus, basi floccosa affixus. Pori haud decurrentes, minutissimi brevissimique, ore obtusi, lutei, dissepimentis crassis.

Obs. *Polyporo fascidulo* Schrad. noster affinis, ab eo differt pileo carnoso, aliter colorato, stipite centrali, carne lutea et crassa.

484. P. (Spongiosus) megaloporus M., — *Guy.*, n° 339. — pleuropus; pileo subsemiorbiculari coriaceo tenui plano radiato-striolato fusco-nigrescente glabro, margine repando incurvo; stipite brevi crasso; poris maximis radianti-elongatis decurrentibus concoloribus acie acutis lacerisque.

Hab. Ad cortices arborum. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 958 bis.

485. P. (Melanopus) Leprieurii M., — *Cent.* II, n° 13, t. 6, f. 1. — pileo coriaceo-membranaceo lento reniformi plano cinnamomeo, humido fuligineo, margine undato-lobato glabro nitente; stipite laterali brevissimo ferme nigro basi scutato-dilatato; contextu porisque brevissimis minutissimis angulatis ore planis fuligineo-cinnamomeis.

Hab. In lignum cariosum, in sylvis Cayennæ : Leprieur, *Coll.* n°s 531, 954, 955. — M., *Guy.*, n° 340.

486. P. (Melanopus) dictyopus M., — *Fl. J. Fern.*, n° 14, et *Fl. Chil.*, VII, p. 356. — pileo e carnoso coriaceo rigido tenui lævi glaberrimo badio; stipite laterali lævi crasso glabro reticulato-rugoso spadiceo-nigro; poris minutis subrotundis acutis obtusisve integerrimis pallidis.

Hab. Ad truncos emortuos in Juan Fernandez : Bertero. — Fries, *Epicr.*, I, p. 440.

487. P. (Melanopus) Blanchetianus B. et M., — *Cent.* VI, n° 64. — pileo reniformi rigido supra castaneo, ambitu repando-lobato stipiteque laterali tereti nigro plus minus longo horizontalibus; poris brevissimis minutis subangulatis obtusis fuliginosis.

Hab. Ad truncos et ramos. Bahia Brasiliæ : Blanchet.

488. P. (Petaloides) tephromelas M., — *Cent.* II, n° 12. — pileo coriaceo lento subreniformi plano margine demisso azono lurido-griseo; stipite laterali mediocri horizontali basi dilatato-scutato atro cinereo-pruinato; poris brevibus angulatis integris fuliginosis, dissepimentis tenuibus.

Hab. In ramis dejectis circa Cayennam : Leprieur.

489. P. (Petaloides) MULTIFORMIS M., — *Guy.*, n° 344. — parvulus; pileo coriaceo subdimidiato polymorpho reniformi-spathulato, cochleariformi, supra rufo-vaccino, zonis angustissimis concentricis nigris notato fibrillisque ad ambitum usque crenatum radiantibus, subtus umbrino; stipite laterali e tomentoso scruposo-tuberculoso inæquali concolori; poris minimis e rotundo angulatis ore farinosis in stipite longe decurrentibus; contextu rhabarbarino, strato intermedio nigro.

HAB. Ad terram in Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* n° 939.

490. P. (Petaloides) ANISOPORUS DEL. et M., — *Cent.* V, n° 86. — pileo semi-orbiculari postice stipitiformi-attenuato porrecto tenui margine sterili deflexo cervino-fuscescente subglabro azono; poris concoloribus inæqualibus longis angulatis, ore attenuato-subdenticulatis.

HAB. Ad ligna cariosa circa Laudunum Galliæ : DELASTRE.

491. P. (Petaloides) TRISTICULUS M., — *Guy.*, n° 361. — pleuropus; pileo suborbiculari plano nigrescente, supra rivuloso glabro, postice utrinque emarginato cum stipite brevissimo confluenti; poris mediocribus concoloribus irregulariter angulatis, in stipitem decurrentibus, dissepimentis tenuibus acutis.

HAB. Cayenna : LEPRIEUR. — An hic recte locatus incertum.

492. P. (Fomentarius) OCHROLACCATUS M., — *Cent.* III, n° 42. — pileo sessili suberoso lignoso hemisphærico-pulvinato subungulato, crustaceo-laccato luteolo, concentrice sulcato, margine obtusissimo crasso, subtus planissimo; contextu spadiceo, humecto nigricante; poris mediocribus longis intus pallidis, ore obtuso materie laccata ochracea illitis, dissepimentis crassis.

HAB. Ad truncos, Ins. Philippinæ : CUMING. — FRIES, *Nov. Symb. Mycol.*, p. 48.

493. P. (Fomentarius) MULTIPLICATUS M., — *Guy.*, n° 357. — apus; pileo dimidiato sessili amplo convexo, sulcis confertis concentricis notato, glabro laccato fusco-badio, primitus rubiginoso; hymenophori subtenuis contextu badio; poris tenuissimis longissimis cinnamomeis, ore obtusis.

HAB. Ad truncos. Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* n° 867.

494. P. (Fomentarius) HETEROPORUS M., — *Cent.* II, n° 95. — dimi-

diatus, scutato-vel umbonato-affixus; pileo tenui coriaceo-suberoso pulvinato concentrice zonato, e cinereo umbrino-nigrescente, fibris rigidis appressis (hinc *Trametis* species?) raro recurvis longitrorsum lineato, etiam glabrato, margine acuto deflexo; contextu floccoso fusco stratis pallidis variegato; poris mediocribus stratosis pro ratione longis, junioribus rotundis ore obtusissimis, annotinis majoribus, subdædaleis acutis haud laceratis, dissepimentis attenuatis intus floccoso-albis.

Hab. Ad truncos. Galega : A. Leduc. — Singularis, quoad genus ambiguus.

495. P. (Fomentarius) pullus B. et M., — *in* Berk., *Dec. Fung.*, n°13. — apus, minimus, subimbricatus, lateraliter confluens, durus; pileo dimidiato porrecto semiorbiculari conchato, supra subtilissime velutino minute concentriceque zonato hymenioque spadiceo-pullo, zonis tenuibus suberistulatis, margine acuto scabriusculo; poris contextuque ferrugineo-fuscis minutis angulatis, ore cinereis.

Hab. Java : Zollinger, n° 8. — Fries, l. c.

496. P. (Fomentarius) Micromegas M., — *Cuba*, p. 423, t. 17, f. 5. — apus, minimus; pileo suberoso lignoso tenui dimidiato sessili convexo-pulvinato, ob villum appressum glabrato, zonis annuis angustissimis subimbricatis concentrice scalari-sulcato, sulcis flexuosis, margine deflexo acuto vel obtuso, subtus plano aut concavo; contextu floccoso porisque pro ratione prælongis confluenti-stratosis minutissimis in plano obtusis pallidis, intus et ore albo-velatis.

Hab. Ad cortices arborum. Cuba : Ramon de la Sagra.

† 497. P. (Fomentarius) leucophæus M. mss. : dimidiatus; pileo maximo suberoso-lignoso convexo-plano tuberculato-noduloso glabro, tandem concentrice sulcato, crustaceo-laccato, ex albo lacteo cinerascente, lineolis obscurioribus fasciato, margine obtuso lacteo sterili; poris minimis primo niveis tandem fuscescentibus, ore intusque albis.

Hab. Ad truncos Americæ borealis. Ohio : Sullivant.

Desc. Pileus dimidiato-sessilis, semiorbicularis, maximus, transversim 3 decimetra latus, 13-15 centim. longus, postice fere decimetrum crassus, laccatus seu crusta rigida sat crassa indutus, initio lacteus, lineolis cinereis concentricis marginem versus notatus, tandem cinerascens et superficiem *Sterei fasciati* Schwz. referens. Margo ob-

tusus, late sterilis, ut et hymenium junius, candidus. Substantia durissima, floccoso-suberosa, badia. Pori longissimi, omnium minutissimi, intus nivei, ore obtuso eadem materia, qua totus fungus primitus est vestitus, initio obturati, dein obducti.

Obs. Inter *P. austrolem* et *P. applanatum*, ut ita dicam, medius, a quibus crusta lactea obducente nec unquam ex toto secedente longe distat.

Status abnormis in quo cl. Sullivant huncce fungum mecum communicavit summopere notabilis. Dignus est insuper quem breviter describam, ut doctrinam de hymenii positione supera et infera novis firmissimisque argumentis confirmare possim. Lex est omnibus mycologis accepta et nullis exceptionibus obnoxia, ut stratum proligerum in Hymenomycetibus ad terram tendere, dum e contrario in Discomycetibus sursum spectare semper debeat.

Initio igitur *Polyporus leucophæus* tota basi trunco erecto horizontaliter affixus erat. Quum autem arbor præ vetustate decidit aut indigenis cæsa est et loco natali derelicta, tum cœpit facies hymenina fungi, cujus vegetatio normalis ob eam causam interrupta fuerat, strato albo crasso (velo) se incrustare et novos pileos (12)(horizontales), imbricatos, matri cæterum simillimos, proferre.

Aliud haud minus probans ac prius argumentum in eodem exemplari inveniendum est. Hæc pars enim fungi maxime declivis sensim torquetur, donec hymenium in terram versum novum stratum pororum progeneret. Has observationes in lævi habere haud credidi.

498. P. (Fomentarius) PEGUANUS M., — *in* BÉLANG. *Voy. Ind. or. Crypt.*, p. 148. — magnus, durissimus; pileo sessili reniformi convexo undulato, basi subtus gibboso suberoso, juniore adpresse velutino ferrugineo-badio, zonis obscurioribus concentricis sulcato; margine (duplicato) obtuso subrepando; poris minutissimis curtis intus glaucis extus roseo-umbrinis pubescentibus.

HAB. In truncis Naucleæ in sylvis Peguanis Indiæ : BÉLANGER.

499. P. (Fomentarius) GALEGENSIS M., — *Cent.* II, n° 96. — magnus, conchiformis; pileo pulvinato semiorbiculari, supra convexo crustaceo-laccato, zonis squamaceis imbricatis concentrice sulcato; contextu porisque minutis angulatis acutis longissimis spadiceis, dissepimentis crassis.

HAB. Ad truncos arborum in insula Galega : A. LEDUC.

500. P. (Fomentarius) Auberianus M., —*Cuba*, p. 399, t. 16, f. 1. — lignosus, grandis; pileo suberoso lignoso sessili rigido, initio ob marginem acutum deflexum convexo tandem pulvinato glaberrimo rugoso radiatimque striato, concentrice sulcato e ligneo subfulvo; contextu pallido; poris minutissimis longis tenuissimisque stratosis! acutis carneo-rufescentibus subnitentibus (*chatoyants*).

Hab. Ad truncos arborum. Cuba : Auber et Ramon de la Sagra.

* P. (Fomentarius) Loniceræ Weinm. — M., *Notice*, etc., *in Ann. sc. nat.*, 2, V, p. 341, n° 43, t. 12, f. 6.

Hab. Ad truncos et ramos *Loniceræ pyrenaicæ*, Trancade d'Ambouilla in Pyrænеis orientalibus : Ipse; ad ramos *Quercus cocciferæ* apud Montaud-lez-Miramas : Castagne.

501. P. (Lævigatus) omalopilus M., — *Cuba*, p. 423. — dimidiato-sessilis; pileo coriaceo-suberoso rigido tenui supra scabro rubro-fusco zona marginali latissima insigni subtusque planissimo, margine subrepando patente; contextu floccoso rhabarbarino; poris tenuissimis brevibus obtusis vix conspicuis concoloribus demum fuliginosis intus pallidioribus floccoso-farctis.

Hab. Ad truncos. Cuba : Ramon de la Sagra.

Syn. *P. carneo-fulvus* Berk., in Fries, *Nov. Symb. Myc.*, p. 52, n° 48, ex specimine auctoris.

502. P. (Lævigatus) Valenzuelianus M., — *Cuba*, p. 398, t. 15, f. 4. — apus; pileo e carnoso spongioso suberoso convexo applanato e fulvo lutescente rubiginoso-fuscescente, intus concolori radiatim divergenti-fibroso, cute contigua lævi opaco azono, vetusto rugoso vel undulato-tuberculoso, sulcis profundis concentricis subbinis exarato; poris minimis curtis rotundis planis umbrinis intus pruina alba glaucescentibus; sporis brunneis limbo concolori cinctis.

Hab. Ad truncos. Cuba : Ramon de la Sagra.

Obs. *P. supinus* Swartz ex Berk., nomen, si res ita se haberet, perquam ineptum et repugnans; sed, ex sententia Friesii (*Nov. Symb. Mycol.*, p. 52) specimina ejus quoad colorem ab icone nostra prorsus discedunt.

503. P. (Impolitus) melanoporus M., — *Cuba*, p. 422. — apus;

pileo suberoso-lignoso duro convexo pulvinato, supra tomentoso profunde sulcato sordide fusco, margine obscuriori, intus atro-violaceo; contextu floccoso vel fibroso radiante; poris tenuissimis longis acutis ferme atris granulaque atomaria resinosa nitida foventibus, dissepimentis tenuibus.

Hab. Ad cortices. Cuba : Ramon de la Sagra.

504. P. (Impolitus) inamoenus M., — *Nilgh.*, n° 146 bis, et descr. in *Cent.* III, post n° 42. — apus; pileis suberosis scalari-imbricatis semiorbiculari-reflexis contextuque concoloribus cinnamomeis, supra convexis ob tomentum brevissimum contextum ad tactum mollibus colliculosis, margine tumidiusculo, subtus planiusculis inæqualibus; poris longis minutis rotundis obtusis.

Hab. Ad truncos in montibus nilgheriensibus Indiæ : Perrottet.

505. P. (Impolitus) auriformis M., — *Guy.*, n° 359. — apus; pileo lignoso suberoso duro semiorbiculari conchato, centro subtuberculoso rugoso, marginem versus acutum concentrice zonato glabro, cinnamomeo-fulvo intus concolori; poris brevissimis minutissimis angulato-rotundis spadiceis, ore acuto farinosis.

Hab. Ad truncos. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 966.

506. P. (Imbricatus) sordulentus M.,—*Fl. Chil.*, VII, p. 357.—caseosus, cæspitoso-multiplex, unicolor; pileolis e flabellato-spathulatis tenuibus convexo-planiusculis azonis longitrorsum sulcatis villosis ex albo sordescentibus umbrinis; poris mediocribus pallidis ore denticulatis lacerisve facile separabilibus, dissepimentis crassis.

Hab. Apud Valdiviam reipublicæ Chilensis : Cl. Gay.

507. P. (Lignescens) cubensis M., — *Cent.* I, n° 52, et *Cuba*, p. 404. — albido-pallens; pileo dimidiato sessili e carnoso suberoso rigido plano glabro concentrice sulcato, margine obtuso repando, subtus convexo; poris rotundis exiguis æqualibus obtusis concoloribus tandem rufis, dissepimentis crassis.

Hab. Ad truncos arborum in Cuba : Ramon de la Sagra.

508. P. (Merismoides) senex N. et M., — *Ann.*, 2, V, p. 70 et *Fl. Chil.*, VII, p. 359. — grandis; pileo utrinque planiusculo suberoso castaneo-fusco glabrescente, margine acuto, concentrice rugoso, rugis

tuberculato-rugosis; poris ferrugineis minutissimis, substantia pilei multo longioribus.

Hab. In montibus Juan Fernandez : Bertero.

509. P. (Fomes) Schomburgkii M. et B.,—*in* Berk. *Dec.* II, n° 12.— mesopus, gracilis, coriaceo-suberosus; pileo orbiculari depresso umbilicato quandoque laterali, fisso-lobato tenui rigidiusculo concentrice zonato radiatim ruguloso sericeo-striato fusco-umbrino, intus stipiteque (sæpius) centrali gracili flexuoso rugoso concolori; hymenio concaviusculo sepiario; poris minimis rotundis, dissepimentis tenuibus.

Hab. Guyana : Schomburgk, Leprieur. — Fries, *Nov. Symb. Myc.*, p. 44. — Montag., *Guy.*, n° 350.

510. P. (Fomes) Rhizomorpha M., — *Cent.* II, n° 11, et *Guy.*, n° 354. — mesopus; pileo coriaceo-rigido tenuissimo convexo e badio nigro opaco radiatim ruginoso, margine repando sursum reflexo; stipite lævi aut tuberculato simplici vel ramoso glaberrimo atro; poris minutis umbrino-fuscis intus albidis.

Hab. Ad stipites et ramos dejectos in sylvis Guyanæ : Leprieur, *Coll.* n° 573.

Obs. Quoad stipitem *Marasmio polyclado* analogus.

511. P. (Fomes) opacus B. et M., — *Cent.* VI, n° 63. — pleuropus; pileo suberoso suborbiculari fuligineo, zonis concentricis paucis obscurioribus notato stipiteque laterali elongato verticali toruloso intus molli laccatis, pruina ferrugineo-olivacea obductis opacis; contextu porisque longis minutis primitus albis tandem ligneis ore obtusis.

Hab. Ad ligna prope Bahiam Brasiliæ : Blanchet.

512. P. (Poria) tephroporus M., — *Cent.* V, post n° 86. — resupinatus; pileo coriaceo-subereo longitrorsum effuso subcanaliculato; contextu spadiceo; poris vix conspicuis exacte rotundis obtusissimis planis cinereis.

Hab. Ad ligna in Surinamo : Splitgerber, n° 1285.

Syn. *P. Surinamensis* M., *Cent.* IV, n° 81, non Miquel.

513. P. (Poria) cruentatus M., — *Guy.*, n° 362. — resupinatus, effusus, coriaceus, tenuis, adglutinatus, obscure sanguineus, ambitu membranaceo nudo pallido; poris brevissimis subrotundis planis.

Hab. Ad ligna. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 1065.

519. P. (Discipes) CYCLISCUS M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 363, t. 7, f. 7. — apus, nummiformis, unicolor, ochraceo-fulvus; pileo subsessili suborbiculari coriaceo-suberoso rigido tenui, supra convexo-plano glabro, margine membranaceo initio demisso dein semirevoluto purpurascente; poris obscurioribus mediocribus inæqualibus angulatis ore dentatis, dissepimentis crassis.

HAB. Ad ligna. Chile : CL. GAY et BERTERO.

520. P. (Discipes) BRACHYPORUS M., — *Guy.*, n° 371. — pileo subdimidiato membranaceo rigido tenuissimo fusco, lineolis radiantibus notato, ambitu integro, margine in stipitem crassum basi dilatatum attenuato; contextu obscuriore fusco-badio; poris mediis mediocribus angulatis brevissimis, dissepimentis tenuibus acutis, stipiti decurrentibus elongatis.

HAB. Ad ligna. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 959.

521. P. (Prolificans) FLABELLUM M., — *Cuba*, p. 388, t. 15, f. 2. — apus, membranaceus, imbricato-cæspitosus; pileo papyraceo primum spathulato tandem late flabelliformi expanso multifido, longitrorsum striato zonisque concentricis notato, e candido subnitente pallide rufescente opaco glabro; poris minutis oblongis irregularibus contextuque fibroso cum pileo concoloribus acutis dentatis demum laceratis, dissepimentis tenuissimis.

HAB. Ad ramos et truncos. Cuba : RAMON DE LA SAGRA.

522. P. (Prolificans) SPLITGERBERI M., — *Cent.* II, n° 83. — apus, imbricato-cæspitosus; pileis papyraceis dimidiatis, e basi angustata spathulato-cuneatis, convexis, supra tenuissime longitrorsum striatis, azonis, luteo-fuscescentibus, contextu intense aureo nitido, margine tenuissime subfibroso siccitate involuto; poris majusculis irregularibus subdædaleis profunde dentato-laceris extus intusque pileo concoloribus ad ambitum minoribus, dissepimentis tenuibus.

HAB. Ad cortices arborum. Surinam : SPLITGERBER.

523. P. (Prolificans) NILGHERIENSIS M., — *Nilgh.*, n° 146, et *Cent.* III, post n° 42. — pileo conchiformi suberoso-coriaceo tenui e triquetro subreniformi convexo, zonis concentricis velutinis angustis notato, spadiceo-nigricante opaco, antice prole nova subimbricato, margine demisso subtus sterili obtusiusculo; contextu porisque non stratosis minutissimis ore acutis intus nudis tabacinis.

Hab. In truncis vetustis montium nilgheriensium : Perrottet. — Fries, l. c., p. 62, n° 18.

524. P. (Funalis) trichomallus B. et M., — *Cent.* VI, n° 65. — dimidiatus; pileo fibroso-spongioso sessili applanato fusco-atro in fibras concolores rigidas ramosissimasque imbricatas toto fere soluto; poris mediocribus inæqualibus angulatis, acie (ore) acutissimis, tandem labyrinthoideis concoloribus.

Hab. In Guyana : Poiteau ; Leprieur, *Coll.* n° 962.

525. P. (Funalis) holophæus M., — *Cent.* IV, n° 79. — apus, unicolor, castaneo-fuscus; pileo spongioso-carnoso dimidiato semiorbiculari-flabellato, applanato, supra tomentoso, zonis depressis concentricis notato, margine acuto deflexo; contextu tabacino divergenti-fibroso; poris magnis laceratione dædaleis, dissepimentis crassis concoloribus tandem nigrescentibus fimbriatis.

Hab. Ad truncos in pinetis in Gallia, Lorient : Ipse, et Agri Syrtici : Perris.

526. P. (Stuposus) Sullivanth M., — *Cent.* III, n° 43. — apus; pileo coriaceo tenui dimidiato effuso-reflexo et integro centro affixo, villo contexto hirto zonato candido; poris inæqualibus mediocribus albo-fucescentibus, ore acutis dentatis.

Hab. Ad ramos dejectos sessilis. Ohio : Sullivant.

527. P. (Stuposus) phæoporus M., — *Guy.*, n° 378. — dimidiatus; pileo semiorbiculari supra convexo, obscure zonato glaberrimo, lilacino-fusco, contextu concolori, subtus plano intense badio; poris mediis angulatis profundis ore acutis.

Hab. Ad truncos. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 920.

528. P. (Stuposus) campyloporus M., — l. c., n° 377. — apus; pileo coriaceo-membranaceo lento conchato sessili lineolis confertis concentricis velutino zonato cinnamomeo-fusco, margine acuto; poris fuscis minutis subrotundis vel dilaceratione concentrice labyrinthiformibus, ore pruinoso obtusis, byssinis.

Hab. Ad cortices. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 938.

529. P. (Stuposus) Menandianus M., — *Cent.* IV, n° 80. — est P.

pergamenus Fries, *Epicr.*, p. 480, et *Nov. Symb. Myc.*, p. 69, monente Berkeleyo. — Species variabilis.

530. (Stuposus) concrescens M., — *Fl. J. Fern.*, n° 16. — apus, reflexus, late confluens; pileis suberoso-coriaceis orbiculatis, centro sericeo-villoso fulvo affixis, margine reflexo undulato crispo testaceo glabro; poris tenuissimis longis obliquis rufescentibus sæpe dentato-laceris.

Hab. Ad lignum et ramos dejectos in Juan Fernandez : Bertero. — Fries, *Epicr.*, I, p. 474.

531. P. (Stuposus) actinobolus M., — *Guy.*, n° 347. — apus; pileo convexo hemisphærico coriaceo-suberoso rigido concentrice zonato unicolori fulvo-ferrugineo brunnescente radiatim rugoso glabro, intus ligneo, margine obtuso subtus late sterili radiato-sulcato; poris tenuissimis brevissimisque cinnamomeis.

Hab. Ad ramos. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 856.

† 532. P. (Stuposus) extenuatus DR. et M. — *Fl. Alg. ined.* — apus; pileo dimidiato effuso-reflexo semiorbiculari plano coriaceo flexili tenuissimo contextuque fulvo subzonato, postice hirto, prope marginem acutum lacinulatum adpresse radiatimque villoso; poris concoloribus mediocribus angulatis tandem lacero-sinulosis acutis, intus albo-cinerascenti-pruinosis, dissepimentis tenuibus.

Hab. Ad truncos Suberis circa La Calle Algeriæ : Durieu.

Desc. Pileus basi late effusus, interdum subsessilis aut, ramo innascens, bilateralis, horizontaliter reflexus, regulariter vel oblique semiorbicularis, supra planiusculus aut modice convexus, coriaceus, tenuissimus lentusque, 8 centim. latus, 4-5 centim longus, 3-5 millim. cum poris crassus, margine acuto, in junioribus fibroso-lacinulato. Facies superior postice pilis strigosis erectis hirsuta, dein pilis sericeis appressis subfasciculatis antice villosa et concentrice subsulcata. Color totius fungi fulvus. Pori mediocres, ad basin seu postice longiores, quandoque oblique aperti, ambitum versus seu antice brevissimi, attenuati, acuti, intus pruina alba aut glauco-cinerascente adspersi, cæterum pileo concolores. Dissepimenta tenuia, e contextu fuligineo-fulvo a pilei trama descendente formata.

533. P. (Coriaceus) licnoides M., — *Cuba*, p. 401, t. 16, f. 2. —

apus; pileo suberoso-coriaceo tenui semiorbiculari conchato glabro fusco nitido, zonis badiis angustis confertis concentricis notato, margine acuto integerrimo; contextu floccoso rhabarbarino; poris minutissimis rotundis demum stratosis, ore tabacinis, intus glaucis, dissepimentis crassis.

Hab. Ad truncos et ramos. Guyana : Leprieur; Cuba : Ramon de la Sagra. — Fries, *Nov. Symb. Myc.*, p. 76.

534. P. (Coriaceus) tabacinus M., — *Fl. J. Fern.*, n° 15, et *Fl. Chil.*, VII, p. 361, t. 7, f. 6. — apus, imbricatus; pileis spadiceo-ferrugineis coriaceis tenuibus rigidis effuso-reflexis conchatis tomentosis concentrice zonatis, margine acuto dilutiori; poris mediis denticulatis lacerisve demum concoloribus.

Hab. Ad truncos in Chile : Bertero.

535. P. (Coriaceus) byrsinus M., — *Cuba*, p. 391, t. 15, f. 3. — apus, amplus, unicolor; pileo coriaceo molli tenui flaccido elastico, initio toto resupinato, tandem postice effuso reflexo semiorbiculari plano, villo contexto tomentoso concentrice sulcato, margine patente acuto; contextu floccoso porisque eximie rotundis æqualibus omnium brevissimis obtusis ferrugineo-fulvis.

Hab. Ad cortices arborum. Cuba : Auber.

Obs. Varietas *P. occidentalis* secundum cl. Berkeley. — *P. crocatus* ex Friesio, *Nov. Symb. Myc.*, p. 75.

536. P. (Coriaceus) psilodermus B. et M., — *Cent.* VI, n° 66. — apus; pileo coriaceo tenui lento subflabelliformi, applanato glabrato sordide griseo pallido, concentrice sulcato-zonato, zonis contextuque concoloribus, margine acuto; poris inæqualibus mediocribus brevibus acie acutis tandem lacero-labyrinthiformibus subfuscescentibus.

Hab. Ad truncos arborum in Brasilia. Bahia : Blanchet.

537. P. (Coriaceus) iodinus M., — *Cent.* II, n° 81, et *Guy.*, n° 384. — apus; pileis imbricatis coriaceo-membranaceis papyraceisve rigidulis obcuneatis subumbonato-sessilibus velutinis, dense concentricoque zonatis, unicoloribus, radioso-plicatis, margine acuto; contextu laxe floccoso spadiceo; poris brevibus angulatis favaceis ore acutis fusco-umbrinis.

Hab. Ad ligna putrida, in sylvis sinnamariensibus : Leprieur.

538. P. (Coriaceus) LEIODERMUS M., — *Guy.*, n° 385. — apus; pileo coriaceo lento tenui semiorbiculari aut reniformi obsolete stipitato lignicolori polyzono; poris mediis obscuris cinerascentibus postice subdædaleis.

HAB. Ad cortices seriato-connatus. Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* n° 855.

539. P. (Membranaceus) FERNANDESIANUS M., — *Fl. J. Fern.*, n° 17, et *Fl. Chil.*, VII, p. 363. — apus, albus; pileis membranaceis orbiculato-effusis centro affixis, margine concrescentibus, primitus adpresse radiatim villosis pallescentibus subtus cinereo-plumbeis; poris brevissimis reticulum tenuissimum referentibus (vulgo *dentelle*) ambitu tandem reflexo castaneo concentrice zonato glabris.

HAB. Ad lignum. Juan Fernandez : BERTERO.

540. TRAMETES SAGRÆANA M., — *Cuba*, p. 409, t. 16, f. 4. — subsessilis; pileo semiorbiculari suberoso lento, adulto zonis concentricis crebris notato; contextu porisque minute rotundis obtusissimis pulchre lilacinis; stipite obsoleto.

HAB. Ad truncos in Cuba : RAMON DE LA SAGRA; in Guyana, nova specimina perfecta : LEPRIEUR, *Coll.* n^os^ 861 et 865.

541. T. MARCHIONICA M., — *V. P. S.*, p. 204. — pileo semiorbiculato-reniformi suberoso crassiusculo inæquabili concentrice sulcato umbrino glabro, margine repando acuto intus fulvo aut pallido; poris longis tenuissimis rotundis oblongisve, acie obtusis obscurioribus.

HAB. Insula Nuhiva, archipel des Marquises : HOMBRON (REQUIEN). — FRIES, *Nov. Symb. Myc.*, p. 79.

542. T. RIGIDA B. et M., — *Cent.* VI, p. 72, n° 67. — pileis effusis breviter reflexis sæpe confluentibus, coriaceo-rigidis, plus minus concentrice sulcatis rugosis velutinis, pallide fulvo-ligneis, contextu concolori; poris parvis subrotundis aut breviter flexuosis ligneo-pallidis, acie obtusa.

HAB. Ad truncos circa Bahiam : BLANCHET; item ad Nov. Aurel. Amer. Bor. : DRUMMOND.

543. T. CAPTIOSA M., — *Enum. Fung.*, *Ann.*, 3, VII, p. 170. — parvula; pileo dimidiato-sessili semiorbiculari suberoso-coriaceo tomentoso; concentrice sulcato, unicolori fuligineo, margine obtuso, subtus

determinate sterili; contextu porisque brevibus minutis rotundis obtusissimis concoloribus.

Hab. In truncis ramisque ad Zuurebergen prope Boutjesrivier in Africa australi : Drège.

544. Dædalea rhabarbarina M., — *Cent.* II, n° 16. — resupinata, longe effusa, ramos vivos ambiens, byssina, crassa, luteo-fulva, ambitu fimbriato-radiata; poris sinuosis obtusis intus spadiceis.

Hab. Ad ramorum corticem. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 141.

545. D. Dregeana M.,—*Enum. Fung., Ann.*, 3, VII, p. 171.—pileo suberoso coriaceo magno dimidiato-sessili, semiorbiculari, supra explanato cute radiato-fibrosa resinosaque, concentrice versicolori zonato, initio flocculoso tomentoso livide umbrino demum glabrato griseo-fuscescente, basi protracta crasso, margine attenuato obtuso, subtus convexulo; hymenio poroso-sinuoso; poris breviter linearibus flexuoso-dædaleis contextuque pallidis, in ambitu rotundis minutis acie obtusis.

Hab. Ad truncos sessilis. Żartkopsrivier, in nemorosis Africæ meridionalis et in sylvis ad Port-Natal : Drège.

* D. repanda Pers. — M., *Cuba, Crypt.*, p. 382, t. 14, f. 4; cum observationibus biologicis.

Syn. *Lenzites repanda* Fries, *Epicr.*, 1, p. 404, n° 5.

546. Hexagonia aculeata M., — *Cent.* II, n° 15, sub *Polyporo*. — pileo suberoso subreniformi plano, zonis seu sulcis densis concentricis notato, nigro-fusco, setis brevibus raris pungentibus aculeato; alveolis hexagonis amplis glabris griseo-fuscis.

Hab. Ad ligna. Cayenna : Leprieur.

547. H. polygramma M., — *Cuba*, p. 379, t. 14, f. 3. — pileo coriaceo tenui reniformi glaberrimo nitido e pallido ligneo-fulvescente, sulcis confertis concentricis obscurioribus zonato; alveolis mediis hexagonis fuscescentibus.

Hab. Ad ramos et truncos arborum. Cuba : Ramon de la Sagra. — Fries, *Epicr.*, 1, p. 497.

548. H. cruenta M., — *V. P. S.*, p. 208. — pileis coriaceis lentis tenuibus effuso-reflexis late confluentibus concretisque, supra e san-

gaineo rufescentibus subzonatis longitrorsum lineolatis; hymenio ligneo pallido alveolato; alveolis hexagonis mediocribus curtis ore obtusis (in effusa pilei parte canaliculatis obliquis acie attenuatis).

Hab. In truncis. Ad Vavao : Hombron.

† 549. H. nitida DR. et M., — *Fl. Alg. ined., Atl.*, t. 33, f. 1. — pileo coriaceo dimidiato semiorbiculari supra convexo glaberrimo nitente umbrino-fuligineo sulcis concentricis obscurioribus zonato; alveolis amplis e rotundo hexagonis profundis glabris nigricantibus.

Hab. Ad truncos *Ilicis* in Pyrenæis : Ipse; *Quercus Ballotæ* vero in Algeria : Durieu.

Desc. Pileus crassus, semiorbicularis, sessilis, 7-9 centim. latus, 4 centim. longus, supra modice convexus, umbrino-fuliginosus, nitidus, postice azonus, obscurior, a medio ad marginem acutiusculum usque sulcis concentricis exaratus, subtus (in speciminibus pyrenaicis) subplanus, (in atlanticis) ad basin gibbosus, ita ut sectione verticali divisus triqueter appareat. Alveoli ampli, fere 2 millim. lati, profundi, posteriores longissimi, glabri, pileo concolores aut et obscuriores, dissepimentis validis ore attenuato-obtusis. Caro pilei tenuissima, vix millimetrum crassa. Contextus fibroso-floccosus, umbrinus, in tramam descendens.

Obs. Colore zonisque pilei ab *Hexagonia vespacea*, glabreitate ab *Hexagonia Molkenboerii* Lév. distinguenda.

550. H. Miquelii M., — *Cent.* V, n° 85, sub *Polyporo*. — pileo coriaceo reniformi papulato hepatico margine plano scutatim affixo; alveolis amplis inæqualibus polygonis acie obtusis pallidioribus.

Hab. Ad cortices. Surinam : Miquel.

551. Favolus ciliaris M., — *Cent.* IV, n° 82, t. 15, f. 2. — mesopus; pileo submembranaceo lento tenuissimo integro brunneo planiusculo umbilicato tessellato pellucido, margine ciliato; stipite centrali concolori; lamellis subdecurrentibus in alveolos elongato-hexagonos acie acutos dentatos anostomosantibus fulvis.

Hab. Ad ramos dejectos. Madagascar : Goudot. — Vix *Polyporus arcularius*.

552. F. giganteus M., — *Guy.*, n° 391 bis. — stipitatus; pileo carnoso-lento crasso flabelliformi, ambitu lobato-fisso, in stipitem lateralem

brevissimum attenuato, deorsum glabrescente radicoso-virgato; alveolis magnis elongato-hexagonis, acie acuta denticulatis lacerisve decurrentibus concoloribus.

Hab. Ad truncos *Bombacis globosæ* in Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 958.

553. F. cucullatus M., — *Cuba*, p. 378, t. 14, f. 2. — subsessilis; pileo dimidiato carnoso-lento rigente subreniformi basi cucullato glaberrimo, ambitu undulato lobatoque, papulato, vaccino, scutatim affixo; alveolis hexagonis favaceis mediocribus fuscescentibus.

Hab. Ad cortices arborum. Cuba : Ramon de la Sagra.

554. F. molluccensis M., — *Cent.* IV, n° 83, et *V. P. S.*, p. 203. — pleuropus; pileo carnoso-lento tenui e reniformi orbiculato, ambitu integro lobatoque, in stipitem lateralem brevissimum attenuato, glabro, supra lineolis a stipite radiantibus notato alveolisque porosis oblongis minutis acie acuta denticulatis decurrentibus fuscescentibus.

Hab. Ad truncos Insulæ Ternate Moluccarum : Hombron.

555. F. alutaceus B. et M., — *Cent.* VI, n° 68. — pileo carnoso-lento reniformi alutaceo glaberrimo, ambitu lobato, fuscescente, fere sessili; alveolis hexagono-oblongis tenuibus concoloribus.

Hab. Ad ramos arborum. Bahia : Blanchet.

556. F. tessellatus M., — *Cent.* IV, n° 84. — pleuropus, fulvus; pileo carnoso-lento convexo subreniformi-orbiculato, ambitu integro, rarissime lobato, supra papuloso-tessellato, in stipitem lateralem reticulatum attenuato; alveolis magnis hexagonis radiantibus acie fimbriato-denticulatis pallidioribus.

Hab. In Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 579.

557. F. melanopus M., — *Guy.*, n° 395. — pleuropus, parvus; pileo carnoso-lento ex orbiculato subreniformi, lævi, glabro alveolisque penta-hexagonis mediocribus acutis cinnamomeis; stipite laterali atro cylindrico ad basin dilatato.

Hab. In ligno emortuo Guyanæ : Leprieur, *Coll.* n° 942.—An hujus generis?

† 558. F. ohiensis B. et M. mss. : pleuropus; pileo coriaceo rigenti reniformi, glaberrimo, pallido, convexo-plano, basi depresso; stipite-

brevissimo supero verticali crasso; alveolis hexagonis, centralibus elongatis magnis, marginalibus subæquilateris concoloribus.

Hab. Ad truncos arborum dejectos, octobri. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 289.

Desc. Pileus coriaceus, durus vel parum lentus, alis subconniventibus rotundatis profunde et eximie reniformis, glaberrimus, pallidus, supra plano-convexus, ad insertionem stipitis depressiusculus, in sicco concentrice substriatus et ambitu ob fundum alveolorum prominulum tessellatus, subtus medio convexo-strumosus, 5-7 centim. latus, 3-4 centim. longitudine adæquans. Stipes superus brevissimus, bimillimetra haud superans, interdum vix ullus, 5-7 millim., quando adest, crassus, concolor, deorsum disciformi-dilatatus et cortici ramorum late affixus. Facies pilei infera in medio convexa substrumosa, alveolis maximis elongato-hexagonis, 5-7 millim. longis, 2 millim. et ultra latis insignis est. Cæteri alveoli radiantes sensim ad marginem magis regulares et minores fiunt, omnes autem pileo concolores, intus vero pallidiores, dissepimentis integerrimis flexuosis.

Obs. A nostro *Favolo alutaceo* magnitudine et forma pilei necnon insertione stipitis facile distinguendus.

559. Laschia papulata M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 367, t. 7, f. 8. — gregaria; pileo submembranaceo reniformi glabro, pallido tandem fusco-badio; stipite brevi aut pro ratione longiusculo laterali; alveolis cum pileo homogeneis rotundis magnis concoloribus.

Hab. Ad ligna emortua. Rancagua in Chile : Bertero.

Syn. *Favolus pusillus* M., *Fl. J. Fern.*, n° 13, non Fries.—Analysis microscopica generis in *Flora Chilena*, l. c.

560. L. Auriscalpium M., — *Guy.*, n° 397. — gregaria, pusilla; pileo tremelloideo-membranaceo orbiculari convexo horizontali glabro pallido; stipite laterali; alveolis hexagonis concoloribus.

Hab. Ad arbores monocotyled. Guyanæ : Leprieur, *Coll.* n° 961.

XVI. GLOEOPORUS M.

Fungus heterogeneus. Hymenephorum coriaceum, contextu floccoso-celluloso. Hymenium tremellino-gelatinosum, candidissimum, hymenophoro contiguum, punctis poriformibus

impressum, siccum contractum, tum pori nisi oculis armatis inconspicui, udum gelatinosum, porosum. Pori rotundi, superficiales, obtusi. M., *Cuba*, p. 385.

561. G. CONCHOIDES M., — l. c., t. 15, f. 1. — conchiformis; pileo coriaceo tenui lento, dimidiato, sessili, convexo, inæquabili glabriusculo fulvo, margine acuto; poris carneis, humectis candidissimis, rotundis minutis superficialibus gelatinosis.

HAB. Ad cortices arborum. Cuba : RAMON DE LA SAGRA; ad Port-Natal : DREGE.

SYN. *Auricula reticulata* FRIES, *Epicr.*, I, p. 555, *ex ill. auctore in litteris*, et *Sum. Veget. Scand.*, p. 325.

562. POROTHELIUM FRIESII M.,—*Notice etc., in Ann.*, 2, V, p. 339.— effusum, confluens, flocculoso-membranaceum, album, subalutaceum; ambitu simplici, pororum verrucis immersis lutescentibus, demum urceolato-apertis.

HAB. Ad truncos dejectos Cerasorum in Ardennis : IPSE

ORDO III. HYDNEI.

† 563. HYDNUM (Merisma) SPRUCEI M. mss. : delicatulum, pallidum, totum in ramos secundos incurvos solutum; aculeis subulatis unilateralibus.

HAB. Supra ligna putrida apud Sanctum-Gabriel, Rio-Negro, Amer. merid. : RICH. SPRUCE.

DESC. Unciale, biunciale, setiforme, secunde ramulosum, pectiniforme, ramulis paucis. Aculei delicatuli, lineam longi, uno latere versi, subulati, puberuli.

564. H. (Apus) BOVEANUM M., — *Ann.*, 2, IV, p. 194. — pileo carnoso molli crasso subvelutino fuscescente; aculeis confertis subulatis angulato-compressis strictis, olivaceis, apice brunneis, pellucidis.

HAB. Cahiræ ad ligna putrida Palatii Ibrahimi : BOVÉ. — FRIES, *Epicr.*, I, p. 513.

565. H. (Resupinatum) LEPTODON M., — *Cent.* IV, n° 85, et *Fl. Chil.*, VII, p. 371. — Subiculo longitrorsum effuso membranaceo

alutaceo, ambitu byssino; aculeis longissimis capillaceis subulatis lævibus confertissimis obliquis fulvo-rufescentibus.

Hab. Ad lignum emortuum. Juan Fernandez : Bertero.

Syn. *H. membranaceum* var. *dryinum* M., *Fl. J. Fern.*, n° 21.

566. Sistotrema autochthon M. et B., — *in* Berk., *Dec. Fung.*, II, n° 14. — totum effusum, resupinatum ; subiculo membranaceo subtus tomentoso, demum sicco fragilissimo, ambitu indeterminato; hymenio pallido inæquabili; lamellulis brevibus irregularibus poros spurios magnos efformantibus.

Hab. In terra rubra substrato calcareo imposita. Java : Zollinger, n° 390.

567. Irpex incrustans M. et B., — l. c., n° 16. — pileo effuso-reflexo, margine in lobos semiorbiculares diviso, subcoriaceo tomentoso albo-ochraceo; subiculo tomentoso; dentibus lamelloso-seriatis incisis acutis ochraceis.

Hab. Ad ramos dejectos. Guyana anglica : Schomburgk.

368. Irpex griseo-fuscus M., — *Guy.*, n° 398. — pileo reflexo coriaceo-membranaceo, semiorbiculari zonato, villo denso griseo canescente radioso primitus obtecto, dentibus postice basi conico-subulatis antice lamelloso-seriatis fuscis albo-pruinosis basi reticulato-connexis.

Hab. Ad truncos arborum in Guyana : Leprieur.

569. Irpex maximus M., — *Cent.* I, n° 51. — pileo coriaceo tenui reniformi plano-convexo, initio tomento pallido secedente tecto, tandem denudato, marginem versus acutum repandum concentrice sulcato; dentibus confertis acutis pubescentibus ochroleucis basi reticulato-connexis.

Hab. Ad truncos. Cuba (*Crypt.*, p. 406, excl. syn.) : Ramon de la Sagra. — Eximia hujus generis nec *Polypori* species.

† 570. Irpex fomentarius M. mss. : effusus; subiculo floccoso-byssino molli crasso brunneo-fuliginoso; pileo tenui separabili; dentibus longis plano-compressis apice attenuato acutis vel dentato-laceris basi connexis fuscis, cæterum albo-pruinosis.

Hab. In ligno denudato in Pyrenæis orientalibus Galliæ : Ipse.

Desc. Singularis nec anamorphosi locis suffocatis ortus. Colore tantum *I. tabacinum* B. et C. referens, at toto cœlo diversus. Subiculum orbiculare, 5 centim. latus, 2 ad 3 millim. crassum, byssino-contextum, fomitem apud nos *Amadou* vocatum referens. Pileus tenuis, a subiculo separabilis, cum eo iisdem et colore et structura gaudens, paululum minor, vix 3 centim. diametro æquans. Dentes plano-compressi aut omnino plani, basi fusca crassiori reticulato-connexi, 3 millim. longi, apice attenuato-acuti vel lamellati, lacero-dentati, albo-pruinosi.

571. Radulum tomentosum M. et Fries, — *in Ann.*, 2, V, p. 338, et *Epicr.*, 1, p. 525. — effusum, innatum, crassiusculum, albo-pallescens vel et ochraceo-lutescens; (in vivo) ambitu tomentoso-strigoso; hymenio velutino tuberculis congestis angulatis obtusis consperso.

Hab. Ad truncos *Salicis albæ* prope Sedanum : Ipse.

572. Grandinia polycocca M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 374, t. 7, f. 10. — ceracea, orbicularis, in ambitu soluta subreflexa, subtus ochracea; hymenio purpurascente; granulis confertis hemisphæricis.

Hab. In ligno emortuo. Rancagua Chiles : Bertero.

Syn. *Thelephora polycocca* M., *Ann.*, 2, VIII, p. 364.

573. Odontia cinnamomea M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 373. — effusa, byssino-membranacea, tenuissima, cinnamomea, ob corticem inæquabilem subundulata; ambitu byssino vix conspicuo; papillis confertis brevissimis apice obtuso multifidis villosulis concoloribus.

Hab. Ad cortices in Chile : Cl. Gay.

Ordo IV. AURICULARINI.

574. Thelephora caperata B. et M., — *Cent.* VI, n° 69. — mesopus; pileo coriaceo-membranaceo irregulariter infundibuliformi, rugoso-plicato, centro hirsuto fulvo, margine eroso-fimbriato aut inciso; hymenio pallido rugoso; stipite centrali crasso tomentoso scutatim affixo.

Hab. Ad truncos arborum. Bahia : Blanchet.

575. T. padinæformis M., — *Guy.*, n° 401. — stipitata, coriaceo-membranacea, lenta, glaberrima, rufo-badia; pileo ad stipitem stria-

tum in lacinias plures erectas dilatato-cuneatas flabelliformes margine crenato subrepandas stipitatasque diviso, ramoso; hymenio infero lutescente glabro lævi, papillis minutissimis obsito.

Hab. Ad terram in Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 914.

* T. aurantiaca Pers.—M., *Cuba, Crypt.*, p. 375, t. 14, f. 1.

† 576. T. Sullivantii M. mss. : mesopus, pallida, pergameno-coriacea; pileo infundibuliformi hymenioque nudo rufo-striatis glabris, margine fimbriato, in siccis reflexo; stipite plus minus longo albo-pulverulento.

Hab. Ad terram, julio. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 77.

Desc. Fungus vivus 4 centim., exsiccatus 3 centim. altus. Pileus infundibuliformis, tenuissimus, coriaceus, fere papyrinus, pallidus, supra fibris depressis rufis striatus, margine primitus erecto dein reflexo fimbriatus, imo uno latere ad modum *T. aurantiacæ* Pers. totus ad stipitem fissus et tum flabelliformis, 1 1/2-3 centim. diametro metiens. Hymenium læve, tenuis, sed longitrorsum ut pileus cui concolor striatulus. Stipes longitudine crassitieque variat. Quandoque cum pileo ita confluit, ut nullus aut obsoletus videatur. Normaliter vero 5-10 millim. longitudine, 2-4 millim. crassitudine metitur, albo-villosulus aut pulverulentus, e basi radicellas numerosas terram intrantes emittens.

577. T. Hartmanni M., — *Cent.* IV, n° 86. — merisma; mycelio niveo effuso; stipitibus coriaceis cæspitoso-connexis, horizontalibus ascendentibusque pallidis parce ramosis, ramis complanatis apice incurvo-cincinnatis, hinc dentato-incisis pectinatisque.

Hab. Ad cortices in Carolina : Hartmann.

578. T. liliputiana M., — *Cent.* II, n° 17, et *Guy.*, n° 403. — merisma, corticola, omnium minima, trilinearis, coriaceo-mollis, flocculosa, sordide alba; stipitibus erectis undique ramosis, ramis palmato-fimbriatis obtusis.

Hab. In ramulis emortuis. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 658.

579. T. nigella M., — *Guy.*, n° 402. — apus, sessilis, cæspitosa, coriacea, lenta, e lurido nigrata; pileolis flabellatis imbricato-concre-

tis applanatis nudis azonis, margine sublobato haud ciliatis; hymenio infero radiatim costato-plicato glabro papilloso.

Hab. Ad terram. Guyana : Leprieur.

580. T. fusco-violascens M., — *Enum. Fung.*, n° 25. *Ann.* 3, VII, p. 174. — membranacea, effusa, incrustans, tenuis, ambitu byssino fusco; hymenio atro-violaceo setuloso-pulveraceo.

Hab. In corticibus arborum ad Port-Natal, aprili : Drège.

581. Guepinia crassipes M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 375. — sparsa, solitaria, coccinea, glaberrima; pileo subdimidiato cum stipite crasso brevi confluente; hymenio vix corrugi lateraliter spectante.

Hab. In ligno emortuo. Valdivia : Cl. Gay.

582. G. aurea M., — *Cent.* IV, n° 88. — cæspitosa; stipite complanato albo-velutino in pileum amplum cristatum ambitu lobatum dilatato; hymenio plicato aureo.

Hab. Ad cortices, circa Noveboracum : Menand.

† 583. Stereum Bolleanum M. mss. : pileo cartilagineo-pergameno initio infundibuliformi integro aut margine undulato-repando, demum ad stipitem usque centralem pruinoso-velutinum basique ramosum multipartito aut flabelliformi explanato, supra e fulvo brunnescente lineis obscurioribus concentrice zonato radiato-fibroso glabro; hymenio glaberrimo lævi ochraceo-pallido.

Hab. Ad terram insulæ Sancti-Nicolai promontorii Arsenarii (Cap-Vert) loco *Agoa dos patos* dicto : Bolle, 1851.

Desc. Pileus ante explicationem dilacerationemve 2 centim. altus, 2 1/4 ad 4 centim. latus. Stipes pileo concolor, 3 ad 4 centim. longus, pennam anserinam crassitudine adæquans, interdum basi ramosus.

584. S. Miquelianum M.,—*in Tijdschrift, Deel.* IV, *Bladzijde* 203. — procerum; pileo parvo supra castaneo, zonis obscurioribus notato, infundibuliformi, in lacinias paucas erectas simul concretas flabelliformes dein ad stipitem usque longissimum lignosum usque diviso, hymenio glabro pallido.

Hab. In ligno emortuo. Surinam : Focke.

585. S. obliquum M. et B., — *in* Berk., *Dec. Fung.*, n° 17. — minimum, coriaceum; pileo verticali elongato flabelliformi polito glabro

cincti. — Cfr. *Ann. sc. nat.*, 3ᵉ série, tome XVI, p. 76, et *Crypt. Guy.*, n° 248.

Ordo V. CLAVARIEI.

596. Clavaria (Ramaria) rhodochroa M., — *Canar.*, p. 77, t. 4, f. 3. — carnosa; trunco crasso erecto roseo subdichotomo-ramoso, ramis tereti-compressis lævibus patenti-deflexis apice nigricantibus; sporis.....

Hab. Ad radices arborum in sylvis Gomeræ : Despréaux.

597. C. (Ramaria) carbonaria M., — *Guy.*, n° 425. — ochrospora, nigrescens, fusco-velutina; caule inferne simplici brevi subdichotome aut fasciculato-ramoso, ramis conformibus, ramulis fastigiatis acutis; sporis amygdaloideis.

Hab. In humidis carbonaceis Guyanæ : Leprieur, *Coll.* n° 897.

C. (Ramaria) acutissima Berk. mss. : M., *Fl. Chil.*, VII, p. 386. Descriptio.

† 598. C. (Ramaria) Berkeleyi M. mss. : fragilis, e pallido lutescens; caule ascendente tenui ramosissimo, ramis teretibus repetito-trichotomis fastigiatis, ramulis seu divisionibus terminalibus capitato-fasciculatis purpureis acutisque. Cæspitem efformat compactum.

Hab. Ad truncos in locis humidis dejectis. Columbus : Sullivant, *Icon.* n° 51.

Desc. Caulis in ligno decumbens, tenuis, teres vel compressus, mox adscendens, luteo-pallescens, 6-8 centim. longus, fastigiato-ramosissimus. Rami repetito-subtrichotomi, quandoque subfasciculati, axillis rotundatis, crassitudine pennam corvinam æquantes, sensim ascendendo attenuati. Ramuli ultimi fasciculato-capitati vel digitati, divaricati, apicibus acutis rubris. Sporæ..... Exsiccatione tota planta nigrescit.

599. C. (Holocoryne) albipes M., — *Cent.* III, n° 44. — Gregaria, simplicissima, stricta; clavula utrinque attenuata, apice acuta, pallide rufescens, glaberrima; stipite basi dilatata candida ligno mucido adhærente.

Hab. Ad lignum semiputridum. Ohio, Amer. fœder. : Sullivant.

600. Pterula tropica M., — *Guy.*, n° 431. — cæspitosa, caulescens, ramosissima, fulva; caule tereti di-trichotomo, ramis apice fasciculatis subulatis divaricatis capillari-attenuatis nudis.

Hab. Ad terram. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 894 pro parte.

601. P. taxiformis M., — *Guy.*, n° 432. — delicatula, fusca; trunco erecto filiformi attenuato, pilis fasciculatis olivaceis hirto virgato-ramoso, ramis inordinatis subulatis, inferioribus longioribus patentibus, iterum ramulosis.

Hab. Ad ligna putrida. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 908.

602. Calocera dilatata M.,—*in* Bél. *Voy. Ind. Or., Crypt.*, p. 152, sub *Clavaria*. —ochraceo-cinerea, fragilissima, ramosissima; ramis compressis irregulariter dichotome divisis, ultimis subulatis fastigiatis, axillis valde dilatatis.

Hab. Ad terram, ad oras sylvarum montium Madura peninsulæ indicæ : Bélanger. — An *C. Hostmanni* Lév. eadem?

603. Crinula Gayana M.,—*Fl. Chil.*, VII, p. 388, t. 8, f. 1.—longissima, crinalis, capitulo globoso minuto pallido; stipite procero (4 ad 6 decim.) corneo fistuloso badio basi subbulboso villo radiante obducto.

Hab. Ad ramos dejectos circa Valdiviam Chiles : Cl. Gay.

Syn. *Calocera filum* Lév. pro parte.

604. Pistillaria culmigena M., et Fries., — *Notice etc., in Ann.*, 2, V, p. 337, t. 12, f. 2. — minima, clavæformis, albida, cum stipite brevissimo confluens.

Hab. In culmis cerealium. Sedanum : Ipse.

Ordo VI. TREMELLINI.

605. Hirneola polytricha M., — *in* Bél. *Voy. Ind. Or., Crypt.*, p. 154, sub *Exidia*. — cupula hemisphærica expansa auriculæformi, extus villoso-tomentosa grisea, in stipitem brevissimum obliquum producta, disco lævi spadiceo-purpureo.

Hab. Ad ligna in India orient. : Bélanger; in Java : Junghuhn. — Fries, *Fung. Natal.*, p. 26.

Syn. *Exidia purpurascens* Jungh., Java, p. 25, f. 13.

606. H. fusco-succinea M., — *Cuba.*, p. 364, sub *Exidia*. —

ampla, sessilis, conchiformis dein explanata, margine undulata, intus venoso-reticulata, fusco-succinea, extus costato-rugosa velutina canescens.

Hab. Ad cortices. Cuba : Ramon de la Sagra.

Syn. *H. nigra* Fr. var. *fusco-succinea*, l. c., p. 27, sed iconem nullam in lucem protuli.

607. H. Lancicula M., — *Guy.*, n° 439. — gregaria, minutula, subpezizoidea, cupula tremelloidea sessili plano-concava, centro umbilicata, margine undulata, extus intusque lævi unicolori umbrino-succinea.

Hab. Ad lignum. Cayenna : Leprieur. *Coll.* n° 1087.

608. H. Catillus M., — *Fl. Chil.* VII, p. 392, sub *Exidia*. — stipitata, catiniformis, succinea; cupula planiuscula, disciformis, subtus nuda glabra rugosissima, supra rugis paucis crassis anastomosantibus percursa.

Hab. Ad ligna. Chile : Cl. Gay.

609. H. agaricina M.,—l. c., t. 7. f. 11, sub *Exidia*. — sessilis stipitateque, subobliqua, conchiformis, tenuissima, aurea, subtus glabra rugulosa, supra plicis magnis lamelliformibus radiantibus rugisque anastomosantibus insignis.

Hab. Ad ramos dejectos in Chile : Cl. Gay.

H. vitellina Lév. — M., l. c., p. 393, t. 7, f. 12. Descriptio et icon.

610. Exidia fuliginea M., — l. c. — effusa, crassa, gelatinosa, subapplanata, fuliginosa, sicca atra, papillis conicis spiculosa, centro undulato-gyrosa, gyris confertis, subtus concolor glabra, margine vel ambitu plicato-crenulata, sporis.....

Hab. In lignis emortuis. Rancagua Chiles : Bertero.

Familia IV. DISCOMYCETES.

Ordo I. HELVELLACEI.

611. Morchella dubia M., — *Canar.*, p. 79, t. 4, f. 4. — pallescens; pileo ovoideo-conico basi stipiti amplo (pilei crassitudine) lævi adnato, costis submembranaceis in areolas maximas apicem versus sensim minores anastomosantibus.

Hab. Ad terram, in sylva *Agua-Garcia* Teneriffæ : Webb.

Obs. Species formis equidem innumeris *Morchellæ esculentæ* dissimilis et mea sententia distinctissima. *Morchellis elatæ* et *giganti* forma et magnitudine affinis, a priori autem costis areolas polygonas efformantibus, a posteriori vero eadem nota nec non pileo basi toto adnato revera specifice differt.

612. Helvella tabacina M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 396, t. 8, f. 2. — pileo deflexo undulato rufo-tabacino, stipiti basi incrassato lævi concolori.

Hab. Ad terram, in Chile, augusto : Cl. Gay.

613. Mitrula Berterii M., — *Prodr. J. Fern.*, n° 25, et *Fl. Chil.*, VII, p. 397, t. 8, f. 5. — geoglossoides, atro-fusca, elongata, filiformis; pileo myosuroide a stipite dilutiore æquilongo ob marginem incrassatum distincto.

Hab. Ad cortices arborum in montibus excelsis. Juan Fernandez : Bertero.

Obs. Ad subgenus Heyderiam pertinet. Stipes et clavula scapum et receptaculum *Myosuri minimi* ante florescentiam satis referunt.

† 614. M. lutea M., — *Guy.*, mss., n° 443. — geoglossoides; stipite mediocri cum capitulo luteo clavæformi confluente; ascis longe clavatis sporas 8 continuas lineares foventibus et inter paraphyses nidulantibus.

Hab. Ad terram in Guyana, inter muscos : Leprieur, *Coll.* n° 1075.

Desc. *Geoglosso viridi* forma magnitudineque similis, 2-2 1/2 centim. alta, colore luteo insignis. Capitulum 4 ad 6 millim. longum, cum

stipite 1-2 millim. crasso confluens et hinc clavæforme. Hymenium ascis paraphysibusque compositum. Asci longe clavati, 8 centimillim. longi, 8-spori. Sporæ simplices, lineares, 2 centimillim. longæ, 5 millimillim. crassæ, utroque fine obtusæ, pellucidæ, intus granulosæ.

Obs. Nulli, nisi forsan *M. eleganti* Berk., affinis, a qua brevitate, stipite crasso et colore amœne luteo recedit.

†615. Discina Sullivantii M. mss. : excipulo explanato, disco coccineo centro depresso ad ambitum convexum subreflexo, subtus pallidiori, costis a stipite centrali brevissimo radiantibus percurso; ascis octosporis, sporis oblongis nucleolum hyalinum utroque fine amandatum includentibus.

Hab. Ad ramos dejectos, augusto. Columbus : Sullivant, *Icon.*, n° 210.

Desc. Excipulum orbiculatum, explanatum, imo margine reflexo convexulum, centro depressum, coccineum, subtus concolor, costis simplicibus exstantibus, a stipite brevissimo, 1-2 millim. longo albo-fibrilloso radiantibus, exsiccatione pallidius, e croceo luteum, 6-20 millim. diametro æquans. Asci cylindrici, fere 1/5 millim. longi, 8-spori. Sporæ oblongæ, 2 centimillim. longæ, limbo cinctæ, utroque fine nucleolum hyalinum includentes.

616. Peziza tricholoma M., — *Ann.*, 2, II, p. 77, t. 4, f. 2, et *Guy.*, n° 444. — stipitata; cupula carnosa hemisphærico-turbinata lutea, extus rugoso-costata, setis concoloribus longis rigidis præsertim ad marginem hirsuta; stipite glabro; ascis cylindricis obtusis sporas 8 oblongas moniliformi-seriatas foventibus, paraphysibus o.

Hab. Ad lignum putridum. Rio de Janeiro : Gaudichaud. —Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 890 et 891. —Edulis.

617. P. cœlopus M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 398, t. 8, f. 4. — magna, solitaria, cyathiformis, fusco-nigra; cupula hemisphærica extus reticulato-rugosa, intus lævi; stipite clavato cavo basi fibrilloso-radiculoso.

Hab. Ad terram aut fimum circa Valdiviam : Cl. Gay.

618. P. abnormis M., —*Fl. J. Fern.*, n° 26, et *Fl. Chil.*, VII, p. 401. — sessilis, applanata, confluens, albida, subtus hirta; disco villosulo.

Hab. Ad cortices arborum in montibus. Juan Fernandez : Bertero.

619. P. Ascoboloides Bert., — *in* M., *Cent.* I, n° 47, et *Fl. Chil.*, VII, p. 402, ubi descriptio. — cupula concava, aurantio-flava, disco concolori papilloso-granulato, margine ciliis albis deciduis instructa; ascis cylindricis sporas octonas primitus globosas tandem oblongas limbatas foventibus.

Hab. Ad vinacea prope Rancagua reipublicæ Chilensis : Bertero.

620. P. Valenzueliana Bert., — *in* M., ll. cc., — cupula late campanulata, pallide fulva, glaberrima, margine demum planiusculo subdepresso undulato integro ciliato, subtus pallidiori, in stipitis rudimentum producta.

Hab. Ad terram in locis umbrosis, in hortorum muris destructis non longe a Rancagua Chiles, majo, post pluvias : Bertero.

621. P. spadiceo-atra M., — *Prodr. J. Fern.*, n° 26, et *Fl. Chil.*, VII, p. 401. — spadicea; cupula stipitata, hypocrateriformi, tandem planiuscula; disco atro; ascis clavatis inter paraphyses numerosas nidulantibus et sporas 8 oblongas utroque fine attenuatas foventibus.

Hab. In sylvis montosis Juan Fernandez ad folia dejecta : Bertero.

622. P. quillotensis M., — *Fl. Chil.*, l. c., p. 402. — sessilis, orbicularis, tenuis, applanata, rufo-fusca, subtus nuda dilutior.

Hab. Ad oras viarum prope Quillota : Bertero, n° 1228.

623. P. Godroniana M., — *Cent.* III, n° 46. — subsessilis, primum ore clauso breviter turbinata aut clavæformis, tandem cupulæ apertæ margine inflexo hemisphærica, extus villo amœne violaceo vestita, carne nigrescente; disco ceraceo carneo.

Hab. Ad corticem in truncis vivis Quercuum prope Nanceium : Godron.

Syn. *P. episcopalis* L. Duf., *in* Desmaz., *Ann.*, 2, XIX, p. 367.

Obs. Ad Lachnellas Fries nunc referenda.

624. P. phlyctispora M., — *Cent.* V, n° 88. — sessilis; cupula orbiculari tandem applanata, disco aurantio, subtus araneoso-tomentosa, tomento albo; paraphysibus capillaribus apice incrassato aurantiacis, sporis oblongis, episporio bulloso hyalinis.

Hab. In solo arenoso. Cayenna, januar. : Leprieur, absque numero.

* P. ARDENNENSIS M., *Ann.*, 2, V, p. 287 (descriptio), t. 13, f. 9.

HAB. Ad truncos et ramos emortuos *Rubi fructicosi*, prope Sedanum in Ardennis; Parisios, apud Meudon : IPSE.

SYN. *P. rhabarbarina* BERK., nomen prioritatis jure gaudens. — *Lachnella rhabarbarina* FRIES, *Sum. Veg. Scand.*, p. 365.

625. P. CROCATA M., — *Cent.* II, n° 19. — minuta, tenuis, stipitata; cupula demum applanata amœne crocea utrinque glabra; stipite albido-succineo albo-villosulo, demum glabrescente pellucido.

HAB. Ad petiol. folior. deject. in sylvis sinnamariensibus, januario : LEPRIEUR, *Coll.* n° 439.

626. P. PYROSTOMA M., — *Cent.* V, n° 87. — caulicola, sparsa, minuta, badia, subglabra; ore connivente, pilis lutescenti-rufis clauso; sporis 8 biseriatis.

HAB. In culmis secalinis, in Gallia centrali, apud Lemovicem : LAMY.

627. P. CROCINA M. et FRIES, — *Notice etc., in Ann.*, 2, V, p. 289. — sparsa, sessilis, tremellosa, primo punctiformis, purpurea demum applanata, irregularis crocea, centro dilutiore vix depresso.—An *Calloria?*

HAB. Ad ramos emortuos denudatos nec non ad schidias in sylvis prope Sedanum : IPSE.

628. P. ERYTHROSTIGMA M., — *Cent.* III, n° 47. — sessilis, gregaria, minutissima, punctiformis, ovoidea, rubra; cupulis carnoso-tremellosis clausis e basi angustiore ovatis, extus subvillosulis.

HAB. In *Frullania dilatata* ad pagum Chennevières-sur-Marne, septembri exeunte : IPSE.

629. P. LEUCORRHODINA M., — *Cuba*, p. 360, t. 13, f. 4. — (Tapezia) sessilis, sparsa vel aggregata conglomerataque; cupulis amœne roseis vel carneis in sicco concavis, margine crasso obtuso, humectis subgelatinosis, disco vix impresso, subiculo byssino niveo radiante orbiculari insidentibus; sporis cymbi-fusiformibus 3-4 septatis ascis conformibus inclusis.

HAB. In foliis Malvacearum Cubæ : RAMON DE LA SAGRA.

630. HELOTIUM LIVIDUM M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 307. — hypophyllum, erumpens; cupula subsessili tandem explanata, marginata,

extus glabra fuscescente, disco pallido tandem livido-fusco; ascis clavatis sporas 8 lineari-oblongas simplices hyalinas foventibus.

Hab. In pagina inferiori foliorum *Æloxici punctati*, in provinciis Chiles meridionalis : Cl. Gay.

631. H. titubans M., — l. c., p. 408, t. 8, f. 6. — amphigenum, gregarium; cupula minutula, planiuscula, apice stipitis attenuati atrati inflexo nutante, disco umbrino; ascis clavatis sporas 8 oblongo-fusiformes simplices foventibus.

Hab. Ad utramque paginam foliorum coriaceorum. Chile : Cl. Gay.

632. H. leucopus M., — l. c., p. 410. — hypophyllum, erumpens, sparsum, glabrum; cupulæ obconico-turbinatæ, fulvæ, disco planiusculo, stipite breviusculo pallido, basi subbulbosa byssina alba.

Hab. Ad paginam inferiorem foliorum *Perseæ Lingue*. Chile: Cl. Gay.

† 633. H. Cesatii M., — *in litt. ad cl. baronem* Cesatium. — hypophyllum, erumpens; cupula subsessili obconica extus adnato-fibrillosa fuliginosa; disco tandem applanato livido; ascis longe clavatis inter paraphyses apice pistilliformes nidulantibus; sporis bacillaribus.

Hab. Ad folia quercina delapsa circa Brixiam detexit cl. Cesati, nomine cujus eam insignire volui.

Desc. Cupula initio clavata, *Sphinctrinam* referens, ore primitus clauso, mox aperto obconica. Discus marginem æquans, corneo-lividus, planus, 1/4 ad 2/5 millim. diametro æquans. Stipes brevissimus cum cupula vix semimillim. metitur. Asci clavæformes, 17 centimillim. longi. Sporæ (immaturæ) bacillares, 6 ad 9 centimillim. longæ, tenuissimæ, continuæ.

Obs. Species ut videtur distinctissima saltem ab omnibus Helotiis mihi notis perquam diversa, et forsan ad Cenangia revocanda. Asci et sporæ Hysterographiorum.

Ordo II. BULGARIACEI.

634. Bulgaria chilensis M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 412. — fusco-atra, cupulæformis, sessilis, mox explanata, margine revoluta, subtus venuloso-reticulata, villosula, supra (an exsiccatione?) rimosula; ascis 8-sporis, sporis hyalinis, antheridiis? granulosis.

Hab. Ad cortices arborum prope Valdiviam Chiles.: Cl. Gay.

disco livido-fusco pulvere copioso sulphureo velato; ascis cylindricis 8-sporis; sporis ovoideis inæqualiter biloculatibus.

Hab. Ad cortices in Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 1343.

Desc. Excipula e cortice erumpentia, gregaria vel cæspitoso-confluentia, primo sphærica clausa, semen Cannabis magnitudine æquantia, dein hemisphærica aut pressione mutua irregularia, 1 ad 1 1/2 millim. lata discusque planus, livido-fuscus, marginem crassum interdum flexuosum æquans, in omni ætate pulvere copioso helvolo-sulfurescente conspersi. Asci longissimi, cylindracei, basi longe attenuati, fere 1/4 millim. longitudine metientes, inter paraphyses virgato-ramosas nidulantes et sporas octonas uniseriatas foventes. Sporæ ovoideæ, $0^{mm},03$ longæ, $0^{mm},015$ medio crassæ, loculis binis inæqualibus divisæ, limbo lato cinctæ.

Obs. *C. pulveraceo* affine at magnitudine, colore et præsertim sporis dignoscendum. An typus novi generis?

644. Patellaria discolor M. et Fries, — *Notice etc., in Ann.*, 2, V, p. 290. — ceracea, suberumpens, gregaria, sessilis, plano-patellata, extus umbrino-fusca; disco cerino-lutescente; ascis clavatis, sporis fusiformibus hyalinis, intus ad speciem tetrasporulosis.

Hab. Ad ramos *Corni sanguinei*, Sedano : Ipse; Valdivia, in Chile : Cl. Gay. Sporæ paululum majores.

645. P. rhizogena M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 420, t. 8, f. 7. — aggregata, tuberculariæformis, atra, stipitata; cupula coriacea, sicca marginata, madida convexa papillosa; stipite brevissimo crasso; ascis clavatis paraphysibus stipatis, 8-sporis, sporis oblongis di-tetrablastis. — An hujusce generis?

Hab. In radicibus cujusdam plantæ mihi ignotæ, in Chile : Cl. Gay.

646. Sphinctrina nitida M., — *Canar.*, p. 81, sub *Patellaria*. — minima, coriacea, picea, nitens; cupula hemisphærico-turbinata, disco concavo nigro, margine obtuso, cum stipite duplo longiore e basi cylindrica sursum incrassato confluente; ascis maximis clavæformibus 8-sporis, sporis uniseptatis, paraphysibus nullis.

Hab. Ad cæspites *Plagiochilæ spinulosæ* in insula Gomera : Webb.

XVII. HYMENOBOLUS M.

Cupula erumpens, coriacea, fusco-atra, primum clausa, dein ore lacero subconnivente rupta. Hymenium concolor, ceraceum, atro-pulverulentum, tandem prorsus elabens. Asci tubulosi, sporis simplicibus atris utroque fine obscurioribus referti, paraphysibus continuis filiformibus intermixti, demum elastice dissilientes. — M., *Ann. sc. nat.*, 3, IV, p. 359. — Fries, *Summa Veget. Scandin.*, p. 358.

† 647. H. Agaves DR. et M., — *Cent.* V, n° 90, et *Fl. Alg. ined.*, *Atlas*, t. 28, f. 2. — Characteres iidem ac generis.

Hab. Sub epidermide foliorum *Agaves* emortuorum in collibus *Bab-el-Oued* nuncupatis. Algeria : Durieu.

Desc. Innato-erumpens. Cupulæ sparsæ aut seriatæ, sub epidermide rimosa foliorum enatæ, e cortice tandem erumpentes, primitus clausæ, sessiles, extus intusque fuscæ, subtus planiusculæ adnatæ, demum apertæ, 2-4 millim. latæ, semimillimetrum in medio crassæ, coriaceæ, siccæ fragiles, acute marginatæ, ore inflexo, laciniis epidermidis stellatim ruptæ patentibus aut strictis cinctæ. Asci inter paraphyses constipatas nidulantes, 12-16 centimillimetra longi, centimillimetro crassiores, hyalino-fuliginosi, apice fuscescentes. Sporæ octonæ, serie simplici ascis inclusæ, oblongæ, 1 1/2-2 centimillimetra longitudine, vix centimillimetrum vero crassitudine metientia, primo hyalina, tandem fuscidula.

Ordo V. PHACIDIACEI.

648. Hysterium Stenogramma DR. et M., — *Fl. Alg.*, p. 553. — perithecils innatis anguste linearibus acutissimis nigris, in series parallelas dispositis, labiis cum matrice concretis acutis conniventibus; disco planiusculo fuscescente; ascis clavatis ventricosis, sporas oblongas subsenas obtusas quadriloculares foventibus.

Hab. Ad caules exsiccatos *Ferulæ*. Alger : Durieu.

† 649. H. Uraniæ M.,— *Guy.*, mss., n° 454.— epiphyllum, innato-erumpens, longitudinale, ex ovato lineare, rectum, apicibus obtusum,

atrum, opacum, labiis conniventibus cum marginibus epidermidis fissæ tandem discretis supra trilineatum; ascis longe clavatis sporas octonas aciculares transverse multiseptatas foventibus.

Hab. In foliis *Uraniæ guyanensis*. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 870.

Desc. Perithecia initio ovata, mox linearia, recta, 1-2 millim. longa, innata, erumpentia, nigra, opaca, intus cornea, disco lineari inter labia epidermidis atratæ subdiscreta prominente. Asci longe clavati, 8-10 centimillim. longi, octospori. Sporæ tenuissimæ, aciculares, 3 centimillim. longæ, vix 2 millimillim. crassæ, septis 10-16 transversis divisæ.

Obs. *Hysterio plantarum* perquam breviter descripto, omissis insuper fructus characteribus, species affinis.

* Phacidium Phomatoides M., — *Guy.*, n° 456. — Cfr. *Sphæria Phomatoides*.

SCHIZOXYLON Pers. emend.

Perithecium dimidiatum, erumpens, tandem rima longitudinali dehiscens, nucleumque disciformem, ascigerum (!) pruinosum retegens. Asci cylindrici, paraphysibus stipati, longissimi, hyalini, sporas filiformes, longissimas, altero fine crassiores, transversim multiseptatas et, illarum *Cordycipitis* ad instar, in sporulas minutissimas oblongo-quadratas seu utrinque truncatas numerosissimas abeuntes, includentes. — M., *Fl. Alg.*, p. 557 et 558.

* Schizoxylon sepincola Pers. — M., l. c., p. 558, t. 27, f. 7. — analysis fructus.

650. Pilidium myrtinum DR. et M., — *Fl. Alg.*, p. 598, t. 26, f. 8. — peritheciis amphigenis, sparsis, orbicularibus, pezizoideo-collabentibus badiis tandem epidermide radiatim rupta revolutaque nudis; sporis innumeris minutis fusiformibus curvulis.

Hab. In foliis dejectis Myrtacearum. Philippeville Algeriæ : Durieu; in republ. Chilensi : Cl. Gay. — M., *Fl. Chil.*, VII, p. 423, descriptio.

† 651. Lembosia catervaria M., — *Guy.*, mss., n° 460. — epiphylla; peritheciis elongatis in maculas suborbiculares vel irregulares sub-

sparsas fusco-atras confluentibus tandem rimose ruptis; ascis subsphæricis hyalinis sporas 8 ovato-oblongas mox fuscescentes biloculares medio constrictas includentibus.

Hab. Ad folia coriacea. Cayenna : Leprieur, *Coll.* nos 1132 et 1154.

Desc. Perithecia initio punctiformia, dein in subiculo fibrilloso aggregata, oblonga, hysterina, apicibus obtusis, interdum trigona, vix ac ne vix 1/3 millim. longa, tandem rima longitudinali dehiscentia, maculas in folio orbiculares, atras, 2-5 millim. diametro metientes efformantia. Asci ovoideo-sphærici, 4-7 centimillim. crassi, octospori. Sporæ ovoideo-oblongæ, 3 centimillim. longæ, 1/2 centimillim. crassæ, binucleolatæ, medio in forma 8 constrictæ.

Obs. *Lembosiæ Dendrochili* Lév. affinis, ab eo tamen præsentia subiculi maculas regulares efficientis, manifeste recedit.

652. Rhytisma gyrosum M., — *Cuba*, p. 357. — epiphyllum, innatum, orbiculatum, atro-nitens, colliculosum, folio immutato insidens, tandem centro pustulæ secedente annulare; ascis clavatis sporas subsenas multiformes foventibus.

Hab. Ad paginam superiorem foliorum coriac. in Cuba : Ramon de la Sagra; Guyana : Leprieur.

653. R. maculans M., — l. c. — epiphyllum, innatum, minutum, convexum, læve, atro-nitens, maculis folii decolorati gregatim insidens; ascis....., sporis fusiformi-oblongis.

Hab. Ad folia coriacea in Cuba : Ramon de la Sagra.

654. R. australe DR. et M., — *Fl. Alg.*, p. 561. — epiphyllum, innatum, parvulum, complanatum, maculam carneo-pallescentem insidens, rugosum, opacum, atrum, rima orbiculata gyrosa dehiscens; disco maculæ concolori; ascis clavatis, initio apice acuminatis sporas 8 longissimas lineari-subulatas hyalinas foventibus.

Hab. In foliis *Salicis purpureæ* in paludibus τοῦ Arrach Algeriæ : Durieu.

655. R. Myricæ M., — *Cent.* IV, n° 96. — epi-et hypophyllum, innatum, orbiculatum, atro-nitens, in pagina inferiori glandulis albo-punctatum, intus nigrum, rimis pluribus dehiscens; sporis oblongis utroque fine truncatis.

Hab. In foliis *Myricæ cordifoliæ*. Prom. Bonæ Spei : Boivin.

† 656. R. Rubiæ M., — *in litteris ad cl.* Castagne.—innatum, hypophyllum, gregarium confluensque, punctiforme, convexum, cupulari-depressum, fusco-atrum, opacum, intus fuscum, frustulatim secedens; ascis e fundo erectis clavatis sporas 8 oblongas altero fine attenuatas quadrinucleolatas foventibus.

Hab. In pagina inferiori foliorum *Rubiæ tinctorum*. Montaud, in Gallia meridionali : Castagne.

Desc. Macula nulla. Perithecia hemisphærico-depressa, vix millim. diametro æquantia, quandoque confluentia, centro collapsa, fusco-atra, rima unica pluribusve (sæpius ternis) a centro radiantibus dehiscentia, tandem secedentia. Asci 7 centimillim. sporæ centimillim. longitudine æquantes.

† 657. R. Astrocaryi M.,—*Guy.*, mss., n° 457.— epiphyllum, sparsum, tenue, irregulariter oblongum, confluens, atro-fuscum, opacum, demum costis elevatis rectis hysterinis rimose ruptum secedensque.

Hab. Ad folia *Astrocaryi vulgaris* in Guyana frequens : Leprieur, *Coll.* n° 1120.

Desc. Maculæ gregariæ, tenuissimæ, fragiles, secedentes, quoad formam magnitudinemque variæ, centro nigrescentes, ambitu fuscæ. Mox costæ lineares, rectæ, directione variæ sensim elevantur, quæ tandem rimosæ seu labiatim dehiscunt. Asci breviter clavati, sporas 8 oblongas biloculares fuscescentes fovent.

† 658. R. Myrciæ M., — *Guy.*, mss., n° 458. — amphigenum, maculare, innatum, tuberculis confertis irregulariter confluentibus constans, atrum opacum, subtus convexum læve, supra applanatum rugulosum, rimis flexuosis dehiscens, intus nigrum; nucleis minutis albis in macula alte immersis; ascis cylindricis sporas 8 uniseriales quadrinucleolatas hyalinas includentibus.

Hab. In utraque pagina foliorum *Myrciæ* cujusdam, in Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 1140.

Desc. Maculæ gregatim confertæ, atræ, opacæ, utramque folii paginam invadentes, supra deplanatæ, rugosæ, tandem rimis flexuosis percursæ, subtus peritheciis primo hemisphærico-depressis dein confluentibus tuberculosæ subpapillosæque. Perithecia lenticularia, alte sepulta, nucleum album gelatinosum foventia. Asci cylindracei, decimillim. longi, centimillim. crassi octospori. Sporæ oblongo-cymbi-

formes, 0mm,015 longæ, vel seriatim vel imbricatim dispositæ, ut et asci, hyalinæ.

659. Leptostroma Orchidearum M., — *Cuba*, p. 357, — innatum, punctiformi-orbiculare, interdum confluens, atro-fuscum opacum, longitrorsum striatum; ascis breviter clavatis sporas senas ovato-ellipticas hyalinas foventibus.

Hab. Ad caules et vaginas foliorum Orchidearum in Cuba : Ramon de la Sagra.

660. L. fragilissimum M., — *Cent.* VI, n° 12. — hypophyllum, difforme, convexo-planum, atrum, opacum, ruguloso-reticulatum; peritheciis punctiformibus confluentibus tandem in crustam orbicularem aut irregularem congregatis; sporis lineari-oblongis. Habitus *Dothideæ granulosæ* Hook.

Hab. In foliis *Lindseæ*. Taiti : J. Lépine.

661. L. Holoschœni DR. et M., — *Fl. Alg.*, p. 615. — minutissimum, punctiforme, orbiculatum, atrum, nitidum, *Microthyrium* quoddam referens, tandem secedens; sporis oblongis ad speciem uniseptatis.

Hab. Ad culmos *Holoschœni*. Alger : Durieu.

XVIII. GLŒOSPORIUM Desm. et M.

Perithecium nullum. Sporæ ex ovoideo pyriformes aut subcylindricæ, subcontinuæ, hyalinæ, pedicello (sporophoro) e parenchymate folii exorto suffultæ, mox liberæ et sub epidermide collectæ, tandem, hac rupta, ope mucilaginis subcirrose rejectæ, cirris achromaticis. — M., *Cent.* VI, *Ann.*, 3, XII, p. 295.

Obs. Hoc et sequens genus (n° XIX) quoad locum in systemate ambigua forsan inter Gymnomycetes prope *Fusarium* commodius militarent

662. Glœosporium Castagnei Desm. et M.,—*in* M., *Cent.* VI, n° 79, l. c., et Castagne, *Supplém.*, p. 58, t. IX.—epiphyllum, maculis orbicularibus confluentibus brunneis, sporis ovoideis aut pyriformibus brevipedicellatis, cirris niveis crassis.

Hab. In pagina superiori foliorum *Populi albæ*. Montaud et Aix, in Gallia meridionali : Castagne.

663. G. sarmentitium M., — *in* Castagne, *Supplém.*, p. 58. — punctiforme, fuscum, maculis orbicularibus gregariis haud confluentibus, sporis oblongo-fusiformibus sporulas? binas globosas foventibus.

Hab. In sarmentis *Vitis viniferæ*, apud Montaud : Castagne.

664. G. Cydoniæ M., — l. c., p. 59. — epiphyllum, maculis irregularibus confluentibus brunneis rugulosis, acervulis minutissimis punctiformibus, cirris tenuissimis niveis, sporis oblongo-linearibus hyalinis continuis brevissime stipitatis.

Hab. In foliis *Cydoniæ vulgaris* : Castagne.

Ordo VI. STICTEI.

665. Propolis Psychotriæ M., — *Cent.* III, n° 48. — hypophylla, gregaria, immersa, punctiformis, orbicularis, epidermide lacerata reflexa albo-marginata; disco plano atro.

Hab. Ad folia *Psychotriæ* cujusdam. Surinam : Splitgerber, n° 1315.

P. quadrifida Lév., sub *Stictide*. — M., *Fl. Chil.*, VII, p. 425. t. 8, f. 8; descriptio et icon.

666. Stictis Lichenicola M. et Fries, — *Notice etc.*, *Ann.*, 2, V, p. 281, t. 13., f. 3. — erumpens, carnoso-ceracea, cupuliformis; disco cæsio-nigro planiusculo, margine obtuso cinereo-nigricante, a matrice stellatim rupta primitus obtecto; ascis et sporis *Urceolariæ scruposæ*.

Hab. In thallo foliaceo podetiisque *Cladoniæ pyxidatæ*. Lorient : Ipse; Vire : Pelvet.

Obs. Ratio evolutionis mihi tenebrosa et OEdipum alterum postulat. Licet nihil aliud esse videatur nisi apothecia *Urceolariæ scruposæ* Ach. in thallo *Cladoniæ* parasitantia, tamen nihilominus mysteria delecti loci occulta remanent.

667. S. thelotrema M., — *Cuba*, p. 356. — erumpens, membranacea, subtremellosa, pateræformis, dein planiuscula; margine tenui libero, hymenio (disco) livido-viridescenti deliquescente.

Hab. Ad cortices ramorum, in Cuba : Ramon de la Sagra.

† 668. S. (Melittiosporium) CRUENTATA M., — *Guy., Lich. ad calcem*, et mss., n° 462. — erumpens, convexo-plana, lenticularis; limbo radiatim lacero dehiscente, sanguineo-pulverulento; disco planiusculo atro-fusco nudo; sporis ovoideis multicellulosis.

HAB. Ad cortices in Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* n° 805.

DESC. Hypophlœa, gregaria confluensque. Discus (hymenium) sub epidermide corticis, quam erumpendo ejecit, oriens, primitus limbo aut velo integro mox radiatim lacero pulvere rubro consperso tectus, tandem nudus, fusco-ater. Asci magni, clavati, 8-spori, paraphysibus stipati. Sporæ ex oblongo ovoideæ, 0mm,025 longæ, quinqueannulatæ, annulis quadrate cellulosis. Eximia species.

† 669. STICTIS (Cryptodiscus) CONVALLARIÆ M. et CES. — *in litteris.* — sparsa, minuta, punctiformis, atra; disco elliptico primitus epidermide tecto, centro depresso, mox epidermide secedente nudo obscure rufo atro-marginato; ascis oblongis in stipitem brevem attenuatis 8-sporis paraphysibusque stipatis, sporis lineari-oblongis hyalinis sporulas senas globosas uniseriatas foventibus.

HAB. In caulibus siccis *Convallariæ latifoliæ*, in viciniis Brixiæ Longobardiæ : CESATI.

DESC. Puncta gregaria, oblongo-elliptica, 1/4-1/3 millim. longa, 1/5-1/4 millim. lata, initio atra, medio subcupulari-depressa, mox epidermide atrata secedente disciformia, nuda, disco rufa, atro-marginata. Asci erecti, augmento microscopii 800 diam. tantum satis conspicui, oblongo-cylindrici, basi attenuata stipitati, 7 centimillim. longi, 75 millimillim. crassi, paraphysibus tenuissimis apice paululum incrassatis concomitati. Sporæ octonæ, inordinatæ, oblongo-lineares, sesquicentimillim. longitudine superantes, 15 millimillim. crassæ, utroque fine obtusæ, sporulas 6 globosas unica serie foventes.

† 670. S. (Cryptodiscus) LEPRIEURII M., — *Guy., Lichenes, ad calcem*, et mss., n° 463. — immersa, gregaria, confluens, demum majuscula; disco rufo nudo, ore primitus albo-velato tandem revoluto, repando flexuoso; sporis ellipticis tetrapyreniis hyalinis.

HAB. Ad cortices Guyanæ : LEPRIEUR, *Coll.* n°s 806-808.

DESC. Erumpentes, punctiformes, agglomerato-confluentes, velo albo tectæ. Discus minutus, mox confluentia plurium latior, 2 millim. diametro metiens, rufus castaneusve, planus, nudus, ore prius con-

nivente albo-farinoso stellatim dentato revoluto cinctus, flexuoso-repandus. Asci inter paraphyses filiformes clavati, 10 centimillim. longi, sporas octonas oblongas quadrinucleolatas unica serie fovente.

Obs. *S. Lecanoræ* et *S. ocellatæ* affinis, at maxime ab utroque diversa.

† 671. S. MICROSTICTA M., — Il. cc. et *Guy.*, mss., n° 465. — erumpens, minutissima, punctiformis, tandem irregulariter orbiculata; disco tremellino cæsio-pruinoso, ore stellatim dentato reflexo albocincto; ascis sporisque linearibus minimis.

Hab. Ad cortices in Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 1331.

Desc. Hypophlœa, erumpens, 1/4 millim. vix æquans. Discus planus, madore convexus, tremellosus, omni ætate cæsio-pruinosus, ore stellatim dentato reflexo cinctus. Asci cylindrici, $0^{mm},05$ longi, paraphysibus comitati, sporas lineares, centimillim. longas, hyalinas, subinconspicuas quinquenucleolatas foventes.

Obs. Ab omnibus congeneribus minutie partium omnium, a priori iisdem notis et disco pruinoso differt.

672. Nævia valvata M., — *Ann.*, 2, VI, p. 337, sub *Stictide*. — innata, elliptico-oblonga, tecta, demum epidermide circumscissa elapsa nuda; hymenio (disco) submarginato nigro; ascis filiformibus sporas globosas uniseriatas foventibus.

Hab. In Gallia occidentali, ad culmos *Calamagrostis arenariæ*. Royan : Lamy, n^os^ 2272 et 2343. — Desm., *Exsic.*, n° 1424.

XIX. ASCOMYCES Desm. et M.

Sporangia (flocci) subclavata, ascomorpha, primitus nuda, simplicia, erecta, sporis minutis ovoideis aut oblongis, continuis, hyalinis referta et in cæspites epiphyllos maculæformes aggregata. — M., *Ann.*, 3. X, p. 344, et in Desm., 16^e^ *Notice*, etc. — Locus in systemate dubius.

673. Ascomyces cærulescens Desm. et M., — l. c., p. 345, et *in* Castagne., *Supplém.*, p. 83, t. X. — hypophyllus; sporangiis subcylindricis apice obtusis polysporis, maculas suborbiculares tandem con-

fluenti-irregulares cœruleo-fulvescentes subtus pallidiores insidentibus;. sporis minutissimis oblongo-ovoideis vertice sporangii rupto erumpentibus.

Hab. In foliis vivis *Quercus coccifera*. Montaud : Castagne.

Familia V. PYRENOMYCETES.

Char. emend. Nucleus subgelatinosus ceraceusve, asco-vel sporophorus, conceptaculo vario (infimis matrice) receptus.

Perithecia membranacea, carnosa, cornea aut carbonacea, plerumque atra, raro læte colorata, solitaria, aggregata aut stromate communi juncta, quoad formam perquam varia, ovoidea scilicet, cylindrica, imo cupulari-discoidea, complanata, sæpius vero rotunda, integra aut dimidiata, ostiolo papillato plus minusve elongato instructa, sæpe poro simplici, labiatim, rimose, rima singula aut pluribus, vel circumscisse dehiscentia, e cellulis sphæricis, polyedris in membranam uni-pluristratosam contextis, rarius e fibris paralleliter junctis, composita. Stroma nullum aut forma naturaque maxime varium, tum verticale, simplex aut ramosum, ovoideum, cylindroideum aut clavatum, tum horizontale effuso-applanatum, convexo-hemisphæricum, subglobosum, poculiforme, lignosum, suberosum, celluloso-aut fibroso-carnosum, etiam flocculoso-membranaceum. Nucleus plerumque mucilaginosus, bibulus, opalinus, firmus aut diffluens, ex ascis fixis aut deliquescentibus sporogenis paraphysibus sæpius immixtis aut sporis nudis simpliciter pedicellatis constans. Asci cylindracei aut e pyriformi clavæformes, hyalini, erecti aut e parietibus perithecii centrum versus vergentes, sporas varias, limpidas aut opacas, mono-pleiostichas includentes. Sporæ nudæ seu acrogenæ (id est ascis haud receptæ) continuæ aut specie septatæ, mono-pleiopyreniæ, hyalinæ aut colore fusco tinctæ, primitus (ut plurimum) sporophoris fultæ, nonnunquam cum gelatina sub formam cirrhosam globulosamve ad maturitatem ejiciendæ.

Ex sententia illustrissimi Friesii de duplici fructus forma Pyrenomycetum disserentis, species ascophoræ ut perfectæ, acrosporæ ut atypicæ habendæ sunt (*Sum. Veget. Scandin.*, p. 376). Observationes recentiores clarissimi Tulasne aperte declarant in fungis hujusce familiæ formas adesse duplices triplicesque fructus, quæ vel approximatæ vel sejunctæ eamdem stirpem vel aliam inhabitant. Nosmetipsi exemplum præsentiæ amborum fructuum non recusandum in novo genere MAZZANTIA afferre possumus. Ut hæc sunt, nihilominus permultæ res tamen ad hoc argumentum adhuc occultæ penitusque manent abditæ.

Fungi annui aut perennes, raro epigæi vel entomogeni, plerumque vero epiphyti, xylo-phlœo-caulo-phyllogeni, in toto terrarum orbe provenientes et facile, siquidem ex Friesii computatione (l. c.) plus quam centena millia, pone omnes cognitas esse, species annumerant, cæteras scilicet regni vegetabilis numero superantes.

SYN. *Pyrenomycetes* FRIES, *Syst. Myc.*, II, p. 312. — DR. et M., *Fl. Alg.*, p. 543 et seqq. — *Hypoxyla* DC., *Fl. Fr.* — DUBY, *Bot. Gall.*

ORDO I. SPHÆRIACEI.

674. CORDYCEPS LARVATA M., — *Guy.*, n° 466. — carnosa, aurantiaca; capitulo cylindraceo cum stipite æquali (incurvo) confluente; peritheciis perphericis ovatis magnis immersis pallidis, ostiolis erumpentibus fuscis; ascis filiformibus sporas globosas numerosas uniseriales foventibus.

HAB. In sylvis montosis Kau, ad cortices, in Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* n° 402.

SYN. *Hypocrea militaris* M., *Cent.* IV, n° 89, *in Ann. sc. nat.*, 2, III, p. 341, non FRIES.

675. C. STRANGULANS M., — *Guy.*, n° 468. — atro-virens, armillæformis, carnosa, nodos culmi ambiens, ex ostiolis granulosa, intus pallida; ascis tenuissimis, longissimis, hyalinis, illis *Cordycipitis Ro-*

bertsii simillimis, cellula pellucida coronatis, polysporis, sporis linearibus pertenuibus, in segmenta longitudine incerta (sporulæ?) secedentibus.

Hab. Ad culmos *Paspali* cujusdam mihi haud cogniti in viciniis Cayennæ : Leprieur, *Coll.* n° 1146.

* C. gracilis DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 449, *Atl.*, t. 25, f. 2. — stipite elongato tereti rhizophoro; capitulo ellipsoideo distincto brunneo; peritheciis perphericis carnosis oblongis stromate pallido immersis ostioloque brevi papillæformi instructis; ascis longissimis cylindricis flexuosis inferne attenuatis, sursum cellula magna capitatis, polysporis; sporis capillaribus in segmenta (sporulas?) cylindroidea truncata secedentibus.

Hab. In larvis Insectorum, in declivibus muscosis subumbrosis ad aquilonem conversis collium supra Bab-Azoun, Algeriæ : Durieu; in sylvula Vincennes prope Parisios : Bernier.

Syn. *Xylaria gracilis* Grev., *Scot. Crypt. Fl.*, t. 86.— *Sphæria gracilis* Fries, *Syst. Myc.*, III, *Ind. Alphab.*

† 676. C. brevipes M.,—*Guy.*, mss., n° 467.—fusca, brevissime stipitata; stipite crasso plicato-striato, in discum convexum depressum radiato-rugulosum, ostiolis confertis ore farinosis punctatum, subtus concavum ampliato; peritheciis perphericis minimis e globoso ovoideis erectis monostichis; ascis et sporis *Hypocreæ*.

Hab. Ad ligna putrida. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1073.

Desc. Pygmæa, tota vix bimillim. alta, fusca, intus suberoso-fibrosa alba. Discus capitatus subconvexo-depressus, millim. latus, rugulosus, superne ostiolis confertis prominulis albo-punctatus. Perithecia perphericа, ovoideo-sphærica, erecta, 1/5-1/8 millim. minora. Asci lineares, 6/100 millim. longi, $0^{mm},0025$ crassi, sporas 16 globosas uniseriatas includentes.

Obs. Vegetatio autem *Poroniæ* a cl. Friesio recenter limitatæ, fructus vero *Hypocreæ* v. g. *citrinæ*. An idcirco huic ultimo generi adnumeranda?

677. Xylaria portentosa M., — *Cent.* I, n° 33, *Fl. Boliv.*, sub *Sphæria* (1839), p. 46, et *Fl. Chil.*, VII, p. 420, t. 9, f. 1. — lignosa; stipite basi ramoso-subfasciculato, clavulis elongato-linguiformibus

atris intus cavis, undique perithecia magna superficialia ovato-globosa crassa papillata gerentibus; sporis cymbiformibus binucleolatis.

Hab. Ad lignum emortuum in Chile : Alc. d'Orbigny.

Syn. *Sphæria antilopea* Lév., *Champ. Hb. Mus. Paris.*, *Ann. sc. nat.*, *avril et mai* 1846.

678. X. Rhizomorpha M., — *Cent.* II, n° 24. – carnoso-suberosa, atra, intus nigrescens, a basi ramosa, dichotoma, teres, lævis, apicibus filiformi-attenuatis; peritheciis superficialibus sparsis raro confluentibus depresso-globosis vel ovoideis, ostiolo papillæformi; sporis generis.

Hab. In sylvis Guyanæ : Leprieur, *Coll.* n° 234.

Syn. *Rhizomorpha guyanensis* Fries, *Sum. Veget. Scand.*, p. 382.

679. X. guyanensis M., — *Cent.* II, n° 27, t. 9, f. 2. — suberosa, clavæformis, maxima, crassa, simplex, subcompressa, lævis, fuliginoso-atra, intus alba ; stipite lacunoso-plicato; peritheciis peripheriçis globoso-depressis immersis, ostiolis in disco excavato plano primo albo-velato demum nigro prominulis.

Hab. Ad truncos putridos in Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 250.

680. X. grammica M., — l. c., n° 23, t. 9, f. 1. — magna, suberosa, clavæformis, crustaceo-laccata, rigida, fragilis, fuliginoso-atra, glabra; clavula elongata cum stipite confluente, apice acuminato obtuso sterili, lineolis (sulcis planis) longitudinalibus flexuosis anostomosantibus vix impressis percursa, intus cava; peritheciis carbonaceis tenuibus determinate seriatis, ostiolis in medio sulcorum papillatis.

Hab. Ad truncos putridos in Guyana centrali : Leprieur, *Coll.* n° 253.

681. X. hyperythra M.,—l. c., n° 26.—simplex, suberosa; clavula lanceolata stipitata, stipite glabro basi scutulata affixo, intus pallida, extus atro-corticata veloque subpulverulento rubiginoso persistente obducta, rugosa; peritheciis periphericis immersis carbonaceis atris, ostiolis papillatis, prominulis.

Hab. In sylvis Sinnamariensibus ad truncos putridos : Leprieur.

682. X. cubensis M., — l. c., n° 29, et *Cuba*, p. 347, t. 13, f. 1. — clavæformis, junior cæsio-pruinosa compressa, obtusa, adulta longi-

trorsum medio sulcata aut subbipartita, lævigata, nuda, nigra, initio cæsio-pruinosa, breviter stipitata, clavula intus cava crusta tenui secedente fragili obducta; peritheciis peripheric is confertis globosis strato interiori pallido immersis, ostiolis punctiformi-prominulis.

Hab. Ad ligna putrida, in Cuba : Ramon de la Sagra ; in Guyana : Leprieur.

683. X. ENTEROGENA M., — l. c., n° 25. — stroma clavatum, intus solidum, pallidum, extus velo argillaceo polito plane obductum, stipitatum, stipite brevi compresso sulcato; peritheciis (anormaliter) dimorphis, aliis normalibus peripheric is minoribus et minimis ostiolo subtilissimo instructis, aliis endogenis maximis crassis carbonaceis astomis, nucleo libero ceraceo sporis constante ovato-globosis hyalinis.

Hab. In sylvis Sinnamariensibus ad truncos putridos : Leprieur, *Coll.* n° 411. — M., *Guy.*, n° 474; observationes posteriores.

684. X. RHIZOCOLA M., — l. c., n° 28, t. 9, f. 3. — elata, gracilis; stipite elongato lævi, e radicibus plantæ cujusdam enato, extus opaco, intus solido pallido; clavula pro ratione brevi lanceolata, apice fertili, peritheciis peripheric is confertis minutis atris prominulis rugoso-colliculosa, ostiolis punctiformibus atris.

Hab. In sylvis Guyanæ centralis : Leprieur, *Coll.* n° 235. — M., *Guy.*, n° 478.

685. X. ÆNEA M., — *Guy.*, mss., n° 477. — stromate suberoso clavato obtuso plicato-rugoso tandem æneo glabro, ex ostiolis prominulis crassis exasperato, intus pallido, in stipitem brevissimum basi convexa dilatatum confluente; peritheciis peripheric is minutis immerso-latentibus; sporis maximis.

Hab. In ligno emortuo. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1197.

686. X. COLUMNIFERA M., — *Guy.*, mss., n° 481. — stromate columella filiformi suberosa pallida persistente percurso; clavula cylindracea compressa rugosa cortice rigido fragili vestita, intus cava, extus fulvo-velata tandem glabra cinereo-nigrescente stipiteque longissimo atro-carbonaceis fragilissimis; peritheciis membranaceis.

Hab. Ad ligna prope Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 1227.

687. X. RHYTIDOPHLŒA M., — *Guy.*, mss., n° 480. — simplex; stromate indurato corneo tereti-compresso obtuso vel corniformi,

atro opaco, intus fuliginoso stipiteque brevissimo tenuissime rugoso-reticulatis; peritheciis periphericis globosis immersis atro-farctis, ostiolis prominulis.

Hab. Ad ligna denudata. Cayenna : Leprieur.

688. X. anisopleura M., — *Cent* II, n° 32. — solitaria, lignosa, durissima; clavula cum stipite obliquo obconicis leprosis opacis intus pallidis solidis; peritheciis in parte suprema subhemisphærica tuberculosa submarginata obviis, globosis, parum prominulis, monostichis, ostiolis discoideis centro papillatis ; sporis generis.

Hab. Ad ligna emortua in sylvis Guyanæ : Leprieur. *Coll.* n°s 254 et 438.

689. X. ruginosa M., — *Guy.*, mss., n° 485. — elata, dichotoma, compressa, scruposa, atro-fusca, opaca; clavulis terminalibus ellipticis glabris profunde rugoso-rimosis, intus corneis rigidis; peritheciis majoribus periphericis immersis, ostiolis minutis (ad lentem) prominulis.

Hab. Guyana : Leprieur :

690. X. ianthino-velutina M., — *Cent.* II, n° 34 et *Guy.*, n° 492. — simplex vel ramosa, teres, apice acuto compressa, undique villo longo violaceo-brunneo hirta aut vestita; peritheciis superficialibus, subliberis ovoideis depressis sparsis demum pertusis.

Hab. In fructu putrido *Hymeneæ Courbaril* in Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 574. — An eadem cum X. *Apeibæ*, n° 693 ?

691. X. dichotoma M., — *Cuba*, p. 351, t. 13, f. 3, sub *Hypoxylo*. — cæspitosa, subcarnosa, teres, dichotoma, sub axillis compressa, atro-fusca opaca, solida, intus pallida, undique, apicibus stipitibusque villosis exceptis, peritheciis minutis! globosis prominentibus papillatis tecta.

Hab. Ad ligna dejecta. Cuba : Ramon de la Sagra.

692. X. microcephala M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 432, t. 9, f. 2. — cæspitosa, minuta, 4 millim. alta; stipitibus teretibus ramosis fusco-tomentosis; capitulo globoso depresso millim. crasso concolori; peritheciis paucis immersis intus albis.

Hab. Ad cortices arborum emortuorum in Chile : Bertero.

693. X. APEIBÆ M., — *Guy.*, mss., n° 493. — **suberosa, filiformis, dichotoma, divisionibus patenti-erectis hirsutiuscula; peritheciis** sparsis exsertis mamillatis atris; sporis.....

HAB. In fructibus *Apeibæ*. Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1207.

694. X. ARISTATA M., — *Guy.*, mss., n° 497, t. 5, f. 6. — simplex aut furcata, filiformis, carnoso-suberosa; clavula ex ovoideo sphærica, mucronato-aristata, umbrina, lævi; peritheciis sphæricis latentibus membranaceis, ostiolis prominulis atris; stipite patenti-villoso attenuato; sporis minutis.

HAB. Ad folia *Guttiferæ* cujusdam. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1209.

695. X. AXIFERA M., — *Guy.*, mss. n° 498, t. 5, f. 7. — stipite axiformi filiformi rufo-fuscescente puberulo; clavula prope apicem irregulariter globosa extus intusque atra; peritheciis paucis magnis prominentibus, ostiolis inconspicuis; sporis subquaternis oblongo-fusiformibus fuscis.

HAB. In ramis arborum circa Cayennam : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1192.

696. X. COMOSA M., — *Cent.* II, n° 30, t. 9, f. 5. — simplex, stipitata; stipite coriaceo-suberoso nigro-velutino; clavula brevi elliptica etiam villosula, crusta rimosa (velo) juniore ochroleuca, demum fuscescente obducta, apice varie fimbriata, fimbriis comam fingentibus, intus initio fibris transversis farcta, dein columella axili pallida tantum percursa; peritheciis globosis, sparsis membranaceis mollibus flaccidis collabentibus, ostiolis papillatis rimulas crustæ sæpius insidentibus.

HAB. Ad ligna emortua in sylvis Sinnamariensibus : LEPRIEUR, *Coll.* n° 418.

697. X. COLLABENS M., — l. c., n° 31, t. 9, f. 6. — fragilissima, stipitata; stipite nigro-villoso, villo patenti, simplici aut furcato; clavula magna sphærica, Cerasi magnitudine, nigra, intus cava, extus subsquarrosula, appendice apicali brevi aut nullo instructa; peritheciis peripheriis magnis membranaceis fuscis collabentibus, ostioli papillæformis prominuli limbo interno circulari adnatis; sporis generis at duplo majoribus.

Hab. In cortice arborum in Guyana centrali : Leprieur, *Coll.* nos 407 et 409.

Syn. *Acrosphæria collabens* Corda, *Anleit.*, p. 136.

698. X. Phyllocharis M., — *Guy.*, mss., n° 501. — simplex, filiformis ; clavula cylindrica carnosa, stipite glabro striatulo atro longiori mucronulata ; peritheciis membranaceis innato-peripheriçis, ostiolis atris prominulis ; ascis subtetrasporis, sporis ovoideis minutis brunneis.

Hab. Ad folia dejecta prope Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 1208.

699. X. coccophora M., — *Guy.*, mss., n° 502. — dichotoma, suberosa, tereti-compressa, gracilis ; stipite atro, axillis dilatato-complanato ; clavulis teretibus apice mucronatis torulosis velo fulvo rimuloso primitus vestitis ; peritheciis prominulo-exsertis ; sporis generis.

Hab. Ad ligna putrida. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1398.

700. X. Myosurus M., — *Guy.*, mss., n° 506. — simplex, cornea, atra, myosuroidea, subsessilis ; peritheciis exiguis immersis, ostiolis subprominulis nitidis ; ascis clavatis diffluentibus, sporis 8 seriatis oblongis ob guttulam oleosam specie septatis.

Hab. Ad lignum denudatum. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1412.

701. Thamnomyces rostratus M., — *Cent.* II, n° 21, t. 6, f. 2. — ramosus, ramis teretibus longissimis erectis ; peritheciis lateralibus, sessilibus, ovoideis, patentibus, ostiolo longo acuto rostratis ; sporis fuscis phaseoliformibus.

Hab. Ad truncos prostratos in sylvis Cayennæ : Leprieur, *Coll.* n° 390.

702. T. annulipes M., — *Ann.*, 2, II, p. 75, t. 4, f. 4. — cæspitosus, simplex, flexuosus, annulatus, pollicaris, ater, farctus ; perithecio terminali sphærico extus granulato ; sporis ovoideo-globosis pellucidis.

Hab. Ad cortices in monte Corcovado Brasiliæ : Gaudichaud.

Syn. *Acrosphæria annulipes* Corda, *Anleit.*, p. 136.

* T. Bacillum M., — *Cent.* I, n° 32. — V. Camillea, n° 704.

* CAMILLEA Fries. illustrat.

Stroma verticale, terminiforme, carbonaceum, stipitem mentiens, basi sæpius annulo matricali heleiiformi cinctum. Perithecia heterogenea, linearia aut phialiformia, membranacea, stromate immersa, in orbem disposita et ad apicem truncatum excavatum marginatumque stromatis spectantia, subostiolata vel modo poro pertusa. Asci cylindrici, gelatinosi, deliquescentes, paraphysibus capillaribus immixti, octospori. Sporæ uniseriales, oblongæ aut cymbiformes, continuæ, tandem liberæ, appendiculo ut plurimum uromorpho fine altero caudatæ. —Fries, *Summa Veget. Scandin.*, p. 322. — M., *Crypt. Guyan.*, *Ann. sc. nat.*, 4, III, p. 110. — *Bacillaria* M., *Ann.*, 2, XIII, p. 352; nomen vero jam occupatum mutandum erat.

703. Camillea Leprieurii M., — *Cent.* II, n° 40, t. 10, f. 3, sub *Bacillaria*, et *Guy.*, n° 507, t. 5, f. 1. — cylindrica, carbonacea, polita, extus intusque atra, basi annulo stromatico ocreata, apice primum cortice orbiculatim rupto sublevatoque velata, dein disco abrupte excavata; margine disci obtuso; peritheciis amplis oblongis erectis peripheriçis, collo brevissimo aut nullo, ostiolo in areola insculpta papillato; ascis linearibus prælongis 8-sporis, sporis cymbiformibus primo seriato-concatenatis, dein liberis caudatis, paraphysibus acicularibus.

Hab. Ad cortices ramorum emortuorum in sylvis Guyanæ : Leprieur, *Coll.* n° 243. — Divini Artificis opus admirabile.

704. C. Bacillum M., — *Cent.* I, n° 32. sub *Thamnomyce; Cuba*, p. 343, sub *Hypoxylo*, et *Guy.*, n° 509, t. 5, f. 3. — simplex; stipite cylindrico, basi annulato-ocreato, sursum in clavulam teretem æqualem obtusam, apice punctulatam abeunte; peritheciis paucis oblongo-attenuatis; collo subtilissimo ostioloque impresso instructis; sporis reniformibus fuscis.

Hab. In cortice corrupto ad S. Marcos Cubæ : Auber; in Antillis : Hb. Mougeot.

705. C. Cyclops M., — *Cent.* II, n° 41, t. 10, f. 4, et *Guy.*, n° 510, t. 5, f. 2, asci et sporæ. — stroma e ligno erumpens, carbonaceum,

cylindricum, crassum, breviusculum, durissimum, atro-nitens, apice obtuso rotundato cupuliformi-excavatum; peritheciis immersis inordinatis erectis elongatis pressione mutua difformibus, ostiolis in disco parvo crasse obtuseque marginato vix prominulis; ascis sporisque prioris.

Hab. Ad ligna emortua prope Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 221.

† 706. C. Labellum M., — *Guy.*, mss., n° 511, t. 5, f. 5. — erumpens, velo crasso verrucoso primitus involuta, dein libera; stromate tereti brevi crasso apice cupulari-aperto, margine tenuissime granulato; peritheciis erectis oblongis in collum attenuatis et ostiolo prominulo papillæformi instructis; sporis fusiformibus inæquilateris fuscis.

Hab. In truncis emortuis sub cortice nascens. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1178.

Desc. Hæcce species valde notabilis, more congenerum inter lignum et corticem evolvitur, qua rupta sub formam Lycoperdonis cujusdam echinati in conspectum prodit. Velum primitus stroma involvens et cum eo erumpens mox medio circumscinditur et ejus pars superior decidit, inferior vero, speciem cupulæ quercinæ referens, permanet. In hoc statu fungus noster glandem quercus juniorem adhuc in cupula squarrosa inclusam assimilat. Stroma adultum, carbonaceum, atrum, cylindricum, centimetrum longitudine crassitudineque metiens, supra cupulari-excavatum, tenuiter marginatum, margine ad millim. alto minutissimeque sub lente granuloso, deorsum velo residuo cupuliformi suffultum. Discus subplanus, aut leniter convexus, ostiolis peritheciorum prominulis punctato-scaber. Perithecia oblongo-fusiformia, erecta, conferta, 2 millim. longiora, intus atra evacuata, superne in collum attenuata. Asci haud inventi. Sporæ fuscæ, magnæ, subfusiformes, $0^{mm},03$ longæ, inæquilateræ, hinc rectæ, illinc convexæ.

† 707. C. mucronata M.,—*Guy.*, mss., n° 508, t. 5, f. 4.—stromate cylindraceo-conico, *limitiformi*, carbonaceo atro polito longitrorsum striatulo, basi nudo, apice excavato crasse marginato, centro disci valide manillato-mucronato; peritheciis inordinatis confertis elongatis circa basin mucronis discum ostiolo petentibus; sporis oblongis.

Hab. Ad ligna emortua nigrefacta in Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 1165.

Desc. Stroma cylindraceum, sursum parum attenuatum, carbona-

ceum, atrum et terminos quibus arva limitantur exacte referens, 6 millim. altum, 3 et quod excedit millim. basi nuda nec ocreata crassum, tenuissime longitrorsum striatulum, apice excavato valide marginatum et e centro disci mucronem conicum validum acuminatum, sesquimillim. altum, quandoque poro pertusum, proferens.

Adsunt et perithecia alia in margine disci parasitantia et illis *Sphæriæ acutæ* Hoffm. simillima sporisque simplicibus minimis innumeris referta. Utrumne hæc, ex opinione cl. Tulasnei, formam alteram, spermatia scilicet, fructificationis ejusdem stirpis in quam parasitantur præbeant, an speciem revera distinctam et legitimam constituant mihi adhuc in dubio est. Perithecia membranacea, inordinate stromati immersa, fusiformia, longissima, deorsum obtusa, apice attenuata discum petentia ibique poro dehiscentia. Asci tubulosi decimillim. longi, octospori. Sporæ uniseriatæ, oblongæ, centimillimetrum longæ, $0^{mm},0035$ ad $0^{mm},0045$ crassæ.

708. Poronia OEdipus M., — *Cent.* II, n° 35, et *Cuba*, p. 346, t. 13, f. 2. — nigra, longe stipitata, stipite basi bulboso apice attenuato in cupulam pezizoideam concolorem tandem dilatato; peritheciis erectis ovoideis stromate suberoso-fibroso albo immersis, ostiolis hemisphæricis papillatis.

Hab. In fimo equino. Cayenna : Leprieur; *Cuba :* Ramon de la Sagra.

Syn. *Sphæria incrassata* Jungh. Java.

709. P. Heliscus M.,—*Cent.* II, n° 44, t. 10, f. 5, sub *Hypoxylo.*— cæspitosa, minima, gomphodes, suberosa, leproso-scabridula, atra, intus alba, disco placentæformi, peritheciis globosis immersis supra colliculoso, ostiolis prominulis umbonatis.

Hab. Ad truncos emortuos. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 252. — Sporis bilocularibus aliquantulum recedit.

710. Hypocrea atro-virens M., — *Cent.* IV, n° 90, et *Fl. Chil.*, VII, p. 436, t. 9, f. 4. — carnosa, convexa, placentiformis, confluens, olivaceo-nigrescens, madore atra; peritheciis periphericis globosis minutis, stromati pallido immersis concoloribusque.

Hab. Ad ligna denudata. Rancagua : Bertero.

711. H. phyllogena M., — *Cent.* II, n° 22, t. 6, f. 4. — pulvinata, hemisphærica, basi constricta, aurantiaca; peritheciis peripheric

erectis ovatis ostiolisque punctiformibus vivide purpureis in stromate concolori nidulantibus; ascis linearibus polysporis, pileolo convexo aut obtuse conico terminatis, sporis linearibus curvulis hinc medio ventricosis.

Hab. In foliis adhuc vivis *Coutareæ speciosæ*. Cayenna : Leprieur, *Coll.* nos 580 et 1121.

712. H. hæmatoplaca M., — *Cuba*, p. 337, in observ. — carnosa, orbicularis, convexa, margine revoluta, sanguinea, subrugulosa; peritheciis obovato-oblongis, ostiolis fuscis conico-prominentibus; ascis filiformibus sporas 16 globosas uniseriales foventibus.

Hab. Ad cortices. Portorico : Bertero.

713. H. Parmelioides M., — *Ann.*, 2, VI, p. 333, t. 18, f. 4. — stromate decumbente carnoso orbiculatim radiato-laciniato, laciniis convexis vel semiteretibus apice dilatato incrassato bi-trifidis, rufo-brunneis intus pallidis; peritheciis peripheriçis globosis concoloribus immersis, ostiolis subprominulis nigris; sporis oblongis bilocularibus.

Hab. Ad truncos et ramos emortuos prope Lemovicem Galliæ : Lamy.

Syn. *Sphæria Riccioidia* Bolt., t. 182. — *Acrospermum lichenoides* Tode, *Fung. Meckl.*, t. 2, f. 15.

Obs. Hæcce species perinsignis, a Boltonio primo sub nomine *Sphæriæ Riccioidiæ*, dein a Todeo ut typus novi generis evulgata, tunc temporis et mihi et omnibus mycologis et anglicis ignota fuerat neglectaque. Friesius ipse (*Syst. Myc.*, *Ind. Alph.*) Sphæriaceam eamdem, ab amico Berkeley in *British Flora* (1836) omissam, referre ad lichenes haud dubitabat.

714. H. fusca M., — *Guy.*, mss., n° 516. — erumpens, carnosa, orbicularis, plana, extus intusque fusca; peritheciis ovoideis in ostiolum prominulum attenuatis; ascis clavatis octosporis, sporis oblongis specie bilocularibus seu binucleolatis.

Hab. In petiolis foliorum *Maximilianæ regiæ* prope Cayennam, *Pemphidio nitido* confinis : Leprieur, *Coll.* n° 1354.

715. H. impressa M., — *Guy.*, mss., n° 517. — carnosa, convexa, sparsa, pallida, supra impresso-fossulata vel colliculosa, ambitu crenu-

lata; perithecîis oblongis ostiolo punctiformi colorato vix prominulo instructis; ascis magnis, late clavatis, basi attenuata substipitatis, octosporis; sporis oblongo-cymbiformibus hyalinis biserialibus binucleolatis.

Hab. Ad cortices ramorum circa Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 883.

716. Hypoxylon Sclerodermea M., — *Cent.* II, n° 37, t. 10, f. 1. — carnoso-suberosum, obpyriforme globosumve, spurie stipitatum, basi attenuatum sessile, intus determinate cavum extusque læve, rubro-sanguineum; perithecîis heteromorphis oblongis globosisve polystichis, cellulæformibus, in strato concolori peripherico (lineam crasso) nidulantibus, ostiolis demum prominulis confertis nigris perforatis; ascis breviter clavatis sporas octonas oblongas unica serie includentibus.

Hab. Ad lignum emortuum in sylvis Cayennæ : Leprieur, *Coll.* n° 431.

717. H. irradians M., — l. c., n° 38, t. 10, f. 2. — pulvinatum, basi constrictum, obtuse marginatum, papulatum, cinereo-umbrinum; stromate fuliginoso-olivaceo e fibris discoloribus a basi ad peripheriam flabellatim radiantibus composito; perithecîis globosis in strato peripherico (millimetrum crasso) monostichis, ostiolis brevissimis in papilla poro pertusis.

Hab. In sylvis montosis secus amnem *Conana* in Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 231.

718. H. mauritanicum DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 45, sub *Sphæria*). — tuberculis in crustam crassam margine repandam subtus productam tandem fusco-nigricantem connatis; perithecîis periphericis ovatis stromati immersis, ostiolo papillato; ascis cylindraceis sporas oblongas serie simplici duplicive foventibus.

Hab. In caudicibus subustis *Chamæropis*. La Calle : Durieu.

719. H. Berterii M., — *Fl. J. Fern.*, n° 58, sub *Sphæria*, et *Fl. Chil.*, VII, p. 438, t. 9, f. 3. — orbiculare, subsessile; perithecîis globosis prominulis papillatis in stromate crasso albo plano-convexo undulato atro-corticato immersis; sporis cymbiformibus.

Hab. Ad ligna in insula Juan Fernandez : Bertero.

720. H. Bomba M., — *Cuba*, p. 338, t. 12, f. 3. — cæspitosum, raro solitarium; perithecîis amplis globosis lævibus, apice poro sensim

ampliato regulariter terebratis, basi anfractuoso-vacua lignum nigrefactum penetrantibus.

Hab. Ad cortices dejectos circa S. Marcos Cubæ insulæ : Auber; et in Brasilia : Blanchet.

721. H. Uraniæ M., — *Cent.* IV, n° 91, *in Ann.*, Déc. 1843 (sub *Sphæria*). — stromate carnoso, orbiculari, basi coarctato, disco plano atro-virente; peritheciis peripheriçis globosis monostichis immersis atris, ostiolis prominentibus atro-nitentibus.

Hab. Ad folia *Uraniæ guyanensis*, in consortio *Meliolæ Musæ* Nobis. Surinam : Splitgerber. — An *Hypocreæ* species?

722. H. comaropsis M., — *Cent.* II, n° 36, *in Ann.*, 2e sér., XIII, p. 350. — globosum, fragilissimum, intus et extus atro-fuscum; peritheciis erectis globosis discoideo-prominulis fuscis collabescentibus, ostiolis in disco applanato papillatis; sporis cymbiformibus.

Hab. Ad ligna putrida in sylvis Sinnamariensibus : Leprieur, *Coll.* n° 368.

723. H. porosum M., — *Guy.*, mss., n° 523. — stromate pulvinato carbonaceo crasso hemisphærico, extus intusque atro; peritheciis elongatis erectis phialiformibus, ostiolis erumpentibus tandem late porosis; ascis clavatis, sporis ovoideis minimis.

Hab. Ad cortices? Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 1177.

* H. rubricosum Fries, — M., *Fl. Chil.*, tom. VII, p. 442, t. 10 f. 2. — icon analytica.

724. H. macrosperamum M., — *Cent.* II, n° 39, *in Ann.*, l. c., p. 351 t. 10, f. 6. — hemisphærico-subglobosum, depressum, crustaceo-laccatum, nigricans, intus luridum; peritheciis amplis erectis oblongis ostiolis crassis conico-truncatis pertusis; sporis cymbiformibus maximis (0mm,06 longis) opacis.

Hab. Ad lignum putridum secus ripam amnis *Conana*. Guyana Leprieur, *Coll.* n° 255.

725. H. endoxanthum M., — *Guy.*, mss., n° 528. — erumpens subglobosum, fragile, subsimplex, aut confluentia compositum, fusco atrum, opacum, velo argillaceo inspersum, intus pallidum; peritheciis globosis endoxanthis, ostiolis crassis prominulis obtusis.

Hab. E rimis corticis longitrorsum erumpens. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1171.

726. H. erinaceum M., — *Cent.* II, n° 47, *in Ann.*, l. c., p. 356. — erumpens, convexo-pulvinatum, colliculosum, confluens, tomento cinereo-fuscescente vestitum, intus corneum; peritheciis ovoideis oblongisve polystichis prominentibus, evacuatis intus albis, ostiolis exsertis teretibus lævibus longissimis flexuoso-divergentibus atris; ascis brevissimis clavæformibus, sporas globosas 6-8 hyalinas includentibus. — Species abnormis vix hujus loci.

Hab. Ad truncos dejectos in sylvis Sinnamariensibus : Leprieur, *Coll.* n° 396.

* H. annulatum Fries, sub *Sphæria.* — M., *Fl. Chil.*, VII, p. 445 (ubi synonyma), t. 10, f. 3. Typi icon analytica.

727. H. Quisquiliarum M.,—*Cent.* II, n° 52, *in Ann.*, 2e sér., XIV, p. 321. — erumpens, hemisphæricum, liberum, simplex vel compositum, stromate corticali primitus luteo dein fusco furfuraceo-velatum; peritheciis magnis crassis conceptaculo integro circumscriptis, globosis, intus atro-fuscis, ostiolis papillatis, papilla cingulo albo cincta.

Hab. Ad ramulos dejectos. Guyana : Leprieur, *Coll.* nos 366 et 1173.

728. H. exsurgens M.,— *Guy.*, mss., n° 532. — erumpens, oblongum, pulvinatum, convexum, marginulatum, atrum, opacum; peritheciis in stromate fuligineo-atro zonato peripheriçis ovoideis ostiolatis, ostiolis prominulis confertis minimis.

Hab. Ad cortices. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 1181.

729. H. lucidulum M.,— *Cent.* II, n° 43, *in Ann.*, 2, XIII, p. 354.— sessile, orbiculare, subcupulæforme, centro umbonato, extus intusque carbonaceum, atro-nitidum; peritheciis paucis amplis globosis concoloribus, ostiolis punctiformi-prominulis; sporis cymbiformibus elongatis.

Hab. Ad ligna in sylvis prope amnem *Conana*. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 430.

730. H. Scriblita M., — *Guy.*, mss., n° 537. — orbiculatum, placentæforme, ambitu depressum, atro-fuscum; peritheciis magnis ad

marginem attenuatum sphæricis, cæteris subcubicis, ostiolo annulari in depressionibus stromatis carbonacei subconfluentibus prominulo; sporis subfusiformibus.

Hab. In cortice ramorum. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1162.

731. H. monticulosum M., — *Guy.*, mss., n° 538. — pulvinatum, carbonaceum, pulvinis convexis orbicularibus confluentibus colliculosis extus intusque atris; peritheciis peripheric monostichis obovoideis sursum prominulis, ostiolo mamillari; sporis cymbiformibus.

Hab. Ad ligna. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1176.

732. H. sertatum DR. et M.,—*Fl. Alg.*, I, p. 455, sub *Sphæria.*— orbiculare ellipticumve, confluens, cupulæforme, atrum, extus margineque elevato rugosum, intus concolor; peritheciis oblongis paralleliter stipatis erectis, ostiolis prominulis hemisphærico-conicis; sporis fuscis oblongo-ellipticis.

Hab. In ramis *Suberis;* La Calle; *Juglandis regiæ;* Perigueux : Durieu.

733. H. hypomiltum M., — *Cent.* II, n° 45, *in Ann.*, l. c., p. 355.— convexo-applanatum, orbiculare, effuso-confluens, minutissime granulosum, atro-purpureum, lignum circum circa rubigine tingens, intus manifeste rubiginosum, peritheciis colliculosum prominulis monostichis ovato-oblongis, intus nigris pulvere rubiginoso interspersis, collabentibus, ostiolis punctiformibus vix conspicuis.

Hab. Ad lignum putridum. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 371.

Obs. Quoad colorem *H. rubricoso* Fries, quocum a. cl. Léveillé (*Champ. Mus. Paris.* n° 304) confusum inveni, simile, distinctissimum vero stromatis forma effusa aliisque notis.

734. H. vinosum M., — *Cent.* II, n° 46, l. c. — orbiculare effusumque ad cortices, unciale, tenue, granulosum, pulvere vinoso-violaceo conspersum, intus luteo-cerinum, margine sterile; peritheciis confertis minutis oblongis prominulis intus atris, apice umbilicato pertusis.

Hab. Ad cortices dejectos in sylvis. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 442.

735. H. crocatum M., — *Fl. Chil.* VII, p. 343. — late effusum, tenue, planum, superficiale, pulvere (velo) croceo tectum; perithe-

ciis oblongis vel obovatis vix prominulis, ostiolo minutissimo atro papillatis.

Hab. Ad lignum. Monte la Leona Chiles : Bertero.

736. H. polyspermum M., — *Cuba*, p. 345. — effusum, convexum, crassum, subtus applanatum; stromate crustaceo atro rigido fragili secedente; peritheciis immersis stipatis linearibus mollibus stromate parco fusco junctis, ostiolis punctiformibus annulo prominulo marginatis; ascis lineari-subclavatis sporas 8 oblongas opacas uniseriales foventibus.

Hab. Ad cortices et ligna. S. Marcos insulæ Cubæ : Ramon de la Sagra. — Asci horizontales.

737. H. hæmatostroma M. — l. c, p. 344. — irregulariter effusum, confluens, convexum, purpurascenti-nigrum; peritheciis peripheriois elongato-clavatis immerso-prominulis, stromate sanguineo junctis, intus nucleo celluloso griseo farctis, tandem apice poro pertusis; sporis navicularibus, hinc gibbosis.

Hab. Ad cortices dejectos. Cuba : Ramon de la Sagra.

738. H. Melanaspis M., — *Cent.* II, n° 48, sub *Sphæria*, *in Ann.*, 2e sér., XIII, p. 357, t. 10, f. 7. — erumpens, ellipticum, planum, centro subumbonato, extus et intus atrum; peritheciis centralibus ovoideis, ostiolis punctiformibus in areolis vix prominulis orbicularibus confluentibus.

Hab. Ad cortices ramorum emortuorum in sylvis Guyanæ centralis et circa Cayennam : Leprieur, *Coll.* nos 228, 1185 et 1189.

739. H. heterostomum M.,—*Cent.* II, n° 49, l. c., p. 358, t. 10, f. 8.— erumpens, convexo-planum, suborbiculare, læve, atrum; peritheciis confertis oblongis erectis, monostichis, ostiolis polymorphis, centralibus annularibus, cæteris aut canterios, aut puncta admirandi, aut et lirellas opographæ e centro radiantes referentibus, anguli apice aut lineæ parte incrassata ad peripheriam versis; ascis elongato-clavatis, sporas 6-8 elliptico-subreniformes foventibus.

Hab. Ad cortices truncorum dejectorum in sylvis Montis *Tigre* insulæ Cayennæ : Leprieur, *Coll.* nos 229, 395, 1189, 1190 et 1217. Formæ variæ.

— M., *Crypt. Guy.*, n° 542, ubi varr. novæ γ et δ descriptæ sunt : *Ann. sc. nat.*, 4, III, p. 121.

740. H. MACROMPHALUM M., — *Guy.*, mss., n° 543, t. 5, f. 8. — erumpens, orbiculare, plano-convexum, lenticulare, atrum, nitidum, centro determinate discoideo-umbilicatum ; peritheciis ovoideis erectis monostichis, centralibus ostiolatis, ostiolis 5-6 centro disci prominulis ; sporis oblongis fuscis opacis.

HAB. In cortice ramorum circa Cayennam : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1168.

741. H. MICROSTICTUM M., — *Cent.* II, n° 50, sub *Sphæria*, l. c., p. 358. — erumpens, orbiculare vel oblongum, applanatum, punctis minutissimis exasperatum, extus albo-pruinosum, intus nigrum ; peritheciis ovoideis membranaceis immerso-latentibus, ostiolis papillatis, papilla marginata ; ascis linearibus sporas cymbiformes utroque fine acuminatas, hinc caudatas, quaternas foventibus.

HAB. Ad cortices dejectos in sylvis Sinnamariensibus : LEPRIEUR, *Coll.* n° 293.

742. H. CYCLISCUM M., — *Guy.*, mss., n° 544. — orbiculare, applanatum, læve, aterrimum ; stromate carbonaceo ; peritheciis ovoideis, ostiolis minutissimis depressionibus punctiformibus immersis.

HAB. In cortice ramorum. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1186.

743. H. FOSSULATUM M., — *Guy.*, mss., n° 545. — erumpens, longe lateque effusum ; stromate carbonaceo, applanato, subundulato, atro-fusco, foveolato ; peritheciis oblongo-ovoideis concoloribus, ostiolo in quaque fovea primo albo-pruinosa dein nuda punctiformi-prominulo centrali.

HAB. Ad cortices arborum. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n°s 692 et 1188.

744. H. CAMPSOTRICHUM M., — *Cent.* VI, n° 96, *in Ann.*, 3e sér., XII, p. 314, sub *Sphæria*. — globosum, extus intusque atrum ; peritheciis paucis amplis, membranaceis, furfure pallescente obductis crustaque tectis, ostiolis prominulis rugosis ; paraphysibus uncinatis.

HAB. E cortice ramorum prorumpens. Ins. Mascarena : ADOLPHE DELESSERT.

745. DIATRYPE LEUCOCREAS M., — *Fl. Alg.* I, p. 457, sub *Sphæria*. — effusa, confluens, convexo-plana, rugoso-colliculosa, nigra, opaca,

intus alba, linea atra circumscripta; peritheciis oblongo-ovatis in collum brevem attenuatis, ostiolis vix prominulis radiatis; sporis *D. Stigmatis*.

Hab. Ad caudicem vetustum. Birmandreis Algeriæ : Durieu.

746. D. Phyllireæ M., — l. c., p. 458, sub *Sphæria*. — effusa, serpens, convexo-depressa, ambitu repanda, nigra, junior albo-punctata, tandem inæquabilis; peritheciis ovoideis erectis in collum attenuatis, rufo-farctis, evacuatis atris nitidis, ostiolis impressis; ascis clavatis, sporis 8 amygdaliformibus fuscis, altero latere gibbosis.

Hab. In cortice et ligno *Phillireæ mediæ*. Philippeville : Durieu.

747. D. consobrina M., — l. c., p. 462, sub *Sphæria*. — tecta, lineari-oblonga, confluens, atro-inquinans; peritheciis membranaceis seriatis, stromati fuliginoso immersis, evacuatis intus albis, ostiolis globosis minutis erumpenti-prominulis; sporis *D. Stigmatis*.

Hab. In culmis *Arundinis mauritanicæ* putredine fere consumptis. Alger : Durieu.

748. D. Duriæi M., — l. c., p. 405, t. 25, f. 7, sub *Sphæria*. — innata, pustulata, confluens; conceptaculo integro atro stroma corticale crassum cingente; peritheciis confertis oblongis erectis in ostiola discum planum epidermide fissa obvallatum obliterantia hemisphærica rugoso-rimulosa, sicca collapsa cupulæformia productis.

Hab. In cortice *Quercus Mirbeckii*. La Calle : Durieu.

749. D. linosperma, M., — l. c., p. 467, sub *Sphæria*. — conico-truncata, magna; stromate lutescenti-olivaceo; peritheciis ovato-oblongis amplis intus atro-nitidis, in collum elongatum attenuatis, conceptaculo dimidiato cingente tectis, ostiolis hemisphæricis supra discum planum aut convexum aterrimum prominulis; ascis cylindricis, sporis 8 imbricatis cymbiformibus fuscis.

Hab. Ad corticem trunci *Pistaciæ Lentisci*. Mostaganem : Durieu.

750. D. orthosticha M., — l. c., p. 520, sub *Sphæria*. — tecta; peritheciis gregariis ovoideis globoso-depressis, stromate subcorticali immersis, longitrorsum seriatis, ostiolis per cuticulam obtritam scorsim aut conjunctim erumpentibus eumorphis, dein applanato-rugulosis, tandem elabentibus; ascis et sporis *D. latæ*.

Hab. In trunco *Ricini communis*. Alger : Durieu.

751. D. VITELLINA M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 448, t. 10, f. 4.—erumpens, irregularis; peritheciis sphæricis atris nigro-farctis, stromati carnoso vitellino immersis, ostiolo brevi crasso prominulo instructis; sporis *Sphæriæ Herbarum.*

HAB. In culmis *Colligue*. Valdivia Chiles : CL. GAY.

752. D. MICROMERIA M., — *Guy.*, mss., n° 549. — immersa, oblonga, prorumpens, longitrorsum confluens, extus intusque atra; peritheciis minutis globosis, ostiolis teretibus gracilibus longis; ascis sporisque exilissimis.

HAB. In cortice arborum. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1174.

753. D. INTERRUPTA M. et FRIES. — *Notice etc., in Ann.*, 2, I, p. 295, t. 11, f. 1, sub *Sphæria.* — longitrorsum et interrupte erumpens, lineari-lanceolata, nigra; peritheciis ovoideo-sphæricis, intus nigris, stromati ceraceo albo irregulariter immersis, ostiolis vix exsertis rugulosis; ascis subclavatis, sporis ellipticis.

HAB. In trunco et ramis *Cytisi scoparii*. Lugdunum : IPSE.

754. VALSA NOTARISII M., — *Fl. Alg.*, I, p. 470, t. 25, f. 6, sub *Sphæria.* — pustulata, epidermidem perforans, tandem nuda; peritheciis ovoideis circinantibus atris, stromati corticali e cinereo nigricante immersis, ostiolis inclusis in discum erumpentem planum nigrum opacum rugulosum connatis; ascis cylindricis sporas oblongas medio septatas fuscas foventibus.

HAB. In ramis *Periplocæ*, circa Genuam : DE NOTARIS; variarum arborum plantarumque, in Algeria : DURIEU.

755. V. MENDAX M., — l. c., p. 473, sub *Sphæria.* — pustulata; peritheciis paucis amplis sphæricis cortici immersis, collis stromate corticali nigrescente tectis, ostiolis in discum erumpentem minutum convexum connexis, perithecia ovato-globosa subpapillata mentientibus; ascis fusiformibus, sporis linearibus brevibus rectis aut curvulis.

HAB. In caulibus *Atriplicis Halimi*. Pointe-Pescade, Alger : DURIEU.

756. V. EXANTHEMOIDES M., — l. c., p. 372, sub *Sphæria.* — pustulata; peritheciis globoso-ovoideis erectis circinantibus stromate corticali nigro tectis, ostiolis in disco minuto pulverulento approximatis subtetragonis; ascis cylindraceo-clavatis, sporis linearibus curvulis.

Hab. In cortice *Anagyridis fetidæ*. Alger : Durieu.

757. V. CAMPSOSPORA M., — l. c., p. 471, sub *Sphæria*. — stromate corticali nigro immersa; peritheciis aggregatis inæqualibus ovoideo-sphæricis, ostiolis in discum superficiali-erumpentem minutum planum conjunctis poroso-apertis; sporis linearibus lunato-curvatis.

Hab. In cortice *Quercus Suberis*. Philippeville : Durieu.

758. V. CROCINA M., — l. c., p. 472, sub *Sphæria*. — minuta, subpustulata; peritheciis globosis cortici immersis, ostiolis stromate cinereo junctis et in discum pulvere crocino suffusum prominulis; ascis clavatis, sporis linearibus rectis aut curvulis.

Hab. In cortice ramulorum Oleæ. Algeria : Durieu.

759. V. LEUCOSTROMA M., — l. c., p. 469, sub *Sphæria*. — conica aut placentæformis, atra, impolita; peritheciis paucis nigris in stromate albo nidulantibus conceptaculoque cinctis, ostiolis vix conspicuis; ascis subclavatis, sporis brevibus linearibus.

Hab. In ramis *Smilacis mauritanicæ*. Alger : Durieu.

760. V. PRÆCLARA M., — l. c., p. 469, sub *Sphæria*. — lentiformis, in rimis caulium seriata; stromate niveo; peritheciis ovoideis membranaceis erectis conceptaculo hemisphærico tectis, ostiolis erumpentibus crassiusculis rugosis; sporis elongato-subreniformibus.

Hab. In caulibus *Cirsii gigantei* elapsis. La Calle : Durieu.

761. V. PHLYCTÆNODES M., — l. c., p. 468, sub *Sphæria*. — initio cortici innata, demum nuda, confluens, convexa; peritheciis tenuibus stromati cinereo-nigro immersis, ostiolis erumpentibus quaternatim connexo-stellatis; ascis cylindraceo-clavatis, sporis oblongis tandem fuscis bilocularibus.

Hab. In ramis *Salicis pedicellatæ* emortuis. Bone : Durieu.

762. V. ATROPÆ M., — l. c., p. 464, sub *Sphæria*. — innata, stromate corticali ligneo albicante conceptaculo nigro tandem cupulari aperto cincto; peritheciis paucis globosis, collis oblongis conjunctis exsertis; ostiolis rugosis; ascis tenuissimis fusiformibus 8-sporis, sporis linearibus curvulis.

Hab. In cortice *Atropæ frutescentis*. Mostaganem : Durieu.

763. V. CONOSTOMA M., — *Cent.* II, n° 51, *in Ann.*, 2, XIV, p. 321. — gregaria, obovata, junior velo tomentoso umbrino vestita, demum nigra transversim striatula, bicorticata, cortice exteriori seu conceptaculo rugoso fragilissimo; peritheciis in singulo conceptaculo paucis (2-3) oblongo-quadratis amplis; intus evacuatis fuscis, ostiolis conicis brevibus apice nitidis; ascis magnis clavatis sporas 8 subcymbiformes pellucidas, nucleo tandem obscuro, foventibus.

HAB. Ad cortices arborum juxta ripas amnis *Conana* et circa Cayennam : LEPRIEUR, *Coll.* n° 363.

764. V. CIRCUMSCRIPTA M., *Notice etc.*, *in Ann.*, 2, I, p. 298, t. 13, f. 2, sub *Sphæria.* — peritheciis aut simplicibus sparsis, aut 3 ad 4 coadunatis, globoso-depressis, e ligno oriundis, primo cortice tectis, tandem ad discum planum, epidermide secedente nudum, atro-fuscum ostiolis papillatum spectantibus; ascis gelatinosis limpidis breviter clavatis aut subfusiformibus, 5 ad 6 centimillim. longis, sporas lineares, obtusas, $0^{mm},012$ longas, $0^{mm},0025$ crassas, transversim specie triseptatas, seu quadrinucleolatas foventibus.

HAB. Sub cortice ramorum *Sambuci racemosæ* prope Plumbarias in Vogesis et apud Bullionem in Ardennis : IPSE.

SYN. *Sphæria circumscripta* FRIES, *in litteris.*

OBS. Icon citata, ad specimina immatura facta, quoad sporas erronea.

765. V. COMPLEXA M., — *Cent.* IV, n° 92, *in Ann.*, 2, XX, p. 370. — immersa, confluens, plana; stromate fuliginoso; peritheciis ovoideis in conceptaculo cupulæformi marginato atro incusis, ostiolis discum exsertum fuligineo-nigrescentem perforantibus nitidis; ascis subcylindricis sporas suboctonas oblongas brunneas medio transversim septatas foventibus.

HAB. In cortice Populino. Remis Galliæ : SAUBINET junior.

766. V. SECEDENS M. et FRIES, — *Notice etc.*, *in Ann.*, 2, I, p. 300. — pustulata; peritheciis irregulariter circinantibus stromate corticali tectis, disco nullo, ostiolis prominulis conico-truncatis poro pertusis sparsim in singula pustula erumpentibus, epidermide lacerata cinctis; sporis triseptatis.

HAB. In cortice ramorum *Coryli*, in Ardennis : IPSE.

* V. CHRYSOSTROMA FRIES, *Sum. Veg. Scand.* — *Sphæria xanthostroma* M. et FRIES, l. c., p. 301, t. 12, f. 4, non SCHWZ.; descriptio et icon analytica.

* V. MICROCARPA FRIES. — M., l. c., p. 299, cum brevi descriptione et diagnosi.

767. V. CORONATA HOFFM. var. MELANOSTICTA M., — *Cent.* VI, p. 39. — pustulis epidermide determinate nigricante tectis, ostiolis exsertis subglobosis conglomeratis rimulosis; ascis fusiformibus parvis, sporas 8 rectas aut curvulas foventibus.

HAB. In cortice *Tiliæ* prope Lemovicem Galliæ : LAMY.

768. V. EURYALA M., — *Cent.* V, n° 92, *in Ann.*, déc. 1845, p. 362. — urceolata, immersa; stromate corticali; peritheciis aggregatis circinantibus numerosis convergenti-erectis, ostiolis annularibus in discum planum amplum atrum conjunctis; ascis sporisque uniseptatis minutissimis.

HAB. In cortice *Abietis*. Bagnères-de-Bigorre, loco *Sapinière d'Oubat* dicto : CH. DES MOULINS.

769. V. SYCINA M., — *Fl. Alg.*, I, p. 474, sub *Sphæria*. — peritheciis cortici interiori innatis amplis sparsis aut aggregatis sphæricis, evacuatis intus atro-nitentibus, crusta atra furfurosa inæquabili tectis, ostiolis erumpentibus subjunctis; ascis diffluentibus fusiformibus sporisque reniformibus tenuissimis.

HAB. In cortice *Fici Caricæ*. Alger : DURIEU.

770. DOTHIDEA SYCOPHILA DR. et M. — *Fl. Alg.*, I, p. 545. — erumpens; cæspitulis hemisphæricis confluentibus granulosis atris opacis, cellulis ovoideis periphericis prominentibus ostiolatis albo-farctis, ostiolo acuminato; ascis clavatis, sporis simplicibus cymbiformibus.

HAB. In cortice *Fici Caricæ*, ad Genuam : DE NOTARIS; in Algeria : DURIEU.

771. D. DELILEI DR. et M., — l. c., p. 546. — subcutanea, minuta, sparsa, aut lineari-seriata aggregataque, cuticula erosa arcte cincta, ostiolis tenuissimis granulosa, cellulis albo-farctis; sporis cymbiformi-ventricosis.

HAB. Ad ramos Salicinos, Monspelio : DELILE; in ramis *Ricini* apud Alger : DURIEU.

772. D. EXAMINANS M. et BERK., — *in* BERKELEY, *Dec. Fung.*, II, n° 18. — gregaria, erumpens, tuberculosa, nigra, (in nostris) albo-velata; tuberculis cæspitosis depressis collapsis opacis intus uni-pluricellulosis; ascis brevibus, sporis subcymbiformibus brunneis.

HAB. In cortice truncorum dejectorum. Java : ZOLLINGER, n° 520.

SYN. *Sphæria examinans* BERK., *in* HOOK., *Lond. Journ. of Bot.*, I, p. 156.

773. D. MYRIOCOCCA M., — *Cent.* I, n° 35, *in Ann.*, 2, VIII, p. 359. — erumpens, lineari-elongata, rufo-fusca, intus cinereo-nigra; cellulis periphericis minutissimis albo-farctis; ascis.....

HAB. Ad ramos *Vitis viniferæ* circa Lemovicem : LAMY.

774. D. RUTÆ M., — *Notice etc.*, *in Ann.*, 2, I, p. 345. — erumpens, orbicularis ellipticave convexa extus intusque atra; cellulis periphericis albis.

HAB. In caulibus *Rutæ graveolentis* emortuis. Dijon : LOREY.

775. D. EUGLYPTA M., — *Cent.* II, n° 59, *in Ann.*, 2, XIV, p. 327, t. 19, f. 8. — hypophylla, erumpens, gregaria, rotundata, convexo-concava, a matrice secedens, sicca rugulosa, extus intusque atra opaca; cellulis exiguis immersis albidis; ascis breviter clavatis, sporis ovoideis.

HAB. Ad folia dejecta in sylvis, ad flumen Oyapok in Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* n° 241.

776. D. RHOPALINA M., — *Cent.* II, n° 60 et l. c. — epiphylla, orbiculato-oblonga, parva, sparsa, atro-nitens, colliculosa, cellulis immersis albidis, tandem elabens, folium perforatum relinquens.

HAB. In foliis *Rhopalæ guyanensis* dejectis prope Cayennam : LEPRIEUR, *Coll.* n° 441. — An eadem cum *Sphæria cayennensi* FRIES?

777. D. AMPHIMELÆNA M.,—*Cent.* IV, n° 94, *in Ann.*, 2, XX, p. 372. — amphigena, utrinque erumpens, orbicularis, plano-convexa, extus intusque atra, opaca; cellulis ovoideis minutis periphericis monostichis albo-farctis; ascis oblongo-ventricosis stipitatis, sporas 8 subconformes, triloculares foventibus.

HAB. In foliis et ramis *Fusani compressi*. Prom. Bonæ Spei : BOIVIN.

778. D. Oleandrina DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 547. — epirarius hypophylla, maculis pallidis fusco-cinctis innato-erumpens; cellulis 2-8 quoque tuberculo ostiolis prominulis colliculoso immersis, intus albo-farctis; ascis clavatis, sporis fusiformibus septatis.

Hab. In foliis *Nerii Oleandri* dejectis, prope Bone Algeriæ : Durieu.

779 .D. Castagnei M., — *in* Castagne, *Suppl. Catal. Pl. Mars.*, p. 42.— stromate lineari atro, cuticula tecto, seriem cellularum unicam fovente, nucleis albis; ascis clavatis erectis anaparaphysatis, sporas ovoideo-oblongas infra medium transversim septatas foventibus.

Hab. In caulibus emortuis *Equiseti arvensis*. Gallia meridionalis : Castagne. — Species valde memorabilis.

780. D. Acrocomiæ M., — *Guy.*, n° 553. — epiphylla, innato-erumpens, epidermide tandem rimosa tecta; cellulis amplis stromate aterrimo in series longitudinales parallelas confluentes junctis, nucleo albo; sporis oblongis chlorinis intus granulosis.

Hab. In foliis *Acrocomiæ sclerocarpæ*. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1156.

781. D. Zollingeri M. et Berk., — *in* Berkeley, *Dec. Fung.*, II, n° 19, t. 15, B. — orbicularis; stromate epiphyllo atro-nitente; cellulis minimis conico-hemisphæricis tectis aggregatis nitidis poro inconspicuo pertusis; ascis brevibus oblongis sporas conformes biloculares medio constrictas foventibus.

Hab. In foliis vivis. Java : Zollinger, n° 308.

* D. Drymidis Lév., — *Champ. exot.*, n° 285. — M., *Fl. Chil.*, VII, p. 450, t. 9, f. 5; descriptio et icon.

* D. Phylloplacus M., — *Guy.*, n° 552 bis. — amphigena, orbicularis, aterrima, plana, nitida, ambitu folio decolorato sertata, cellulis nigrescentibus protuberantibus colliculosa, ostiolis latentibus; ascis oblongo-fusiformibus obtusis octosporis, sporis oblongis continuis limbo hyalino cinctis, endosporio scilicet ab episporio discreto.

Hab. In foliis dejectis circa Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 1152. — Vera *Dothidea*.

Syn. *Sphæria Phylloplacus* Kunze, *in* Weigelt, *Exsiccata*, absque numero et descriptione.

NECTRIA Fries, S. V. S.

Perithecia membranacea, flaccida, læte colorata, papilla pallidiore instructa, stromate tuberculariæformi, byssaceo aut passim oblitterato circumposita aut semiimmersa. Nucleus fluxilis, pallidus, guttæ vel floccorum alborum instar expulsus. Organa reproductionis varia. Asci persistentes aut mature diffluentes, cylindracei aut plus minus late clavati, octospori vel polyspori; sporæ tum ex oblongo cymbiformes, continuæ aut medio septatæ, tum elongato-filiformes acicularesve multiseptatæ.

Syn. *Nectria* Fries, *Sum. Veget. Scandin.*, p. 387. — Montag., *Fl. Chil.*, VII, p. 451. — *Sphæria*, *Trib.* Cæspitosæ *pro parte* Fries, *Syst. Myc.*, II, p. 412. — *Hypocrea*, sect. III et IV, pro parte, Montag., *Canar. Cryptog.*, p. 83.

782. Nectria discophora M., — *Fl. J. Fern.*, n° 42, sub *Sphæria*, et *Fl. Chil.*, VII, p. 454, t. 9, f. 6. - cæspitosa; stromate obliterato; peritheciis globosis magnis lævibus rubro-fuscis, ostiolo in centro disci planiusculi eximie orbicularis papillæformi; ascis diffluentibus sporas oblongas medio septatas foventibus.

Hab. Ad cortices arborum in sylvis montanis. Chile : Bertero; Guyana : Leprieur, *Coll.* nos 1169 et 1173.

783. N. pityrodes M., — *Cuba.*, p. 333. — erumpens, cæspitosa; peritheciis minutis, humectis globosis carneis furfuraceis, siccis pezizoideo-collapsis, disco concolori; ascis clavatis sporas 4 oblongas medio uniseptatas foventibus.

Hab. In cortice ramorum. S. Marcos Cubæ : Ramon de la Sagra.

784. N. Rousseliana M.,—*in litt. ad celeberrim.* Fries et Berkeley, et *in* Castagne, *Suppl.*, l. c., p. 44. — minima; peritheciis gregariis globosis luteo-aurantiacis demum fulvis, pilis patulis hispidis, globulo sporarum roseo coronatis, nucleo gelatinoso; ascis diffluentibus clavatis appendice truncato terminatis, sporas 8 fusiformes obtusas continuas hyalinas muco religatas includentibus.

Hab. Ad folia *Buxi* sempervirentis, Meloduno, primus Roussel, dein *Rusci aculeati*, apud Montaud, Castagne invenerunt.

785. N. australis M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 455, t. 10, f. 1. — byssiseda; peritheciis gregariis ovoideis epapillatis cupulari-collabentitibus fuscis, e subiculo byssaceo effuso pallido emergentibus; ascis cylindricis sporas 6-8 lanceolatas (spurie?) uniseptatas foventibus.

Hab. Ad cortices. Chile : Cl. Gay.

786. N. miltina M., — *Fl. Alg.*, I, p. 477, sub *Sphæria*. — erumpens; peritheciis minutis obovatis lævibus rubris demum fuscescentibus, intus albo-farctis, ostiolo obsoleto, tandem apice umbilicatis; ascis e placenta centrali erectis tubuloso-subclavatis sporas 8 minutissimas ovoideas includentibus.

Hab. In foliis emortuis *Agaves*; Mustapha Algeriæ : Durieu.

787. N. jucunda M., — l. c., p. 478, sub *Sphæria*. — innato-erumpens; peritheciis minutis rotundatis luteo-aurantiacis tandem nudis papillatis, stromate vel subiculo nullo; ascis clavatis sporas 8 oblongas hyalinas utroque fine obscuriores foventibus.

Hab. Ad ramos *Cacti Opuntiæ* cariosos in collibus supra Bab-Azoun Algeriæ : Durieu.

788. N. torminosa M., — l. c., p. 496, sub *Sphæria*. — gregaria; peritheciis minimis depresso-sphæricis furfuraceis mellinis papillatis, papilla obscuriori; ascis cylindricis, sporis oblongis uniseptatis.

Hab. Ad *Lactarium torminosum* prope Alger : Durieu.

789. N. mellina M.,—l. c., p. 497, sub *Sphæria*.—sparsa vel gregaria, suberumpens; peritheciis sphærico-depressis pomiformibus, e pallide miniato tandem mellinis, ostiolo impresso papillatis; ascis clavatis sporas aciculares multiseriatas transversimque multiseptatas includentibus.

Hab. In ramulis dejectis, apud Mustapha Algeriæ : Durieu.

790. N. perpusilla M., — *Cuba*, p. 335, sub *Hypocrea*. — gregaria, minutissima, pallide lutea; peritheciis globosis tenuissimis vix ostiolatis, nucleo hyalino farctis, tandem circumscissis; ascis breviter clavatis sporas oblongas continuas foventibus.

Hab. In clava *Xylariæ allantodiæ* parasitans. Cuba : Ramon de la Sagra.

* SPHÆRIA Fries, S. V. S.

Perithecia atra, carbonacea, superficialia aut immersa et obtecta, tunc sæpe bicorticata, tunc tenuiora, papillata, ostiolata vel rostrata. Asci normaliter octospori, paraphysibus stipati. Sporæ septatæ, maxime cæterum variæ, interdum simplices seu continuæ, pulveris ad instar explosæ. — Fries, *Sum. Veget. Scandin.*, p. 388. — Montag., *Fl. Chil.*, VII, p. 456. — — *Sphœria Auctt.* pro parte.

791. Sphæria Calyculus M., — *Cent.* II, n° 53, *Ann.*, 2, XIV, p. 322. — superficialis, byssiseda, cæspitosa vel subeffusa; stromate fibroso corticali; peritheciis obpyriformibus rugulosis nigris collabescendo crateriformibus astomis, demum circumscissis; ascis saccato-clavatis sporas 8 lineari-oblongas specie septatas biseriales foventibus.

Hab. Ad corticem arborum in sylvis. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 372.

792. S. acanthostroma M., — *Guy.*, n° 558. — byssiseda; peritheciis minutissimis globosis gregatim confertis lævibus nigris epapillatis, mox centro depressis, tandem late pertusis, subiculo concolori tenui cinctis; fibris subiculi septatis, in ramos breves aculeiformes divisis; sporis ovoideo-cymbiformibus exiguis.

Hab. Ad cortices arborum. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1163.

793. S. phæostroma DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 491, t. 16, f. 2. — byssiseda; peritheciis gregariis confertisque subovoideis atris rugulosis rigidis astomis, subiculo crassiusculo fusco-nigrescente semiimmersis; ascis cylindricis sporas lineari-subreniformes tandem quadriloculares foventibus.

Hab. In ramo *Pistaciæ Lentisci* ad Mostaganem Algeriæ et in agro Petrocoriensi Galliæ : Durieu.

Syn. *S. tristis* Tode, β β *fusca* Alb. et Schwz., *Consp. Fung.*, p. 44, n° 130.

* S. TRISTIS TODE, *Fung. Mecklenb.*, p. 9, t. 9, f. 67.—M., *Fl. Alg.*, p. 492, t, 26, f. 1; fructus, a Todeo posterioribusque micrographis neglectus, comparationis causa, prope illum prioris depictus.

794. S. GALLIMORPHA M., — *Notice etc.*, *in Ann.*, 2, I, p. 306, t. 13, f. 5, et *in* MÉRAT, *Nouv. Fl. des envir. de Paris*, 3e édit., 1834, tom. I, p. 258, n° 64. — byssiseda; peritheciis minutis gregariis globoso-depressis ovoideisque lævibus atris nitidis papillatis, subiculo piloso (erecto!) fuliginoso-nigro cinctis; sporis cymbiformibus triseptatis.

HAB. Ad ramos *Rubi fruticosi* dejectos, circa Sedanum et Parisios, in sylva Meudon : IPSE.

795. S. RHODOCHLORA M., — l. c., p. 307, t. 12, f. 2. — villosa; peritheciis globoso-ovoideis villo lætc viridi tectis, intus sanguineis, ostiolis primo oblongis roseis demum papillula nigra decidua pertusis; ascis clavatis, sporis ellipticis hyalinis, coacervatis roseis.

HAB. In cortice *Alni glutinosi* emortui, ad Rochecardon Lugduni : IPSE.

* S. HIRSUTA FRIES, *Syst. Myc.*, II, p. 449. — M., *Fl. Alg.*, p. 493, t. 27 ,f. 1; fructus.

796. S. MONTAGNEI FRIES, — *in litt.* et *in* M., *Notice etc.*, *Ann. sc. nat.*, 2, I, p. 337, t. 11, f. 3, et *Fl. Alg.*, p. 493, t. 27, f. 2, asci et sporæ. — villosa; peritheciis ovoideis confertis sparsisque tuberculosis atris, pilis rigidis ramosis nodoso-geniculatis divergentibus concoloribus tectis, ostiolo tandem papilla decidua nudo; ascis magnis clavatis erectis, inter paraphyses confertas nidulantibus, sporas subcylindricas longissimas pluriseriatas dein transversim multiseptatas flexuosas foventibus. NOBIS.

HAB. In ligno putredine corrupto circa Lugdunum : IPSE; prope La Calle in caudice *Salicis pedicellatæ* putrefacto, novembri : DURIEU.

797. S. EQUINA FRIES, — *in litt.* et *in* M., *Notice etc.*, l. c. — villosa; peritheciis globosis minimis villo tenerrimo erecto tectis, ostiolis nigris; sporis maximis atris (*Ascoboli*) oblongis in ascis hyalinis seriatim dispositis. NOBIS.

HAB. In fimo equino prope Sedanum in Ardennis : IPSE.

798. S. LASIODERMA DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 494, t. 27, f. 5.— sparsa, suberumpens, villosa; peritheciis magnis ovoideis fusco-atris,

cum ostiolo late aperto confluentibus, villo griseo flexuoso mucido undique tectis; ascis maximis clavato-cylindricis deorsum subpedicellatis, inter paraphyses ramosas nidulantibus sporasque 4-6 ovoideo-oblongas fuscas maximas includentibus.

Hab. In caule *Ferulæ* dejecto. Alger : Durieu.

799. S. Pseudo-Bombarda M., — *Cent.* II, n° 54, *Ann.*, 2, XIV, p. 323, t. 19, f. 6. — denudata, cæspitosa, superficiali-innata; peritheciis ovoideis ventricosis basi attenuatis subdivergentibus persistentibus atro-fuscis, ostiolo obsoleto punctiformi; ascis clavatis, longe pedicellatis, sporas 8 biseriales, juniores continuas oblongas limbo mucilagineo cinctas, tandem sexloculares olivaceo-fuliginosas foventibus.

Hab. Ad corticem arborum in sylvis. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 370.

800. S. biturbinata DR. et M.,—*Fl. Alg.*, 1, p. 497, t. 26, f. 7.— denudata, sparsa, majuscula; peritheciis crassis sphæricis atris opacis rigidis, basi inflexa subliberis; ascis sacciformibus obovatis sporas paucas biturbinatas maximas foventibus.

Hab. In *Posidonia oceanica*. Alger : Durieu.

801. S. sublimbata DR. et M., — l. c., p. 498. — gregaria, superficialis; peritheciis rigidis atris, basi expansa hemisphærico-truncatis bicorticatis, ostiolo papillæformi; ascis cylindricis sporas uniseriatas oblongas inæquilateras fuscas foventibus.

Hab. In culmis *Arundinis mauritanicæ*. Alger : Durieu.

802. S. Leveillei DR. et M., — l. c., p. 501, non Tulasne. — denudata; peritheciis gregariis basi applanata conoideis lævigatis nitidis, ostiolo poriformi pertusis; ascis clavatis maximis, inter sese in nucleum subcellulosum conglutinatis, sporas octonas biseriatas ex ovoideo cymbiformes transversim medio uniseptatas fuscas foventibus.

Hab. Ad truncos *Quercus pubescentis*, circa Castropoulo in Taurica : Léveillé; *Quercus Suberis* prope Philippeville in Algeria : Durieu; circa Brixiam Longobardiæ : baro Cesati.

Syn. *Sphæropsis conica* Lév., *in* Demid. *Voy. Crimée*, *Bot.*, p. 112, dein *Diplodia*, *Ann.*, 3, IX, p. 259. — In planta juniori adsunt asci, quare nec *Sphæropsis* nec *Diplodia*.

803. S. PYRENOGENA DR. et M., — l. c. — denudata; perithecis gregariis, primo albo-velatis, demum nudis atris rugulosis firmis conico-mastoideis, ostiolo confluente, intus nitidis; ascis cylindricis sporas 4 cymbiformes triseptatas includentibus.

HAB. In nucleo fructus *Amygdali* dejecto. Alger, Bougie : DURIEU.

804. S. POSIDONIÆ DR. et M., — l. c., p. 502, t. 25, f. 8. — denudata, adnato-superficialis, sparsa; peritheciis liberis dimidiatis hemisphærico-conicis depressis crassis lævibus, extus intusque atris opacis, apice poro pertusis, tandem diffractis; ascis diffluentibus inter paraphyses dichotomas erectis, sporis navicularibus medio septatis brunneis.

HAB. In ima parte denudata caulium tam emortuorum quam vivorum, in profundo mari scilicet adhuc vegetantium *Posidoniæ oceanicæ*, hanc speciem maxime insignem et quoad vegetationis medium fere paradoxam in pluribus locis utriusque littoris africani gallicique (Alger, La Calle, Mostaganem, Toulon et Marseille) invenit oculatissimus DURIEU.

805. S. STERCORARIA SOW. var. MACROSPERMA DR. et M., — l. c., p. 499. — denudata, sparsa vel aggregata, passim confluens; peritheciis globosis magnis firmis nigris, ostiolo crassiusculo papillæformi pertuso impresso instructis; ascis amplis cylindricis sporas 8 maximas ellipticas opacas continuas foventibus.

HAB. In stercore vaccino. La Calle : DURIEU.

* S. DEMERSA CORDA. — M., *Ann. sc. nat.*, 2, XX, p. 371; fructificationem hucusque ignotam illustrans.

806. S. MASCARENENSIS M., — *Cent.* II, n° 94. *Ann.*, 2, XVI, p. 272. — erumpens, subrotunda, plana; peritheciis sphæricis, in crustam colliculosam stromate corticali junctis, intus albis, ostiolis prominulis; ascis amplis clavatis sporas 8 ovoideo-oblongas altero fine mucronatas granulosas foventibus.

HAB. Ad cortices arborum. Insula Mascarena : HB. BALBIS.

807. S. MEGALOSPORA M., — *Cent.* II, n° 55, l. c., XIV, p. 324, t. 19, f. 4, non DNTRS. — innato-erumpens; stromate effuso tenui nigro; peritheciis convexo-applanatis solitariis confluentibusque, epidermide primo tectis, demum denudatis pulvere albo velatis intus albo-farctis,

817. S. LEPTORRHYNCHA DR. et M., — l. c., p. 510. — ceratostoma, gregaria; peritheciis minutis basi immersis sphæricis atris opacis, ostiolo longissimo tereti flexuoso nodosoque; ascis minimis clavatis, innumeris, sporis continuis oblongis.

HAB. In cortice *Chamæropis humilis*. La Calle : DURIEU.

818. S. (Aposphæria) LINTEARIA M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 466, t. 10, f. 6. — ceratostoma, sparsa, semilibera; peritheciis subglobosis atris opacis tandem collapsis, ostiolo crasso stricto truncato; sporis linearioblongis minimis, ascis o.

HAB. In tela semicorrupta. Chile : CL. GAY.

819. S. DEPRESSA FRIES, — mss. *in* M., *Notice etc.*, *Ann.*, 2, 1, p. 297, t. 13, f. 1. — effusa, immersa; peritheciis extus intusque nigris sphæricis confertis, nunc cortici interiori, nunc et ligno inquinato immersis, ostiolis maximis superficialibus demum cupulæformibus; ascis fusiformi-subclavatis sporas oblongas incurviusculas inordinate foventibus.

HAB. In ramis *Carpini*. Sedan : IPSE.

820. S. DEFOSSA DR. et M., — *Fl. Alg.*, 1, p. 513, t. 26, f. 5 *a-h*. — immersa; peritheciis globosis, in tuberculo ligneo aterrimo nidulantibus, intus cinereis, ostiolo in foveola vix prominulo; sporis cymbiformibus fuscescentibus biserialibus, sporulas quaternas hyalinas longitrorsum seriatas foventibus.

HAB. Cum S. *livida* PERS. in caulibus *Atropæ frutescentis*, etc. Algeria : DURIEU.

821. S. DICHROA DR., et M., — l. c., p. 514, t. 26, f. 6. — immersa; peritheciis solitariis in tuberculo ligneo nigrefacto globoso aut oblongo prominulo nidulantibus atris, intus basi deficiente (?) albis; sporis oblongis bilocularibus, quoque loculo sporulam globosam fovente.

HAB. In ramis decorticatis *Pistaciæ Lentisci*. Oran Algeriæ : DURIEU.

822. S. DIPLASIA DR. et M., — l. c., p. 515, t. 27, f. 8. — immersa; peritheciis sparsis ampullaceis membranaceis nucleoque fuscis, ostiolo dilatato exserto convexo perithecium lenticulare papillatum mentiente; sporis cymbiformibus medio constrictis bilocularibus.

HAB. In parte lignosa culmorum *Arundinis mauritanicæ*. Alger : DURIEU.

823. .S. Granati M. et Fries, — *Notice etc., in Ann.*, 2, I, p. 297. — immersa, nigra; peritheciis minimis ovato-globosis intus cinereis, in series lineares parallelas coadunatis, ostiolis acutis elongatisque papillatis; ascis.....

Hab. In ramis *Punicæ Granati*. Perpinianum : Ipse.

824. S. Oleandri DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 528. — subtecta; peritheciis immersis ovoideis tandem depressis albo-farctis poro pertusis, ramum inquinantibus; ascis cylindricis, sporis octonis oblongis medio uniseptatis.

Hab. In ramis *Nerii Oleandri*. Bone, Algeriæ : Durieu.

825. S. Inulina DR. et M., — l. c., p. 529. — sparsa; peritheciis innato-erumpentibus minimis atris, intus albis, cum epidermide hinc papulosa elevatis, ostiolo simplici pertusis, tandem circumscissis; ascis clavatis, e parietibus perithecii centrum versis, sporis 8 biseriatis fusiformibus quinqueseptatis.

Hab. In caulibus *Inulæ viscosæ*. Alger : Durieu.

* S. Castagnei DR. et M., l. c., p. 528.

Syn. *Sphæria Jasmini* Cast., *Catal. Pl. Mars.*, p. 167, non Schweinitz.

826. S. Crucianellæ DR. et M., — l. c., p. 463. — erumpens, mox nuda; peritheciis pro ratione magnis ovoideis sparsis aggregatisve confluenti subseriatis atris ostiolatis; ostiolo prominulo; sporis linearibus, rectis aut curvulis, uno latere gibbosis, ascis diffluentibus?

Hab. In caulibus *Crucianellæ maritimæ*. La Calle : Durieu.

827. S. Intybi DR. et M., — l. c., p. 518. — tecta, atro-inquinans; peritheciis sparsis immersis ovato-globosis persistentibus atris subprominentibus, pro ratione magnis, papilla decidua ostiolatis, nucleo fulvescenti evacuato intus nitidis; ascis clavatis, sporis cymbiformibus, altero latere gibbis fuscis sporulas 4 foventibus.

Hab. In caulibus *Cichorii Intybi*. Alger : Durieu.

828. S. alsophila DR. et M., —l. c., p. 462. — concrescens, effusa; peritheciis sparsis aut aggregatis, ligno semiimmersis, crusta atra subcorticali tectis, ostiolis erumpentibus striatis; ascis tenuissimis cylindricis, sporis subreniformibus.

Hab. In ramis *Salsolæ oppositifoliæ*. Mostaganem Algeriæ : Durieu.

Obs. An potius *Valsa*?

829. S. pachyceras DR. et M., — l. c., p. 486. — tecta, emergens; peritheciis parallele seriatis nigris ovoideis cum ostiolo crasso corniformi subsulcato cuticulam discutiente confluentibus, demum seminudis; ascis tubulosis, sporis oblongis fusco-brunneis medio septatis ibique leniter constrictis.

Hab. In ramis *Clematidis cirrosæ*. Bouzareah Algeriæ : Durieu.

830. S. pholeodes M., — *Notice etc., in Ann.*, 2, I, p. 339, t. 13, f. 4. — immersa, linea nigra circumscripta; peritheciis globosis nigris in ligno caulis nidulantibus, ostiolo brevi subconico in macula cinerea vix prominulo; ascis fusiformi-subclavatis, sporis cymbiformibus triquinqueseptatis.

Hab. In caulibus emortuis *Bardanæ*. Oly prope Sedanum : Ipse.

831. S. nitidissima DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 523. — gregaria, confluens; peritheciis ovoideo-depressis culmo atrato-nitido tectis, ostiolo prominulo obtuso; ascis subcylindricis, sporis 8 oblongis simplicibus brunneis.

Hab. In culmis *Arundinis Donacis*. Alger : Durieu.

832. S. trachodes M., — *Cent.* II, n° 58, *Ann.*, 2, XIV, p. 386. — subtecta; peritheciis confertis confluentibusque hemisphæricis atris opacis, intus albo-cinereis, ostiolo papillæformi acuto; sporis ex ovoideo oblongis brunneis specie bilocularibus opacis.

Hab. Ad folia Monocotyledonearum in sylvis, secus amnem Gabaret Guyanæ : Leprieur, *Coll.* n° 581.

833. S. cingulata M. et Fries, — *Notice etc., in Ann.*, 2, I, p. 340, t. 12, f. 3. — obtecta, atro-inquinans, sparsa, nigra; stromate pulverulento mere corticali, supra conceptaculo pseudo-perithecium hemisphærico-conicum rugosum mentiente cincto; peritheciis globosis stromate singulatim immersis, collo tereti longiusculo, ostiolo papillato nitido deciduo; ascis clavatis pedicellatis, sporis cymbiformibus multicellulosis.

Hab. In ramis *Loniceræ pyrenaicæ*, Trancade d'Ambouilla, Pyr. Orient. : Ipse.

834. S. PEREGRINA M. et FRIES,—l. c., t. 11, f. 4.— obtecta, sparsa, raro confluens; peritheciis cylindrico-conicis truncatis atris opacis spiraliter plicato-striatis, epidermide adnata tectis, ostiolo tandem poro pertuso; sporis filiformi-linearibus curvulis.

HAB. In ramis *Broussonetiæ papyriferæ*. Lugdunum : IPSE.

OBS. Videtur potissimum species *Rabenhorstiæ*.

835. S. SCALARIS DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 510. — obtecta, sparsa; peritheciis amplis ovoideis, in ligno detrusis, cortice obvallatis, vertice obtuse umbonato papilla minutissima nitida cuticulam perforante coronatis, tandem semiliberis; ascis cylindricis longissimis, sporis fusiformi-cymbiformibus, tandem oblongo-cylindricis hyalinis 7-8-septatis.

HAB. In ramis *Oleæ europeæ*. Alger : DURIEU.

836. S. OXYACANTHÆ M., — *in* CAST. *Supplém.*, p. 48. — obtecta; peritheciis sphæricis in ligno albescente semiimmersis confertis extus intusque nigris opacis, ostiolo conico-acuminato; sporis ellipticis continuis brunneis, a latere visis coffeæformibus.

HAB. In ramis *Cratægi oxyacanthæ* in Gallia australi : CASTAGNE.

837. S. HEMICRYPTA DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 517. — peritheciis tectis simplicibus aggregatisque subcircinantibus globosis atris, ligno semiimmersis collabentibus lævibus, in ostiolum longum angustatis, ostiolis erumpentibus solitariis aut junctis cylindricis subdivergentibus; ascis oblongo-subclavatis, sporis cymbiformibus hyalinis triseptatis.

HAB. In ramis *Physalidis somniferæ*, *Rhois Coriariæ* et *Anagyridis fœtidæ*. Alger : DURIEU.

838. S. SICYOSPERMA DR. et M., — l. c., p. 519. — subglobosa, erumpens, unilocularis, stromate ligneo extus aterrimo tecta; perithecio simplici sphærico membranaceo nigro-farcto, evacuato fulvo, ostiolo nullo; ascis clavato-cylindricis, sporas oblongo-attenuatas peponis seminibus simillimas brunneas opacas foventibus.

HAB. In ramulo *Quercus cocciferæ*. Alger : Durieu.

839. S. PARDALOTA M., — *Notice etc.*, *in Ann.*, 2, I, p. 304, t. 12, f. 1. — maculæformis, epidermide cinerascente tecta, lineola flexuosa

limitata; peritheciis sparsis hemisphærico-compressulis nigris intus cinereis astomis, stromate concolori immersis, tandem rimose erumpentibus; ascis clavatis sporas cymbiformes biseptatas foventibus.

Hab. In caulibus emortuis *Convallariæ multiflorœ* in Ardennis : Ipse.

840. S. Urticaria M., — *Guy.*, mss., n° 573. — pustulæformis, epidermide adnata demum nigrata obtecta; peritheciis subsphæricis atris, stromate concolori in series parallelas dispositis, intus albis, ostiolis minutis prominulis; ascis clavatis, sporas 8 lineari-oblongas curvulas hyalinas foventibus.

Hab. In petiolis Palmarum. Cayenna : Leprieur.

841. S. fœniculacea M., — *Cent.* VI, n° 29, *Ann.*, 3, XI, p. 40. — seriata, maculæformis, cinerea; peritheciis minimis, stromate fusco immersis tectis globoso-depressis, siccitate cupulari-collabentibus, ostiolo brevi, vix ullo; ascis oblongo-cylindraceis basi hinc gibbosa conjunctis, sporis 8 ellipticis.

Hab. In caulibus *Anethi fœniculi* apud Montaud-lez-Miramas Galliæ australis : Castagne.

842. S. Holoschœni M., — *Ann.*, 3, XI, p. 47. — innata, tecta; peritheciis globosis perexiguis, stromate fuscescente immersis, in lineolas angustas cinerascentes seriatis, intus albo-farctis ostiolis, punctiformibus vix conspicuis; ascis ovato-oblongis.....

Hab. In culmis *Scirpi Holoschœni* prope Perpinianum : Ipse; apud Montaud : Castagne.

843. S. ferulina DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 484. — peritheciis gregariis globosis albo-farctis, stromate fusco subcuticulari tectis, maculamque griseam continuam efformantibus, ostiolis prominulis obtusis poro lato hiantibus; ascis cylindraceo-subclavatis, sporas 8 fusiformes obtusas subcurvatas transversim medio 2-3-septatas foventibus.

Hab. In caulibus *Ferulæ communis*. Birmandreis : Durieu.

844. S. contempta DR. et M., — l. c., p. 485. — peritheciis depresso-globosis seriatis, stromate atro concolori immersis, epidermide nigrefacta tectis; sporis oblongo-fusiformibus obtusissimis 4 septatis.

Hab. In caulibus *Equiseti limosi*. Coucy-le-Châtel in Gallia : Saubinet; ad Bouzareah Algeriæ : Durieu.

845. S. CHIONOSTOMA DR. et M., — l. c., p. 521. — caulicola; peritheciis innato-erumpentibus convexo-hemisphæricis atris, epidermide nigricante tectis, ostiolo zona alba farinosa cincto; sporis simplicibus brunneis late cymbiformibus uniseriatis.

HAB. Ad caules herbarum. Alger : DURIEU.

846. S. MYRIOSPORA DR. et M., — l. c., p. 524. — tecta, conferta, subseriata; peritheciis minutis globosis collabentibus fuscis, ostiolo erumpente obtuso, poro pertuso, disco nullo; ascis clavatis polysporis, sporis linearibus obtusis sporulas 3-4 seriatas foventibus.

HAB. In ramis *Jasmini fruticantis*. Alger : DURIEU.

847. S. SCOTOPHILA DR. et M., — l. c., p. 531. — tecta; peritheciis cauli semiimmersis fusco-atris globoso-depressis albo-farctis, ostiolo prominulo acuto instructis, tandem elabentibus foveolamque reliquentibus; ascis longe fusiformibus utroque fine obtusis sporas 8 conformes, specie triseptatas foventibus.

HAB. In caulibus *Orobanches fetidæ* putredine semicorruptis. Alger : DURIEU.

† 848. S. MASSALONGI M., — *in litt. ad cl.* MASSALONGO, IV *Non. Januar.* 1855 *datis*. — obturata; peritheciis gregariis sparsisve minutis innato-erumpentibus, e sphærico obovoideis, apice subcollabentibus, specie papillulatis atro-fuscis, intus cinereis; ascis saccato-clavatis octosporis, sporis ex oblongo caudato-pyriformibus, transversim triseptatis fuscidulis, rectis vel curvulis, cauda pellucida.

HAB. Ad truncos emarcidos *Amygdali communis* in agro Veronensi, circa Tregnago : MASSALONGO.

SYN. *Menegazzia apiospora* MASSAL. *ad* interim; item *Pyrenula apiospora* EJUSDEM HB. *in schedula et in litteris, Tregnago, Prid. Octobr.* 1854; dein *Sphæria rhamphospora* (e ῥαμφος, *rostrum*) MASSAL. cum collectione Lichenum, quam ab auct. III Idus Martii accepi; tandem S. MASSALONGI MONTAG., *in* MASSAL., *Flora, Diar. Bot. Ratisb.*, 28 april. 1855, n° 16, t. 8 et 9, cum diagnosi.

DESC. Perithecia erumpentia, minuta, vix semen Papaveris æquantia, rigida, madida mollia, 1/5 ad 1/3 millim. diametro metientia, gregaria sparsaque, opaca, subrugulosa, extus atro-fusca, intus cinerascentia, apice leniter at manifeste collabentia, specie papillulata,

astoma, irregulariter rimose rumpens. Nucleus gelatinosus, bibulus, ex ascis octosporis clavato-saccatis, inferne scilicet vix attenuatis, hyalinis, junioribus 7—maturis 10 centimillim. longis, medio 2 centimillim. crassis, absque paraphysibus, constans. Sporæ oblongæ, subpedicellatæ, nempe appendiculo hyalino auctæ et cum eo sæpe pyriformes evadentes, transversim triseptatæ seu quadriloculares, loculis obscuris fuscis. Longitudo sporarum cum cauda $0^{mm},0350$, absque cauda $0^{mm},0235$; crassitudo centimillimetrum haud adæquat. Interdum recta spora est. In spora juniori septa non adsunt, sed tantum globuli quaterni, seriati, hyalini.

Obs. *Sphæriæ Verrucariæ* affinis species, a qua, ut et ab omnibus hujus seriei, fructificatione propria magnopere differt. Sporæ etenim singulares in memoriam illas Helminthosporii cujusdam revocant, nec tamen ea de causa ad novum genus condendum idoneæ.

† 849. S. Molluginis M. mss.: peritheciis innatis gregariis aut sparsis, e rotundo oblongis, madidis convexis, siccitate collabentibus astomis, epidermide semper tectis, basi filis radiantibus instructis; ascis linearibus, 8-12 sporas globosas hyalinas uniseriales foventibus.

Hab. In caulibus emortuis *Galii Molluginis* circa Sedanum, in Ardennis, 1830 : Ipse.

Desc. Perithecia sparsa aut circa nodos collecta, orbicularia, raro oblonga, minuta, 1/3 ad 2/3 millim. diametro æquantia, atra, nitida, epidermide semper tecta, madore convexa, exsiccatione cupulari-collapsa, intus cinerea, e basi undique fibras ramosas, articulatas emittentia; astoma et rimose (?) tandem dehiscentia. Præterea insigniter constant e cellulis magnis vesicularibus, diametro $0^{mm},015$ æquantibus violaceo-fuliginosis. Nucleus gelatinosus. Asci lineares pro ratione longi, 7 centimillim. metientes, $0^{mm},0025$ circiter crassi, anaparaphysati, sporas globosas, limpidas, octonas ad duodenas unica serie foventes et undique centrum perithecii versus vergentes. Sporæ vix $0^{mm},0020$ diametro adæquant.

Fibræ e basi cujusque perithecii ortæ, fuscidulæ, radiantes, brèves, decimillimetrum circiter longæ, irregulariter ramosæ, articulatæ, articulis diametrum ($0^{mm},0055$ ad $0^{mm},0075$) æquantibus, quadratis vel rotundis, hinc in fila moniliformia sub epidermide quaque versus prorepunt.

Obs. Cum nulla cognita nisi forsan cum *Sphæria excavata*, præsertim

var. *basitrichia* DR. et M., *Fl. Alg.*, I, p. 526, comparanda hæc species. Differt autem ab illa peritheciis tectis aliter exstructis, defectu ostioli nec non fructificatione. *Sphæria excavata*, cujus fructus descripsi, l. c., sporis gaudet ellipticis, magnis, longitrorsum transversimque multiseptatis, nempe cellularibus.

850. S. OBESA DR. et M., — l. c., p. 526, t. 27, f. 3. — erumpens, sparsa et gregaria; peritheciis globoso-depressis demum liberis atris nitidis, intus cinereis, ostiolo papillæformi deciduo instructis, tandem umbilicatis late pertusis; ascis clavatis sporas 8 initio fusiformes rectas vel curvulas specie septatas seu 8-10 sporulis fœtas, at sporulis mediis sensim coalitis, demum ventricosas olivaceas includentibus.

HAB. In caulibus *Scabiosæ urceolatæ*. Mostaganem Algeriæ : DURIEU.

851. S. CALAMINA DR. et M., — l. c., p. 532. — sparsa; peritheciis dimidiatis hemisphæricis atro-nitentibus rugulosis astomis intus albis demum basi circumscissis; ascis clavatis, sporis 8 e fusiformi oblongis quadriseptatis hyalinis.

HAB. In culmis *Arundinis mauritanicæ*. Bouzaréah : DURIEU.

852. S. SCOTINA DR. et M., — l. c., p. 534. — subinquinans; peritheciis immersis sparsis punctiformibus extus et intus atris cum ostiolo late conico tandem erumpente ovoideis; ascis numerosis cylindricis, sporis 6-8 oblongis tandem fuscis, ex utroque fine obtuso appendiculatis aculeatisve.

HAB. In culmis *Scirpi lacustris*. La Calle : DURIEU.

853. S. CLIVULOSA M., — *Guy.*, mss., n° 563, t. 6, f. 4. — culmicola, epidermide atrata semper tecta, linearis, confluens; peritheciis convexis depressis uni-aut pluriserialibus intus nigris, ostiolis minutis prominulis; ascis lineari-clavatis, sporas 8 oblongas fuscas foventibus.

HAB. In culmis arundinaceis? Cayenna : LEPRIEUR, absque n°.

854. S. STEGOPHORA M., — *Guy.*, mss., n° 564. — bullato-erumpens, tecta, lineari-oblonga elongataque; peritheciis seriatis atris sphæricis nigro-farctis, stromate concolori immersis, ostiolis globosis prominulis; sporis fuscis ex oblongo amygdaloideis.

HAB. In culmis arundinaceis? Guyana : LEPRIEUR, absque n°.

855. S. PHASELINA M., — *Guy.*, mss., n° 565, t. 6, f. 2. — seriata, erumpens, lineari-lanceolata, elevata, nigra; stromate pallido; peri-

theciis pluriserialibus connatis oblongis, ostiolis crassis prominulis scutelliformibus atris; sporis minutissimis phaseoliformibus hyalinis.

Hab. In Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1219.

856. S. sulcigena M., — *Guy.*, mss., n° 566. — seriata; perithecis tectis hemisphæricis dimidiatis superne fusco-lanatis epidermidi adnexis, ostiolo erumpente punctiformi; ascis diffluentibus; sporis ovoideis fuscis a latere visis plano-concavis.

Hab. In petiolis Palmæ cujusdam, sub epidermide nascens. Cayenna : Leprieur, absque n°.

857. S. Uberina M., — *Guy.*, mss., n° 571, t. 6, f. 1. — erumpens, sparsa, verrucariæformis; peritheciis hemisphærico-depressis, basi applanata epidermide irregulariter rupta cinctis, brunneis opacis ostiolatis, ostiolo nitido; ascis maximis, sporas 8 fusiformes medio septatas hyalinas foventibus.

Hab. Cum prioribus. Cayenna : Leprieur, absque n°.

858. S. Craterium M., — *Cent.* VI, n° 28, *Ann.*, 3, XI, p. 39. — caulicola, sparsa, atro-inquinans; peritheciis simplicibus sphærico-depressis tectis intus albis, epidermidem concrescentem apiceque poro amplo perforatam elevantibus; ascis oblongis cylindricis vel sacciformibus magnis, sporis fusiformibus obtusis hyalinis specie 4 septatis.

Hab. In culmis arundinaceis, ad Lemovicem : Lamy.

859. S. Œdema M., — *Cent.* II, n° 57, *Ann.*, 2, XIV, p. 326. — convexo-applanata, lineari-oblonga lanceolatave, epidermide immutata tecta; peritheciis seriatis in stromate fusco-nigro nidulantibus albo-farctis, ostiolis punctiformibus sparsis; ascis tenerrimis clavatis cito diffluentibus, sporis acicularibus aut baculiformibus. An Rhaphidospora?

Hab. In cortice petiolorum *Mauritiæ flexuosæ* in Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 346.

860. S. Lycopodina M., — *Cent.* VI, n° 95, *Ann.*, 3, XII, p. 313. — foliicola; peritheciis innatis minutissimis, primo sparsis, tandem confertis stromate junctis, maculamque aterrimam convexam rugulosam opacam efformantibus; ascis clavato-subcylindricis, sporis 8 oblongis olivaceis triseptatis.

Hab. In dorso bractearum *Lycopodii annotini*. Terre-Neuve : La Pylaie.

861. S. unguiculata M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 464, t. 9, f. 8. — hypophylla; peritheciis globosis endogenis atris, ostiolo eumorpho prominulo; ascis cylindricis 8-sporis, sporis oblongis simplicibus fuscis altero fine unguiculo hyalino instructis.

Hab. In foliis *Desfontainiæ?* Chili. Cl. Gay.

862. S. Lathyri DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 488. — foliicola, tecta, colliculosa; peritheciis innatis pro ratione amplis sphæricis, in utraque folii pagina atra prominulis, intus albis, poro vix conspicuo pertusis; ascis e placenta basilari erectis, initio utrinque acuminatis ventricosis apice truncatis, adultis late clavatis sporas 8 ovato-oblongas continuas hyalinas foventibus.

Hab. In foliis *Lathyri amphicarpi*. Mascara : Durieu.

863. S. Chamæropis DR. et M., — l. c., p. 517. — seriata; peritheciis tectis, cucurbitæformibus seu globoso-depressis atris, in ostiolum erumpentem conicum aut hemisphæricum confluentibus, albo-farctis; ascis cylindricis, sporis 8 oblongis triseptatis, uno alterove septo longitudinali iterum divisis, tandem olivaceo-fuscis.

Hab. In foliis *Chamæropis humilis*. Oran Algeriæ : Durieu.

864. S. phragmispora DR. et M., — l. c., p. 520. — amphigena, sparsa aut confluens; peritheciis immersis latentibus ovoideo-ampullæformibus atris crassis, ostiolis epidermide mox lacerata erumpentibus, tandem circumscissis; sporis soleæformibus multicellulosis (muralibus) fuscis.

Hab. In foliis *Agaves americanæ* emortuis. Alger : Durieu.

865. S. contaminans DR. et M., — l. c., p. 522. — sparsa vel gregaria, maculans; peritheciis minutis cortici immersis tectis, globosis aut ovoideis depressis ostiolisque vix prominulis atris; ascis cylindricis mox diffluentibus, sporis 8 navicularibus brunneis opacis, limbo lato mucilaginoso cinctis.

Hab. In petiolis foliorum *Phœnicis dactyliferæ* et *Chamæropis humilis*. Mostaganem et Alger : Durieu.

866. S. ACANTHINA M., — l. c., p. 533. — confertim sparsa, epidermide innata, semper tecta; peritheciis globosis minutis pachydermaticis prominulis, extus intusque atris, poro simplici pertusis; ascis cylindricis, sporis continuis ellipticis obscuris.

HAB. In petiolis foliorum *Acanthi mollis*. Alger : DURIEU.

867. S. FUSARIISPORA M., — *Guy.*, mss., n° 570, t. 6, f. 5. — epiphylla, sparsa; peritheciis globosis minutis erumpentibus atris fulvo-velatis, poro pertusis, folium utrinque olivaceo-maculantibus albo-farctis; sporis fusiformibus hyalinis curvulis tri-quinque septatis.

HAB. In foliis *Bambusæ*. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1122.

868. S. STEINHEILII M., — *in Ann.*, 2, I, p. 285, t. 13, f. 8. — innata, amphigena, convexa, oblonga lanceolatave, nigra nitida, macula fusca cincta; peritheciis minimis tectis atro-farctis, stromate fuscescente immersis, ostiolis aliis minute papillatis, aliis impressis; ascis...., sporis oblongis.

HAB. In foliis emortuis *Chamæropis humilis*. Bone : STEINHEIL.

869. S. PUNICÆ M., — *Notice etc.*, l. c., p. 345. — hypophylla; peritheciis innato-prominulis minimis nigris astomis, maculas orbiculares stromate fibrilloso-radiato innato cinereas demum nigras efformantibus.

HAB. In foliis delapsis *Punicæ granati* circa Perpinianum : IPSE.

870. S. PAPULOSA DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 536. — amphigena; peritheciis innatis globoso-depressis atris albo-farctis, epidermide immutata tandem rimose fissa tectis, poro pertusis; ascis breviter clavatis, sporas 6 cymbi-fusiformes sporulis 4 fœtas foventibus.

HAB. In foliis semicorruptis *Citri Aurantii*, *Hederæ* et *Smilacis mauritanicæ*. Alger : DURIEU.

871. S. SEROGRAPTA DR. et M., — l. c., p. 537. — phacidioides, hypophylla; peritheciis innatis rotundis confluenti-linearibus epidermide tandem varie rupta vertice prominulo cinctis, poro lato pertusis; ascis cylindraceo-clavatis, sporis gracillimis vermiformibus curvulis specie torulosis.

HAB. In foliis siccis *Quercus coccifera* apud Alger : DURIEU; in Gallia australi : CASTAGNE.

872. S. INDEPRENSA DR. et M., — l. c., p. 538. — amphigena, sparsa; peritheciis omnium minimis ovoideo-sphæricis nigris opacis tandem emergentibus, poro apicali pertusis, basi epidermide fissa cinctis; ascis brevibus clavatis, sporis fusiformibus sporulas 4-5 foventibus.

HAB. In foliis *Silenes rosulatæ*. La Calle : DURIEU.

873. S. DISCORS DR. et M., — l. c., p. 539. — epiphylla; peritheciis globosis epidermide innatis mox denudatis perexiguis sparsis atris tandem circumscissis, ostiolo nullo; ascis amplis, sporas 8 ellipsoideas olivaceas multicellulosas (murales) foventibus.

HAB. In foliis *Caricis gynobasis*. Tiaret Algeriæ : DELESTRE.

874. S. PHOMATOIDES M., — *Cent.* II, n° 62, *in Ann.*, 2, XIV, p. 328, t. 19, f. 7, sub *Ascospora*. — epiphylla, gregaria; peritheciis dimidiatis plano-convexis epidermide tectis astomis atro-nitentibus interdum confluentibus; ascis oblongis vel obovatis, sporis 8 ellipticis limbo lato pellucido cinctis.

HAB. Ad folia delapsa in sylvis ad Oyapock Guyanæ : LEPRIEUR, *Coll.* n° 440.

875. S. IRIDIS DR. et M., — l. c., p. 540. — amphigena; peritheciis confertim sparsis subovoideis parvis pachydermatinis, epidermidi atratæ immersis, prominulis rigidis atris nitidis, intus albis, poro simplici pertusis; ascis clavæformibus, sporis fusi-vel cymbiformibus sporulas subquinas foventibus.

HAB. In foliis caulibusque *Iridis fœtidissimæ* apud Alger : DURIEU.

876. S. BUPLEVRI DR. et M., — l. c., p. 538. — amphigena; peritheciis gregariis epidermide sublevato decoloratoque innato-prominulis tectis minutissimis subglobosis atris, intus albis, poro simplici pertusis; ascis sacciformibus sporas 8 fusiformes hyalinas granulosas foventibus.

HAB. In foliis *Buplevri spinosi*, in summo monte Atlante : DURIEU.

* MELANOSPORA BARBATA DR. et M., *Fl. Alg.*, I, p. 542, t. 25, f. 3, a-g.

SYN. *Sphæria barbata* PERS. — *Scopulina* dein *Scopinella barbata* LÉV. — *Ceratostoma barbata* FRIES.

breviter clavati, confertissimi, sporas octonas, oblongas, spermatiisque subsimiles includentibus.

Fungilli in plantis annuis emortuis obvii. Typus : *Sphæria Galii* Fries, *Elench. Fung.*, II, p. 105, ubi illustrissimus mycologus, divinans, ut ita dicam, differentiam genericam, his utitur verbis : « Species olim a genere removenda. »

De necessitate generis *Sphæriæ* denuo subdividendi pluribus locis (*Fl. Alger.*, I, p. 444 et seq. alibique) longe disserui. Friesius, Corda, Notarisius aliique principia aliquot ad hanc partitionem accommodata proposuerunt. Si quidem mihi conceditur una cum nominibus tantorum mycologorum meum annumerare, nonnulla genera ipse institui quæ jam video universaliter adoptata.

Novum hocce genus in honorem nobilissimæ et præclarissimæ Comitissæ Elisabeth Fiorini-Mazzanti, quæ, jam ante vicennium, *Bryologiam Romanam* latine conscriptam edidit, conditum, nititur præsertim in natura sclerotioidea stromatis a matrice haud suppeditati, in peritheciis membranaceis, haud carbonaceis, nec non in præsentia haud æquivoca ambarum fructus formarum, quæ notæ essentiales maximi momenti mihi videntur.

* Mazzantia Galii M., mss. : stromate innato oblongo convexo sclerotioideo extus atro, intus niveo, dein pallido, epidermide tecto; peritheciis 1—3—5 excavatis membranaceis pallidis sensim dilatatis, ostiolo prominulo munitis et nucleum gelatinosum sordidum, tum sporas eructando ejicientem, foventibus; spermatiis lineari-oblongis, centimillimetrum longis, $0^{mm},0035$ circiter crassis, nunc (an junioribus?) hyalinis continuis, nunc utroque fine, more sporarum *Phomatis*, sporulam vel guttulam oleæ amandatam includentibus; ascis cylindraceo-subclavatis, 5 centimill. longis, octosporis; sporis uni-aut biserialibus oblongis, hyalinis, $0^{mm},0075$ et parum ultra longis, utroque fine globulum vix conspicuum foventibus.

Hab. Ad caules emortuos *Galii Aparines* et *G. Molluginis*, in Gallia : Guépin, Castagne, Desmazières, Mougeot; in Suecia : Fries.

Syn. *Sphæria Galii* Guép., *in* Fries, *Elench. Fung.*, II, p. 105 et *Sclerómyc. Suec. exsic.*, n° 404! — Desmaz., 13e *Notice*, n° 24, *Ann. sc. nat., juillet* 1846, et *Crypt. de France exsic.*, édit. I, n° 1775. — Mouc. et Nestl., *Stirp. Voges.*, n° 1171. — *Sphæria Aparines* Castag., *Catal. des Pl. de Marseille*, p. 171.

Obs. Multum temporis et operæ tribui examini speciminum hujus speciei omnium, quæ ab amicis supra laudatis accepta habui. Minutatim et diligenter perscrutavi non solum exemplaria collectionis propriæ, sed et illa quibus ornantur Collectiones insignes et eximiæ Cryptogamarum Galliæ exsiccatarum a dilectissimis Desmazières et Mougeot cum tanta cura, constantia elegantiaque præparatæ.

Spermatia itaque (nec ascos) inveni in speciminibus Succicis (Fries, *Scleromyc Suec. exsic.*, n° 404!) at illa minus distincte oblonga, potius cymbiformia, nempe utrinque attenuata, dilute et sordide helvola, nec limpida, ad extremitates oppositas distincte globulifera. Talia in exemplaribus Guepinianis observavi, sed absolute continua, nec utroque fine globulum exhibentia, ut præcedentis, spermatophoris 3-4 centimillim. longis suffulta. Ascos et sporas comperi in iisdem speciminibus a cl. Castagne mihi missis, quæ et spermatia in stromate distincto ferebant. In speciminibus denique Desmazierii nihil aliud nisi ascos bene evolutos et octosporos inveni.

Ad hoc autem propositum revertor, quod velim quemque persuasissimum habere, naturam scilicet stromatis et perithecia haud carbonacea characteres hujus generis essentiales præbere. In multis Sphæriaceis, quas hucusque exploravi, præcipue ad hanc sectionem pertinentes, semper stroma a matricis fibris corrosis et pulverulentis formatum reperi, nec, ut in hoc nostro genere forma, habitu, imo et structura sclerotiiforme.

Adde insuper quod in præsenti ill. Friesius e genere Sphæria reformato excludit omnes species in quibus perithecia desiderantur carbonacea. Atque manifeste hæc membranacea et incolorata sunt in *Mazzantia* nostra.

Nollem attamen de valore *taxonomico* amborum fructuum in iisdem exemplaribus promiscue adeuntium nimis instare, quum observationes recentes nos docent facta simillima in aliis Hypoxylis jam comperta esse.

882. M. Gougetiana M., mss. : stromate innato tecto suborbiculari planiusculo atro nitido; perithecïis magnitudine variis immersis con-

coloribus pallidis, pluribus tandem una confluentibus; spermatiis sphæricis minutissimis pedicellatis, spermatophoris brevibus centrum versus vergentibus; ascis.....

Hab. Ad caules herbarum prope Blidah in Algeria : Gouget, n° 679.

Syn. *Dothidea Gougetiana* Montag., *Cent.* III, n° 49.

Obs. Alteram fructus formam *Sphæriæ Piceæ* Pers. forsan hanc speciem haberes, quæ substantia stromatis prorsus cum priori convenit, ut ut revera ab utraque differat pluribus notis.

Ordo II. DICHÆNACEI.

883. Enslinia Leprieurii M., — *Guy.*, mss., n° 579. — stromate erumpente rufo-furfuraceo intus nigro cupulari-marginato sessili aut breviter stipitato; peritheciis stipatis in disco pulverulento rufo erectis tubulosis : ascis lineari-clavatis horizontalibus, sporas globosas subsenas hyalinas foventibus.

Hab. Ad cortices arborum. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 887.

XXIII. CORDIERITES M.

Stroma carbonaceum, ramosissimum fragilissimumque. Perithecia terminalia, tandem cupulari-aperta, marginata. Discus superus ascigerus, sporis pruinosus. Asci breviter clavæformes. Sporæ 6-8 oblongæ, continuæ, hyalinæ, uniseriales. — M., *Ann.*, 2, XIV, p. 330.—Fries, *Sum. Veget. Scandin.*, p. 299.

884. Cordierites guyanensis M.,—l. c., p. 331, t. 19, f. 11, *Cent.* II, n° 65, et *Guy.*, mss., n° 578, t. 6, f. 6. — peritheciis subterminalibus cupularibus, margine involuto, disco pulverulento.

Hab. Ad ligna putrida in montibus Kau et prope Cayennam : Leprieur, *Coll.* n°s 383 et 885.—Corda, *Anleit.*, p. 154, t. G, 64, f. 40-42.

* Tympanis Loniceræ Fries, *Elench. Fung.*, II, p. 19, absque diagnosi et descriptione. — M., *Notice etc.*, *in Ann. sc. nat.*, *majo* 1836, p. 283, t. 13, f. 4.

Obs. Potius *Schmitzomiæ* species.

885. Sphæronema fasciculatum M. et Fries.—*Notice etc.*, *in Ann.*,

2, I, p. 346. — peritheciis lageniformibus basi connatis apice divergentibus nigris, globulo fugaci livido.

Hab. In truncis *Betulæ albæ* in Ardennis : Ipse.

* S. clavatum Lév. — M., *Fl. Chil.*, VII, p. 469, t. 9, f. 9; cum descriptione et icone.

* S. paradoxum DR. et M., *Fl. Alg.*, I, p. 578.

Syn. *Sphæria ceratosperma* Tode, *Meckl.*, 2, p. 53. — Moug. et Nestl., *Stirpes Vogesiacæ exsic.*, n° 567.!

886. S. lichenophilum DR. et M., — l. c., p. 579. — parasiticum, gregarium; peritheciis semiimmersis ovoideo-acuminatis simplicibus nigris, ostiolo acuto recto aut curviusculo instructis, nucleo albo; sporis minutissimis oblongis.

Hab. In crusta *Lecideæ canescentis* ad truncos *Chamæropis*, in summo monte Bouzaréah, prope pagum : Durieu.

887. S. tricolor DR. et M., — l. c. — foliicola, amphigenum, sparsum; peritheciis innato-erumpentibus globoso-ovoideis atris opacis albo-farctis, poro pertusis; globulo fugaci pallide rubro; sporis cylindricis obtusis.

Hab. In foliis *Diplotaxis viminea* emortuis, in deserto *Tilleri* nuncupato : Guyon.

888. S. Marrubii DR. et M., — l. c., p. 580. — caulicola, innato-erumpens, gregarium; peritheciis hemisphæricis tandem vertice conico denudatis atris opacis, poro pertusis, intus corneis; globulo sordido albo; sporis oblongis subbinucleatis.

Hab. In caule *Marrubii hispanici*. Oran Algeriæ : Durieu.

889. S. ovoideum DR. et M., — l. c., p. 581. — peritheciis ovoideis seriatis atris opacis, poro pertusis, globulo.....

Hab. Ad ramos *Ephedræ altissimæ*. Oran : Durieu.

890. S. heteromorphum DR. et M., — l. c. — sphæriæforme; peritheciis innato-tectis gregariis depressis, intus albo-farctis, ostiolo prominulo acuto instructis; globulo opalino; sporis lineari-oblongis.

Hab. Ad caulem herbæ cujusdam ad Bouzaréah, prope Alger : Durieu.

XXIV. LABOULBENIA M. et CH. ROBIN.

Stroma obconico-turbinatum vel elongatum, cellulosum, e cellulis amplis crasse limitatis constans, apice hinc in fila articulata subfasciculata desinens. Perithecium apicem versus laterale, corneo-membranaceum, ovoideum, acuminato-mamillatum, poro apicali pertusum, intus sporas fusiformes vix glaucescentes (septatas?) cum gelatina seu filis tenuissimis pellucidis myceliiformibus erumpentes fovens. — *Cfr.* CH. ROBIN, *Hist. nat. des végét. paras.*, p. 622.

891. LABOULBENIA ROUGETII M. et CH. ROBIN, — l. c., et *Atl.*, pl. X, f. 2. — obconico-turbinata, subpedicellata, badio-fulva, mamilla perithecii ad basin nigrescente; stromate perithecio latiore; filis articulatis maximis crassis coloratis; sporis minutis (septatis?) fusiformibus cum gelatina erumpentibus.

HAB. In antennis, thorace, pedibus et elytris *Brachini crepitantis* et *B. Sclopetæ* : ROUGET, *in Soc. Entom.*, *séance du* 23 *mai* 1849.

XXV. PLEOCOCCUM DESM. et M.

Perithecium erumpens, dimidiatum, tenuiter membranaceum, convexo-planum, atrum, valvis 2-4 (sæpius ternis) siccitate conniventi-approximatis, madore discedentibus, dehiscens. Nucleus mucilaginosus, opalinus, humore admoto cito diffluens sporasque ovoideo-oblongas hyalinas fovens. — M. et DESM., *in Ann.*, 3, XI, p. 53.

892. PLEOCOCCUM ROBERGEI DESM. et M., — *Cent.* VI, n° 44, et l. c., p. 54. — minutum, punctiforme, atro-nitens, in culmo foliisque decoloratis gregarium.

HAB. In culmo Juncorum variorum, foliisque siccis Graminum nec non Cyperacearum, inprimis *Caricis arenariæ*. Hermonville, Calvados : ROBERGE. — Desmaz. *Crypt. de Fr. exsic., édit.* 2, n° 1334.

893. ACTIDIUM ACERVATUM M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 469. — corticola; perithecii aggregatis radiato-stellatis, radiis 4-5 obtusis rima dehiscentibus.

HAB. Ad cortices arborum in Chile : BERTERO.

* OSTROPA FRIES. emend.

Perithecium urceolato-subglobosum, cortici lignove immersum, erumpens, velo innato pruinosum, ostiolo crasso hemisphærico, rima transversali hysteriiformi fisso, tandem deciduo instructum, nucleo cinerascente evacuato intus album. Asci longissimi, a basi bulbosa mox filiformes, sensim tandem inerassati, cylindraceo-subclavati, semimillimetrum longi, summo apice centimillimetrum crassi, polyspori. Sporæ baculiformes, cylindricæ, utroque fine obtusiusculæ, hyalinæ, decimillimetro paululum longiores, 0mm, 0025 crassæ, transversim multiseptatæ. Paraphyses simplices, omnium tenuissimæ, ascos longitudine æquantes superantesve. — FRIES, *Syst. Orb. Veget.*, p. 109. — M., *Fl. Alg.*, p. 556.

SYN. *Sphæriæ spec.* AUCTT. et FRIES, olim. — *Hysterium* PERS. BERNH.

* OSTROPA CINEREA FRIES, — M., *Fl. Alg.*, 1, p. 557, t. 26, f. 4. Analysis.

894. RHAPHIDOSPORA FRIESII M., — *Cent.* II, n° 56, *in Ann.*, 2, XIV, t. 19, f. 3, sub *Sphæria*. — difformis, subeffusa; stromate erumpente colliculoso subtomentoso grumoso atro; peritheciis emergentibus demum liberis angulosis, intus cinereis, evacuatis atris, ostiolis variis, aliis cum peritheciis confluentibus, aliis teretibus longiusculis fragilibus; sporis acicularibus transversim multiseptatis.

HAB. Ad cortices arborum in sylvis Sinnamariensibus : LEPRIEUR, *Coll.* n° 375.

SYN. *Rhaphidospora* FRIES, *Sum. Veget. Scand.*, p. 401. — *Sphæria rhaphidosperma* M., l. c.

895. R. LACROIXII M., mss. : erumpens; peritheciis demum liberis gregariis sphærico-ovoideis atris, pilis decumbentibus simplicibus fuscis obtectis, intus albo-farctis, ostiolo mamillari crasso nudo; sporis acicularibus longissimis sporulas globosas uniseriatas foventibus et ipsis ascis longe clavatis receptis.

HAB. Ad culmos gramineos siccos prope Saint-Romain-sur-Vienne

Galliæ austro-occidentalis detexit cl. DE LACROIX, presbyter, scientiæ amabilis studiosus.

DESC. Perithecia ovoidea, initio tecta, demum erumpentia, subtus attenuata, fere deficientia, atra, pilis fuscis patentibus aut decumbentibus obtecta, ostiolo crasso nudo instructa, semimillimetrum diametro æquantia, parietibus validis undique strato albo ascigero 0mm,05-0mm,10 crasso obductis, munita. Asci longe clavati, paraphysibus comitati, 12 ad 18 centimillim. longi. Sporæ aciculares tenuissimæ utroque fine attenuatæ, 15 centimillim. circiter longæ, 0mm,0040 medio crassæ, limpidæ, sporulas numerosas globosas ad modum illarum *Hypocreæ citrinæ* serie simplici dispositas foventes.

OBS. Species ab omnibus Sphæriaceis culmicolis maxime diversa.

896. R. PELTIGERÆ M., — *Cent.* VI, n° 93, *in Ann.*, 3, IV, p. 362. — lichenicola, erumpens, minuta; peritheciis sparsis immersis, globoso-ovoideis atris opacis astomis, epidermide stellatim rumpente cinctis; ascis clavatis polysporis, sporis acicularibus.

HAB. In pagina superiori *Peltigeræ horizontalis*. Aix, prope Lemovicem Galliæ : LAMY.

SYN. *Sphæria Peltigeræ* M., l. c.

897. R.? VERMINOSA M., — *Guy.*, mss., n° 561, t. 6, f. 3, sub *Sphæria*. — gregaria; peritheciis dimidiatis convexo-applanatis, epidermide tegente innatis, ostiolo papillato nitido; ascis lombriciformibus, sporis linearibus tenuissimis.

HAB. In petiolis Palmarum. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* nos 1137 et 1138.

898. GIBBERA SAUBINETII M., — *Fl. Alg.*, I, p. 479, sub *Sphæria*. — emergens; peritheciis solitariis aggregatisque stromati fusco innatis globosis rugulosis, tandem umbilicato-collapsis; ascis diffluentibus, sporis fusiformibus, hyalinis curvato-lunulatis, septatis, septis 3-5.

HAB. In caule Umbelliferarum, ad Coucy-le-Château : SAUBINET; ad caules *Phytolaccæ decandræ*, prope Alger : DURIEU.

899. EXCIPULA DURIÆI M., — *Cent.* VI, n° 89, *in Ann.*, 3, IV, p. 359. — gregaria, libere enata; peritheciis minutis globosis astomis cupulato-depressis, pilis concoloribus atris divergentibus a basi ad medium, raro, nisi in junioribus, ad apicem vestitis; nucleo fuliginoso;

sporophoris ramosis tenuissimis; sporis cylindricis myriadeis sporulam alteram binasve utroque fine amandantas includentibus.

Hab. In caulibus herbarum. La Calle : Durieu.

Ordo III. PERISPORIACEI.

900. Perisporium Lentisci DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 563. — hypophyllum; peritheciis gregariis confertis liberis atris minutissimis nitidissimis subsphæricis; sporis oblongo-fusiformibus.

Hab. In foliis dejectis *Pistaciæ Lentisci*, in præruptis montis *Boudjouah* Algeriæ : Durieu.

901. P. Ammophilæ DR. et M., — l. c., p. 564. — emergens, globosum, minutissimum, myriadeum, atrum, maculæ cinereæ insidens; sporis..... — Species dubia.

Hab. In foliis *Ammophilæ arenariæ*. La Calle : Durieu.

902. P. Crocophilum M., — *Étude microgr. du Tacon* (Maladie du safran), *in Mém. Soc. de Biologie*, tom. I (1849), p. 68, *et interpr. angl.*, *in Journ. of the Hortic. Soc.*, 1849, cum icone. — peritheciis minutis ovoideo-globosis atro-nitentibus, apice poro pertusis, e basi fibras irradiantes emittentibus, nucleo primitus celluloso, cellulis subconcatenatis; sporis globosis minimis.

Hab. In bulbis *Croci sativi* morbo nomine *Tacon* nuncupato vitiatis.

903. Erysiphe Erodii DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 567. — amphigena; hyphopodio nullo; peritheciis sphæricis minutis rigidis fusconigris, fulcris simplicibus flexuosis albis; ascis globosis 8-sporis, sporis ovoideo-oblongis.

Hab. In foliis *Erodii moschati*. Oran : Durieu.

Syn. *Sphæroteca Castagnei* A. Lév. *Monogr. gen. Erysiphes.*

Obs. Asci plures, ergo non *Sphærotheca* aut character generis reformandus.

904. Meliola cymbisperma M., — *Cent.* IV, n° 95, *in Ann.*, 2, XX, p. 374. — cæspitulis epiphyllis confluentibus atris, fibris erectis; peritheciis opacis globoso-depressis magnis scabrosis; sporis cymbiformibus altero fine attenuato substipitatis bi-triseptatis.

Hab. In foliis *Smilacis globosæ* in Suranimo : Splitgerber.

Obs. In monographia cl. Bornetii hæc species desideratur.

905. M. Musæ M., — l. c., — cæspitulis maculiformibus magnis nigris ; fibris flexuoso-recurvis ; peritheciis minutissimis subinconspicuis ; sporis maximis oblongis fuscis 5-locularibus.

Hab. In foliis *Uraniæ guyannensis*. Surinam : Splitgerber. — Bornet, *Monogr.*, *in Ann.*, 3, XVI, p. 269, t. 22, f. 16.

Syn. *Myxothecium* Kze., *in* Weig. *Exsic.*

906. M. amphitricha M., — *Cuba*, p. 326, t. 12, f. 2. — hypophylla; hypothallo maculari, a centro radiante, contiguo aterrimo, ramulis uniarticulatis ; peritheciis globoso-depressis rugulosis tandem collabentibus fibrisque atris opacis rigidis septatis cinctis ; ascis disporis.

Hab. Ad folium coriaceum. Cuba : Auber. — Bornet, l. c., p. 267, t. 22, f. 11, ubi perithecium moriforme falso depictum.

Syn. *Sphæria amphitricha* Fries, *Syst. Myc.*, II, p. 513.

907. M. Araliæ M., — l. c., p. 327. — hypo-rarius epiphylla ; hypothallo maculæformi nigro radiante, ramulis pluriarticulatis ; peritheciis ovato-globosis atris, tandem *Chætomii* ad instar apice ruptis, fibris rigidis nitidis ; ascis trisporis.

Hab. In foliis *Araliæ* : Bertero.

Syn. *Amphitrichum Araliæ* Spreng. !

908. M. Mœrenhoutiana M., — l. c., *in nota.* — hypo-rarius epiphylla, velutina, aterrima ; maculis punctiformibus orbiculatis regularibus, nunquam confluentibus ; hypothallo grumoso vix radiante ; peritheciis minimis globosis cupuliformi-collapsis inter fibras rigidas erectas confertissimas quasi absconditis.

Hab. In foliis *Alixiæ stellatæ*. Taiti : Mœrenhout. — Bornet, l. c., p. 268, t. 22, f. 12.

909. M. oligotricha M., — *Guy.*, mss., n° 580. — epiphylla ; peritheciis sparsis subsolitariis minutissimis, sphærico-depressis, setulis erectis subulatis cinctis, stromate fibroso radiante ramoso fultis ; ascis oblongo-ovoideis basi unguiculo specie pedicellatis octosporis hyalinis, sporis ovoideis, transversim uniseptatis, tandem fuliginosis.

Hab. In foliis *Olyræ* apud Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 1149.

Obs. Habitus *Vermicularieæ* cujusdam. A *M. amphitricha* sporis ovoideis, non cylindricis, triplo minoribus, etc., maxime recedit. Uno verbo est *Meliola* cum fructificatione *Asterinæ*.

910. **M. CORALLINA** M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 472. — amphigena; hypothallo maculæformi aterrimo, maculis orbiculatis; peritheciis pro ratione magnis globosis vix depressis raro umbilicato-collapsis tandem circumscissis fibrisque atris rigidis nitidis cinctis; sporis triseptatis oblongis.

HAB. In foliis *Drymis chilensis* : BERTERO.

SYN. *Dothidea corallina* M., *Fl. J. Fern.*, n° 46.

* LASIOBOTRYS LONICERÆ KZE. — M., *Fl. Alg.*, I, p. 568; descriptio præsertim fructus.

OBS. Præter observationes nostras in *Flora Algeriæ* supra memoratas, adsunt etiam novæ a clarissimis Berkeley et Broome, in *Enumeratione Fungorum Angliæ* relatæ, quas legere in *Annals and Magazine of natural History*, *April* and *May* 1852, cuique licitum est.

911. **ASTERINA LABECULA** M., — *Cent.* II, n° 61, *in Ann.*, 2, XIV, p. 328, sub *Asteroma*, et *Fl. Chil.*, VII, p. 475. — epiphylla, maculæformis; maculis atris linearibus quoquoversus irregulariter radiato-ramosis; peritheciis minutis astomis sparsis; ascis ovoideo-oblongis hexasporis, sporis hyalinis cymbiformibus transverse septatis.

HAB. Ad folia coriacea, Guyana : LEPRIEUR, n° 664; in foliis *Desfontainiæ* cujusdam. Valdivia, Chile : CL. GAY.

912. **A. AMMOPHILÆ** DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 548. — maculis orbiculatis atris, fibrillis tenuissimis radiantibus dichotomo-ramosis anastomosantibusque; peritheciis seriatis convexis; ascis obovatis sporas subsenas biloculares oblongo-fusiformes hyalinas foventibus.

HAB. In foliis *Ammophilæ arenariæ*. Mostaganem : DURIEU.

913. **A. EUGENIÆ** M., — *Cent.* I, n° 36, *in Ann.*, 2, I, p. 359, sub *Dothidea*. — amphigena, maculæformis, centro opaca atra, fibrillis ramoso-pinnatis, ramis patentibus ambitu radiata; peritheciis confertis minimis (1/10 millim.) umbilicatis, ostiolo instructis; ascis ovoideis sporisque oblongo-subclavatis triseptatis hyalinis.

HAB. In foliis vivis *Eugeniæ* cujusdam. Porto-Ricco : BERTERO.

lenticulæformibus luteo-aurantiacis immersis; ascis 8-sporis sporisque globosis hyalinis.

Hab. In pane castrensi corrupto, apud Parisios : Rayer.

919. E. chilense M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 476. — hypophyllum; peridio sphærico vitellino, floccis brevissimis radiantibus basi cinclo; sporis liberis globosis cum gelatina diffluentibus.

Hab. In foliis *Bellotæ Miersii*. Quintero in Chile : Bertero.

* E. fructigenum Martius, *Fl. Erl.*, p. 368.

Hab. Ad fructus Cerasorum saccharo et spiritu vini incoctos et diu servatos invenit Romæ cl. Comitissa Elisab. Fiorini-Mazzanti mecumque determinationis causa sub n° 23 misit.

Obs. Nemo, quod sciam, post celeb. Martium, hujus speciei insignis mentionem fecit. Id causa est cur eam hùc commemorari dignam existimem. *E lateritio* quam *E herbariorum* magis affinis; a priori tamen defectu ascorum, a posteriori minutie et colore maxime recedit.

XXVII. DICHLÆNA DR. et M.

Mycelium floccoso-radiatum, floccis raris. Peridium duplex (!) utrumque membranaceo-cellulosum; exterius tandem prope basin circumscissum cupulam relinquens; interius vero tenuissimum sporas simplices hyalinas myriadeas fovens. Flocci cum sporis nulli. Color vitellinus. — M. et DR., *Fl. Alg.*, I, p. 405.

920. Dichlæna Lentisci DR. et M., — l. c., t. 22 bis, fig. 2. — hypophylla, e flavo vitellina; peridio exteriori subgloboso minute cellulloso, basi brevissime radiat mque floccoso, tandem circumscisso, interiori tenuissimo venis laxe anastomosantibus percurso.

Hab. In foliis *Lentisci* per totam Algeriam frequens : Durieu.

Obs. Quum asci a me primo in *Eurotio lateritio* inventi auctoritatem tribuere videantur maximam sententiæ illust. Friesii, eum secutus sum in loco systematis deligendo hujus et prioris generis.

Ordo IV. CYSTISPORACEI.

* Phylacia poculiformis M., — *Guy.*, n° 582. — solitaria, obovata, poculiformis, atro-fusca, opaca, brevissime stipitata, stipite basi dilatato; perithecciis paucis linearibus erectis fuscis, osticlis latentibus.

Hab. In sylvis montosis viam, quæ ad Kau ducit, marginantibus, ad ligna emortua : Leprieur, *Catl.* n^os^ 414 et 851.

Syn. *Corynelia poculiformis* Kunze, *in* Weigelt, *Exsic.* — *Hypoxylon poculiforme* M., *Cent.* II, n° 42, *in Ann.*, 2, XIII, p. 358, et *Cuba, Cryptog., éd. fr.*, p. 342, t. 12, f. 5. — *Phytacia* Lév., *Ann. sc. nat.*, 3, III, p. 61. — *Leveillea* Fries, *Sum. Veg. Scand.*, p. 409. — Typus : *Sphæria cœlata* Ejusd. *Linnæa*, V, p. 540.

921. P. Sagræana M., — *Cuba*, p. 341, t. 12, f. 4, sub *Hypoxylo*. — cæspitoso-connata, obovata, nigra, nitida, fragilis, a basi substipitata, stipitibus stromate atro conjunctis, in capitulo ovoideo læv. dilatata; perithecüs erectis linearibus demersis fuscis compresso-angulatis, ostiolis latentibus.

Hab. Ad cortices dejectos arborum in Cuba insula : Ramon de la Sagra.

Valsa Fries. Vide inter Sphæriaceos.

922. Cystispora chilensis M., — *Fl. Chil*, VII, p. 478, t. 9, f. 11. — maculis pallescentibus ; perithecüs crassiusculis in cortice interiore nidulantibus subsimplicibus, intus anfractuoso-collumellatis, disco erumpente ferrugineo ; sporophoris inter cellulas parietales vesiculosas elongatis, sporas lineares altero fine incurvas fulcientibus.

Hab. Ad cortices arborum, in provinciis meridionalibus Chiles : Cl. Gay.

923. C. aurora M. et Fries, — *in* M., *Notice etc., in Ann*, 2, I, p. 347. — immersa ; conceptaculo nullo ; cellulis difformibus circinantibus atris stromate pulveraceo immersis, ostiolo centrali nigro cuticulam perforante, gelatina madefacta rosea, sicca crocea, primo globuliformi demum late effusa ; sporis rectis oblongis.

Hab. In ramis salicinis. Perpinianum : Ipse.

924. C. Libertella DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 316. — perithecüs tenuibus in cortice interiore nidulantibus simplicibus anfractuosis ; sporophoris longis sporisque linearibus curvatis hyalinis, cirris.....

Hab. In caulibus emortuis *Salsolæ oppositifoliæ*. Mostaganem : Durieu.

925. C. VITIS M., — *in* MÉRAT, *Rev. Fl. Paris.*, p. 138. — conceptaculo nullo; cellulis irregularibus circinantibus epidermide tectis, disco nigrescente poroso, cirris succineis; sporophoris parietalibus centrum versus cellularum convergentibus, sporas cylindricas curvulas fulcientibus.

HAB. In Sarmentis apud Parisios : MÉRAT.

926. C. ELÆINA M., — *Cent.* VI, p. 87, *in Ann.*, 3, XII, p. 305. — peritheciis gregariis cortice tectis globoso-depressis pachydermaticis, subtus collabenti-umbilicatis, intus cellulosis atro-farctis, ostiolo erumpente nigro, cirro crasso atro nitido; sporophoris apice fasciculato-ramosis punctatis, sporis minutissimis achromaticis.

HAB. In ramulis *Oleæ Europeæ*. Montaud-lez-Miramas, in Gallia australi : CASTAGNE, n° 1261.

927. C. FERRUGINEA DESM. var. CHIONOSTOMA M., — *Ann. sc. nat.*, 2, XX, p. 373. — erumpens, cæspitoso-confluens vel striæformis; conceptaculis denudatis globosis atris; peritheciis circinantibus membranaceis pallidis, ostiolo fusco, aureola nivea cincto.

HAB. Ad ligna emortua denudata, Lugduno, 1828 : IPSE.

928. CEUTHOSPORA MONOCARPA M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 480. — hypophylla, punctiformis, submonocarpa; peritheciis solitariis stromate parenchymatico orbiculato atro-marginato immersis, ostiolo cuticulam stellato-fissam sublevante; sporis linearibus hyalinis.

HAB. In foliis coriaceis. Chile : CL. GAY.

XXVIII. ASCHERSONIA M.

Stroma carnosum, e cellulis flexuosis tubulosis intricatis contextum, læte coloratum, primitus velo fugaci byssino cæcolori tectum. Perithecia membranacea, tenuissima, erecta, fibroso-cellulosa, in sporophora abeuntia, porisque late apertis (tandem rimose confluentibus) pertusa. Sporophora filiformia, sporas fulcientia fusiformes hyalinas triseptatas seu sporulas 4

Fungi phyllogeni, tropici, Hypocreis affines et paralleli. — M., *Ann.*, 3, X, p. 121, cum icone.

929. Aschersonia taitensis M., — *Cent.* VI, n° 11, l. c., p. 122, t. 6, f. 3. — stromate hemisphærico truncato obtuso luteo; perithecciis subquindenis erectis minutis, poris per rimulas conjunctis.

Hab. In foliis *Cyrtandræ* cujusdam, in Taiti : J. Lépine.

* A. guyanensis M., l. c.

Syn. *Hypocrea phyllogena* M., jam suo loco inserta.

930. Microthyrium mauritanicum DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 615. — peritheciis dimidiato-scutatis minutis punctiformibus confluentibusque ambitu denticulatis, centro umbonato poro pertusis; ascis sacciformibus sporas sex oblongas uniseptatas foventibus.

Hab. In culmo *Arundinis mauritanicæ* apud Alger : Durieu.

Ordo V. SPHÆROPSIDEI.

XXIX. MASTOMYCES M.

Perithecia gregaria, innato-erumpentia, nigra, oblonga, ventricosa, ostiolata, ostiolo papillæformi, tota e fibris parallelis olivaceis intus in sporophora numerosissima abeuntibus, omnium tenuissimis, composita. Sporæ fusiformes, triseptatæ, hyalinæ, longissime pedicellatæ, tandem cum gelatina erumpentes. — M., *Ann.*, 3, X, p. 134, cum icone.

* Mastomyces Friesii M., — l. c., p. 135, t. 6, f. 4. — Characteres iidem ac generis.

Syn. *Sphæria uberiformis* Fries, dein *Topospora*.

931. Pestalozzia americana M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 481. — epiphylla; peritheciis ovoideis folio immutato innatis tandem in ostiolum subprominentibus attenuatis; sporis oblongis pedicellatis biseptatis fuscis, apice unicornibus.

Hab. In foliis dejectis. Chile : Cl. Gay.

932. P. bicornis DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 586. — epiphylla, depazeoides; peritheciis sphæricis pachydermaticis innatis, epidermide

dealbata fissa, tandem prominulis; sporis oblongis 2-3-locularibus, appendice singulo curvato utroque fine coronatis.

Hab. In foliis *Pyllireæ mediæ* et *Quercus*. Stora et Alger : Durieu.

933. P. Laurina M., — *Cent.* VI, n° 94, *in Ann.*, 3, XII, p. 312. — hypophylla; peritheciis gregariis punctiformibus atris erumpenti-innatis; sporis fusariiformibus hyalinis (!) primo subcontinuis mox transversim 4-5-septatis, altero fine appendicibus subternis divaricatis instructis.

Hab. In foliis *Lauri nobilis*. Montaud-lez-Miramas : Castagne.

934. P. Mori M., — *Cent.* VI, n° 30, *in Ann.* 3, XX, p. 44. — peritheciis gregariis hemisphærico-conicis subdimidiatis innato-erumpentibus, cuticula cænescente primo tectis atris opacis, tandem elabentibus; sporis fusiformibus quadriseptatis, altero fine bicornibus.

Hab. In cortice *Mori*.

Syn. *Sphæria Mori* Castagne, *Catal. Pl. Marseille*, p. 175.

935. Hendersonia Astericola M., — *Cent.* VI, n° 32, l. c., p. 45. — peritheciis globoso-depressis cortici exteriori innatis atris stromateque byssino concolori tectis opacis, ostiolo papillato tandem prominulo instructis; sporis elongato-fusiformibus 5-9-septatis olivaceis.

Hab. In caulibus siccis *Asteris ericoidis*, in hortis Lutetiæ culti : Durieu.

936. H. sessilis M., — *Cent.* VI, n° 31, l. c., p. 44. — peritheciis seriatis minutis sphæricis, e rimis culmorum erumpentibus, punctiformibus atris, poro pertusis; sporis oblongis obtusis vel utroque fine interdum attenuatis triseptatis sessilibus.

Hab. Ad culmos *Scirpi Holoschœni* exsiccatos in Gallia australi : Castagne.

937. H. Castagnei M., — *Cent.* VI, n° 33, l. c., p. 45. — peritheciis immersis globoso-depressis minimis longitrorsum seriatis tectis tandem denudatis opacis, ostiolo prominulo perforato; sporis fusiformibus triseptatis fuscidulis pedicellatis, ad centrum versis.

Hab. In culmis *Milii multiflori*, in Gallia australi : Castagne.

938. H. Camptomeræ M., — l. c., p. 46. — peritheciis tectis prominulis ovoideo-depressis sparsis atris poroque pertusis; sporis ob-

longe-obovatis brevibus fuscis, transversim longitrorsumque septis subternis divisis.

Hab. In caule *Camphorosmæ Monspeliacæ* in Gallia australi : Castagne.

Syn. *Sphæria Camphorosmæ* Castagne, l. c., p. 172.

939. H. Desmazieri M., — *Cent.* VI, n° 92, l. c., XII, p. 310. — inquinans; peritheciis immersis cortice semper tectis crassis globoso-depressis confluentibus atris, intus griseis, initio papillatis, tandem poro centrali pertusis; sporophoris brevibus centrum versus vergentibus, sporas magnas ellipsoideas tandem brunneas triseptatas fulcientibus.

Hab. In cortice *Platani* in Gallia : Desmazieres.

940. H. Saubinetii M., — *Cent.* VI, n° 93, l. c. — dothideoides, erumpens, elliptico-subrotunda, planiuscula, atra opaca; perithecis stromate fusco-nigrescente immersis polystichis, superficialibus albo-farctis, alte demersis brunneis; sporis polymorphis cellulosis tandem brunneis pedicellatis.

Hab. In ramis *Rhamni*, circa Coucy-le-Château Galliæ : Saubinet.

941. H. nobilis DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 570. — caulicola; perithecis sphæricis, caule atrato innatis tandem prominulis, ostiolo crasso instructis, intus ceraceo-albis; sporis subsessilibus cylindricis rectis utrinque obtusis triseptatis fuscis.

Hab. In petiolis *Magydarios tomentosæ*. Alger : Durieu.

942. H. Donacina M., — *in* Cast. *Suppl.*, p. 61. — epiphylla; perithecis minutissimis sphæricis in folio decoloranti-griseo gregariis, poro pertusis; sporis fusiformibus rectis aut incurviusculis septis 7 transversis divisis.

Hab. In foliis *Arundinis Donacis* apud Montaud-lez-Miramas : Castagne.

943. H. dispar M., — l. c., p. 63. — epiphylla, gregaria; perithecis minutis epidermide tectis sphæricis prominulis, ostiolo annulari instructis; sporis oblongis magnis fuscis triseptatis seu 4-locularibus, quovis loculo sporulam globosam fovente.

Hab. In foliis *Tritici gracilis* in eodem loco cum priori : Castagne.

944. H. Heliconiæ M., — *Guy.*, mss, n° 583. — hypophylla, innata, cæspitosa; peritheciis ovoideis tenuissimis stromati grumoso pallido immersis, ostiolo prominulo; sporis cymbiformibus hyalinis triseptatis breviter pedicellatis.

Hab. In foliis *Heliconiæ* prope Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 1123.

* DIPLODIA Fries, in litt.

Perithecia erumpenti-innata, corneo-coriacea, atra, simplicia aut connato-plurilocularia, intus strato proligero periphærico vestita, poro simplici perforata aut abnormiter aperta. Sphorophora continua, parieti loculorum affixa, sporas primitus simplices, hyalinas, nucleo granuloso farctas, tandem liberas, transversim uniseptatas, hinc biloculares, fuscas sustinentia.

Fungi phlœo—caulo—phyllogeni. Typus : *Sphæria mutila.*

Syn. *Diplodia* Fries, *in litt.*, et *in Sum. Veget. Scand.*, p. 416. — Montag., *Notice etc.*, *in Ann. sc. nat.*, 2, I, p. 302, *Cuba*, p. 331, et *Fl. Chil.*, VII, p. 481. — *Sporocadus* Corda, *Icon. Fung.*, III, p. 23, *saltem pro parte.* — *Sphæria* Auctt.

Obs. Nomen in litteris Friesii acceptum, sacrosancte servatum, nec incuria mea alteratum, nisi forsan lapsu calami, quod sæpius accidit, Diplodia pro Diplodina ab ipso auctore manu scriptum sit.

945. Diplodia loculata M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 483, t. 9, f. 10. — peritheciis gregariis globosis cortice innatis prominulis (varioloideis) epidermide cinctis atris, in loculamenta divisis albis, ostiolo obsoleto; sporis oblongis breviter stipitatis, sero septatis.

Hab. In ramis emortuis. Chile : Bertero.

946. D. anomala M., — *Cent.* III, n° 15, et *Cuba*, p. 332. — sparsa, conglomerataque, phyllogena; peritheciis innatis erumpentibus ovoideo-conicis acutis, apice poro pertusis; sporis initio simplicibus (sphæropsideis) oblongis hyalinis pedicellatis, paraphysibus concomitantibus, demum violaceis biloculatibus.

Hab. In foliis coriaceis. Cuba : Auber.

947. D. Sycina M., — *in* Castag. *Supplém.*, p. 64. — perithecïis compressis atris opacis, seriatim e rimis ligni decorticati erumpentibus; sporis magnis oblongis fuscis, brevissime pedicellatis.

Hab. In ramulis *Fici Caricæ*. Montaud-lez-Miramas : Castagne.

948. D. Suberina DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 572. — erumpens, convexula, tuberculosa, atra; perithecïis ovoideis aut sphæricis prominulis papillulatis albo-farctis; sporis oblongis, junioribus hyalinis continuis (maturis haud observatis) stipitatis, undique centrum versus vergentibus.

Hab. Ad ramulos *Quercus Suberis*. Algeria : Durieu.

949. D. albo-zonata DR. et M., — l. c., p. 573. — perithecïis globosis sparsis cortice fisso immersis latentibus, nucleo atro albo-zonato farctis poroque pertusis; sporophoris brevibus, sporas primo continuas hyalinas, nucleolo granuloso incolori farctas, tandem oblongas fuscas septatas sustinentibus.

Hab. In ramis *Zizyphi Loti*. Mascara : Durieu.

950. D. fissa DR. et M., — l. c. — perithecïis globosis innato-prominulis sparsis aut glomeratis, extus intusque fuscis, vertice rimose dehiscentibus, epidermide longitrorsum rupta semitectis; sporis primo subglobosis hyalinis tandem oblongis fuscis.

Hab. In ramis *Rosæ sempervirentis*. Alger : Durieu.

Obs. An *Sphæria fissa* Pers.?

951. D. consimilis DR. et M., — l. c., p. 574. — innata; perithecïis globosis opacis sparsis confluentibusque, stromate atro-fusco junctis, epidermide stellatim rupta cinctis, ostiolo vix prominulo instructis; sporis oblongis pellucidis bilocularibus.

Hab. In cortice *Quercus coccifera* apud La Calle : Durieu.

952. D. arundinacea DR. et M., — l. c. — perithecïis innato-erumpentibus globosis sparsis atris opacis, tandem denudatis deciduis; sporophoris longis, sporas oblongas mature biloculares fuscas fulcientibus.

Hab. Intra culmum fistulosum *Phragmitis communis*. La Calle : Durieu.

953. D. CLANDESTINA DR. et M., — l. c., p. 575. — peritheciis innatis globosis sublocularibus, intus atris, epidermide (semper incolumi) tectis eidemque arcte adhærentibus; sporis oblongis magnis fuscis bilocularibus subcirrose expulsis.

HAB. In ramulis *Rhamni Alaterni*. La Calle : DURIEU.

954. D. DEPAZEOIDES DR. et M., — l. c. — amphigena, maculiformis; peritheciis minutis epidermide tectis demum erumpentibus globoso-depressis atris, in utraque folii decoloreti pagina obviis; sporophoris brevibus, sporas breviter oblongas biloculares sustinentibus.

HAB. In foliis *Chamæropis humilis*. Mascara : DURIEU.

955. D. HETEROCLITA DR et M., — l. c., p. 576. — hypophylla; peritheciis innato-prominulis globosis tectis, apice rimose dehiscentibus, tandem elabentibus, maculis cinereo-rufescentibus insidentibus; sporis oblongis initio continuis tandem biloculatibus fuscis.

HAB. In foliis *Citri Aurantii* in monte Bouzaréah : DURIEU.

XXX. HAPLOSPORIUM M.

Perithecium innato-erumpens, integrum, ovato-conoideum, apice poro pertusum, atrum, nitidum. Nucleus gelatinoso-filamentosus, ascis monosporis mature solutis et evanidis paraphysibusque continuis hyalinis intricatis farctus. Spora magna, globosa, rugosa, tandem nigra, opaca, episporio celluloso subfoveolato fragili nucleoque granuloso insignis. — M., *Ann.*, 2, XX, p. 372, et *Fl. Alg.*, I, p. 543, cum icone.

956. HAPLOSPORIUM BULBORUM DR. et M., — l.l. c.c., t. 25, f. 2. — Characteres iidem ac generis.

HAB. In tunicis exterioribus bulborum *Scillæ peruvianæ* circa Oran Africæ borealis : DURIEU.

957. CROCICREAS GIGANTEUM M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 484, t. 9, f. 7. — peritheciis gregariis liberis corneis turbinatis atris, apice umbilicatis, tandem late apertis, disco albo farinoso; sporis globosis pedicellatis.

HAB. Ad ramos arborum in Chile : CL. GAY.

XXXI. PYRENOTRICHUM M.

Peridium membranaceum, subsphæricum, cupulari-depressum, sessile, atrum, demum circumscissum. Nucleus gelatinosus, e floccis myriadeis subcontinuis (cincinnatis) acrosporis compositus. Sporæ oblongæ. — M., *Ann.*, 2, XX, p. 376, cum icone.

958. PYRENOTRICHUM SPLITGERBERI M., — l. c., p. 377, t. 16, f. 2. — Characteres iidem ac generis.

HAB. Ad crustam Lichenum parasitans, in cortice *Cerberæ Thevetiæ*. Surinam : SPLITGERBER.

959. SPHÆROPSIS ABSCONDITA M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 486, t. 10, f. 3.— peritheciis sparsis membranaceis globoso-depressis cortice immersis, nunquam denudatis atris; sporis e clavato oblongis continuis, primo hyalinis, tandem olivaceo-brunneis, intus granulosis.

HAB. Ad cortices in Chile : CL. GAY.

960. S. PARADISIACA M., — *Guy.*, mss., n° 584. — epiphylla, punctiformis; peritheciis minimis gregariis confertis globoso-depressis epidermide tectis atris, apice poro pertusis, nucleo albo; sporis oblongis, sporophoro brevi fultis.

HAB. In foliis *Musæ paradisiacæ*. Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1124.

961. S. CASTAGNEI M., — *Cent.* VI, n° 38, *in Ann.*, 3, XI, p. 50. — epi-raro hypophylla; peritheciis globosis minutis atris nitidis tectis, in macula marginali irregulari cinereo-lilacina fusco-limitata sparsis prominulis; sporophoris sporas ovoideas continuas sustinentibus.

HAB. In foliis *Quercus Ilicis*. Montaud-lez-Miramas : CASTAGNE.

962. S. DONACINA M., — *Cent.* VI, n 39, l. c., p. 51. — peritheciis solitariis aggregatisque cuticula tectis globosis nigris, intus cinereis, pore apicali amplo tandem pertusis; sporis oblongis ovoideisve sporophoris longis fultis.

HAB. In vaginis siccis *Arundinis Donacis*, in Gallia australi ; CASTAGNE.

963. S. MALPIGHIÆ M., — *Cent.* VI, n° 40, l. c. — epiphylla; peritheciis gregariis punctiformibus globoso-depressis fuscis, epidermide

atrata tectis, in macula pallida prominentibus; sporis pedicellatis oblongo-ellipticis hyalinis continuis guttulas binas oleinas foventibus.

Hab. In foliis *Malpighiæ* cujusdam, in Horto massiliensi : Castagne.

964. S. fragilis M., — *Cent.* VI, n° 41, l. c., p. 52. — epiphylla; peritheciis sparsis innato-erumpentibus solitariis aut raro 2-3 aggregatis globoso-ovatis, atris opacis, cuticula lacerata tectis, tandem basi circumscissa cupulam in foliis nigram linquentibus, albo-nucleatis; sporis oblongis hyalinis, episporio vitreo fragili endosporium granulosum dimittente.

Hab. In ramis *Hederæ Helicis* apud Salon : Castagne.

965. S. Samarorum M., — *Cent.* VI, n° 89, *in Ann.*, 3, XII, p. 307. —peritheciis innatis cuticula tectis, globoso-depressis atris, albo-farctis; sporis oblongis hyalinis granulosis primitus sat longe pedicellatis.

Hab. In fructu (non in alis) *Aceris Negundinis*, in Horto botanico Massiliæ : Castagne.

966. S. Hypoglossi M., — *Cent.* VI, n° 90, l. c. — amphigena, epidermide innato-tecta; peritheciis confertis minutis pachydermaticis atris subnitidis, apice poro albo pertusis; sporis hyalinis e globoso oblongis granulosis, episporio cum endosporio confuso.

Hab. In foliis *Rusci Hypoglossi* : Castagne.

967. S. ambigua M., — *Cent.* VI, n° 91, l. c., p. 308. — peritheciis innatis orbiculato-oblongis depressis seriato-subconfluentibus fusco-atris, ostiolo papillari vel conico obsoleto instructis, vertice tandem lacero-dehiscentibus; sporis elliptico-fusiformibus brevibus fuscidulis.

Hab. In culmo repente *Zeæ Maydis*, in agro Petrocoriensi : Durieu.

* S. sordida M., l. c.

Syn. *Sphæria sordida* Pers., *Syn. Fung.*, p. 25.

968. Sacidium Durieui M., — *Fl. Alg.*, I, p. 613. — amphigenum; peritheciis sparsis aut confertis minutissimis hemisphæricis fuscis, tandem elabentibus, punctilla alba relinquentibus; sporis subgloboso-oblongis hyalinis.

Hab. In foliis siccis *Dipsaci sylvestris*. Alger : Durieu.

969. S. Sambuci M., — *in* Castag., *Supplém.*, p. 68. — perithéciis gregariis celluloso-membranaceis margine radiatis brunneis, apice poro pertusis tandemque deciduis; sporis hyalinis oblongis breviter pedicellatis sporulas binas foventibus.

Hab. In ramis emortuis *Sambuci nigræ*. Montaud : Castagne.

970. S. Natricis M., — l. c., — perithéciis gregariis minutis dimidiatis convexis, demum circumscissis atris, albo-farctis poroque pertusis; sporis cymbiformi-ellipticis, sporulas ternas foventibus, longe pedicellatis.

Hab. In caulibus *Ononidis Natricis*, in Galloprovincia : Castagne.

971. S. Mauritiæ M., — *Cent.* II, n° 64, *in Ann.*, 2, XIV, p. 330, sub *Phomate.* — sphæriæformis, convexo-applanata, lævis, sub epidermide nidulans; pseudo-perithecio fusco-nigro (a matrice mutata? suppeditato); sporis ovoideis minimis fuscis.

Hab. In petiolis *Mauritiæ flexuosæ*, in Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 345.

Ordo VI. PHYLLOSTICTEI.

972. Phoma decipiens M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 488. — oblongum, atrum, elevatum, marginatum; perithéciis immersis globosis membranaceis pallidis, poro perforatis; sporis oblongis, sporulis apicilaribus confluentibus septum transversum mentientibus.

Hab. Ad caulem Umbelliferæ. Monte la Leone Chiles : Bertero.

973. P. biocellatum M., — l. c., p. 489. — minutissimum, innato-erumpens; perithéciis orbicularibus depressis solitariis aut linearibus seriatis atris, apice poro pertusis; sporis oblongis utroque fine sporulam foventibus.

Hab. In culmis Graminum. Chile : Cl. Gay.

974. P. macrostomum M., — *Cent.* VI, n° 42, *in Ann.*, 3, XI, p. 52. — perithéciis tectis gregariis globoso-depressis minutissimis fusco-atris, poro amplo vertice pertusis; sporis perexiguis oblongo-ovoideis hyalinis utroque fine obscurioribus.

Hab. In ramis *Hederæ Helicis* apud Salon. Galloprovincia : Castagne.

975. P. Mori M., — *Cent.* VI, n° 88, *in Ann.*, 3, XII, p. 306. — perithecïis dimidiatis minutissimis superficialibus conico-hæmisphæricis, apice poro pertusis, tandem circumscisso-deciduis; sporophoris erectis brevibus sporas oblongo-fusiformes sustinentibus.

Hab. In ligno *Mori albæ* decorticato, Perpinianum : Ipse.

Obs. An species prioris generis?

976. P. subconfluens DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 601. — perithecïis membranaceis confertis confluentibusque epidermide tandem secedente tectis atris opacis, poro apicali pertusis, intus corneis; sporis oblongis.

Hab. Super tuberculis *Centaureæ sphærocephalæ* vulnere insectorum in caule procreatis. Alger : Durieu.

* P. Desmazieri DR. et M., — l. c., p. 602, t. 27, f. 6, et M., *Fl. Chil.*, VII, p. 489.

Syn. *Phoma Spireæ* et *P. Phaseoli* Desmaz., *Pl. Crypt. exsic.*, édit. I, n^{os} 841 et 843.

977. P. striæforme DR. et M., — l. c., p. 603. — perithecïis ovoideis subaggregato-seriatis innato-erumpentibus atris opacis, ostiolo conspicuo instructis seu perforatis; sporophoris brevibus sporas oblongas fulcientibus.

Hab. In ramis *Sambuci nigræ* dejectis ad Tlemcen, nec non in caulibus *Ricini*, etc., apud Alger : Durieu.

978. P. caulographum DR. et M., — l. c. — perithecïis oblongis lineari-confluentibus, linea atra caulem penetrante circumscriptis; sporophoris elongatis sporas oblongas fulcientibus.

Hab. In caulibus exsiccatis semicorruptis *Smyrnii Olusatri*, ad Bouzaréah : Durieu; in *Chærophyllo temulento*, ad Sedanum Galliæ : Ipse.

979. P. Rosarum DR. et M., — l. c., p. 604. — perithecïis minutulis innato-prominulis, epidermide integra aut tandem stellatim fissa tectis atro-fuscis, intus niveis; sporis innumeris lineari-oblongis hyalinis utroque fine obscurioribus.

Hab. In ramis *Rosæ sempervirentis* emortuis. Alger : Durieu.

980. P. AGAVES DR. et M., — l. c., p. 605. — gregarium, erumpens, punctiforme, inquinans; perithecii rotundatis minutissimis atris opacis aut nitidis; sporophoris brevibus, sporis ovato-globosis continuis obscure fuliginosis.

HAB. In foliis *Agaves americanæ* emarcidis. Alger : DURIEU.

OBS. An potissimum *Sphæropsidis* species?

981. P. STIGMEUM DR. et M., — l. c., p. 606. — amphigenum; perithecii fusco-atris globosis innatis primum tectis, poro pertusis, tandem circumscisso-deciduis; sporophoris brevissimis; sporis oblongis.

HAB. In foliis *Citri Aurantii*. Bouzaréah : DURIEU.

982. P. MYRIOCARPUM DR. et M., — l. c., — amphigenum; perithecii innatis globosis minimis apice poro pertusis et in maculas polygonas atras confertim aggregatis; sporis oblongis hyalinis utroque fine obscurioribus.

HAB. In foliis deciduis *Rhamni Alaterni*. Alger : DURIEU.

983. P. SORDIDUM DR. et M., — l. c., p. 607. — amphigenum; perithecii punctiformibus maculari-confertis prominulis fusco-atris opacis, apice poro perforatis; sporis minutissimis ovato-oblongis hyalinis.

HAB. In foliis *Othonnæ cheirifoliæ*. Constantine : DURIEU.

984. P. COLLABENS DR. et M., — l. c., — perithecii elliptico-subrotundis, primo epidermide tectis, dein erumpenti-prominulis atris nitidis umbilicato-collabentibus, poro minimo pertusis; sporis ovoideis hyalinis.

HAB. In caule foliis sepalisque *Minuartiæ campestris* et *M. montanæ*. in Algeria occidentali : DURIEU.

985. P. HEDYSARI DR. et M., — l. c., p. 608. — epi-raro hypophyllum; perithecii hemisphæricis atris, siccis collapso-corrugatis, in maculam atram fusco-marginatam congregatis; sporis ovoideis minutis hyalinis.

HAB. In foliis *Hedysari Coronarii*. Constantine : DURIEU.

986. P. STELLIGERUM M., — *Mém. sur la multiplicat. des Charagnes par division*, in *Ann.*, 3, XVIII, p. 74, t. 2, ff. 13 et 14. — perithe-

ciis depressis minutis dimidiatis atris; sporis oblongis sporulam in utroque fine amandatam foventibus.

Hab. Ad bulbos peponomorphos vetustos, quibus nodi *Charæ* (Nitellæ) *stelligeræ* cinguntur, apud Chabreville : Dr Dufrénoy; prope Burdigalam : Ramey.

Obs. gener. Utrum omnes Phomatis species plantæ autonomæ sint, an modo, ut censet clariss. Tulasne, formæ alteræ fructus Pyrenomycetum perfectiorum, ea res, ut ut haud improbabilis, tamen nunc in discrimine adhuc versatur.

987. Stigmatea Coriariæ M., — *Notice etc., in Ann.*, 2, I, p. 346, sub *Dothidea*. — hypophylla, nigra; peritheciis prominulis nitidis intus albis, solitariis vel sæpius in maculas irregulares congregatis.

Hab. In foliis dejectis *Coriariæ myrtifoliæ* circa Aginnum Galliæ : Chaubard.

Syn. *Dothidea Coriariæ* M.. *Notice*, n° 70, l. c.

988. S. submaculans M., — *Cuba*, p. 329. — epiphylla; peritheciis innatis ovoideis vix prominulis punctiformibus atris, poro albo pertusis, in maculam folio dilutiorem brunneo-rufam nervis circumscriptam dense aggregatis; ascis clavatis convergentibus sporas senas fusiformes foventibus.

Hab. In folio mihi ignoto in insula Cuba lecto : Auber.

Obs. Friesium in *Syst. Myc.*, II, p. 556, et *Fl. Scaniæ*, p. 347 sequens, *Stigmeam* non *Stigmateam*, loco citato, scripsi.

989. S. Lentisci M., — *Fl. Alg.*, I, p. 548. — hypophylla; peritheciis minutis prominulis astomis atris albo-farctis confertis aut in cæspitulos orbiculares epidermide tectos subconnatis. Nucleus junior.

Hab In foliis *Pistaciæ Lentisci* dejectis. Alger : Durieu.

990. Labrella cedrina DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 599, t. 27, f. 7. — peritheciis dimidiatis oblongis confluenti-linearibus elongatis, rima longitudinali dehiscentibus, sporas oblongas pedicellatas foventibus.

Hab. In foliis dejectis *Cedri*, in summo monte Atlante : Durieu.

991. L. Pomi M. et Fries, — *Notice etc., in Ann.*, 2. I, p. 347.

macula nulla; perithecüis dimidiatis ellipticis minimis rugosis nitidis, sporis (?) globosis.

Hab. In pomis servatis. Parisiis : Hussenot.

* Graphiola Phœnicis Poit. — M., *Fl. Alg.*, I, p. 517, observationes structuram dilucidentes.

992. Depazea crepidophora M., — *in* Berkeley, *Fung. Lusit. Welwitschii*, *in Bot. Zeit.*, 1854, p. 95. — maculis orbicularibus fuscis sero griseis fusco-limitatis; perithecüis minimis; ascis soleæformibus minutis, sporis oblongis uniseptatis.

Hab. In foliis vivis *Viburni Tini*, in Lusitania : Welwitsch.

993. D. Agaves M., — *Ann.*, 2, I, p. 344. — est *Phoma concentricum* Desmaz., *Pl. Crypt.*, n° 1085. — *P. circinans* Berk., *in* Hb. Hook. et *in litt.*

994. Discosia pleurochæta DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 587, t. 27, f. 10. — amphigena; perithecüis sparsis rotundatis convexis apice late pertusis tandem rimose dehiscentibus; sporis fusiformibus septatis citra utramque finem filamento hyalino instructis.

Hab. In foliis *Phylliræ latifoliæ* dejectis. Alger : Durieu.

† 995. Cryptosporium Arundinis DR. et M., — l. c. ined. — pseudo-perithecium innatum, mox denudatum, minutum, punctiforme, convexum, atrum, stromate celluloso succineo immersum; sporis olivaceis fusiformibus, altero fine puncto hyalino notatis et pedicellatis.

Hab. In foliis vaginisque *Arundinis giganteæ*. Alger : Durieu.

† 996. C. Ammophilæ DR. et M., — l. c. ined. — pseudo-perithecium punctiforme, atro-nitens; stromate tenui celluloso deplanato subor-biculari atro; sporophoris brevissimis sporas oblongo-fusiformes atro-brunneas fulcientibus.

Hab. In foliis siccis *Ammophilæ arenariæ*. La Calle : Durieu.

† 997. C. hyalosporum M. et Ces., — *in litt.* — hypophyllum, minutissimum, gregarium, sphæriæforme; pseudo-perithecio convexo fusco tandem apice pertuso; sporis semilunaribus medio septatis hyalinis, stipite seu sporophoro fultis, tandem liberis.

Hab. Ad folia adhuc vegeta *Cratægi torminalis*, circa Brixiam Longobardiæ : Cesati.

Desc. Puncta refert rufa, minutissima, hemisphærica, 1/4 millim. diametro æquantia. Sporæ pedicello suffultæ, in hemicyclum curvatæ, 3 centimillim. longæ, 0mm,0035 in medio, ubi septum videtur adesse, crassæ, prorsus hyalinæ.

Obs. Species pelluciditate sporarum a genere paulum aberrans.

998. Asteroma Medusula DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 609. — maculis primo orbiculatis olivaceis tandem piceis, e fibrillis innatis flexuosis centrifugis formatis; peritheciis inæqualibus, centrali majori; sporis.....

Hab. Ad caules Umbelliferarum v. gr. *Ferulæ*, *Dauci*, *Fæniculi*, in Algeria : Durieu.

999. A. concinnum DR. et M., — l. c., p. 610. — maculis punctiformibus nigris sparsis, e fibrillis innatis radiantibus confluenti-membranaceis fuscis conflatis; peritheciis minutis centro congestis atris; sporis.....

Hab. Ad basin culmorum *Arundinis mauritanicæ*. Mostaganem : Durieu.

1000. A. Rhuina DR. et M., — l. c., — amphigena; maculis orbiculatis tandem confluenti-crustaceis atro-fuscis inquinantibus, fibrillis a centro radiantibus laxe dichotomis simplici multiplicique serie cellularum formatis apice dilatatis; peritheciis numerosis tenuibus; sporis.....

Hab. In foliis siccis *Rhois Coriariæ*. Bouzaréah : Durieu.

1001. Ascospora Solieri M., — *Cent.* VI, n° 35, *in Ann.*, 3, XI, p. 48. — caulicola, punctiformis; peritheciis globosis depressis epidermide atrata tectis, ostiolo late umbilicato prominulo pertuso instructis; sporis oblongo-linearibus breviter pedicellatis, sporulis globosis quaternis distinctis.

Hab. In caulibus *Asphodeli racemosi*, ad Massiliam : Castagne.

Syn. *Sphæria Asphodeli racemosi* Castag., *Catal. Pl. Marseille*, p. 173.

1002. A. Asphodeli M., — *Cent.* VI, n° 36, l. c. — peritheciis epidermide innatis subtectis globoso-ovoideis sparsis, ostiolo prominulo

atro albo-pulverulento; sporis elliptico-oblongis sporulas globosas distinctissimas foventibus.

Hab. In caulibus *Asphodeli fistulosi*, in Galloprovincia : Castagne.

Syn. *Sphæria Asphodeli fistulosi* Castag., l. c., p. 164.

1003. A. Holoschœni M., — *Cent.* VI, n° 34, l. c., p. 46. — perithecïis sparsis, epidermide longitrorsum fissa tectis, subsphæricis fusco-atris, ostiolo brevissimo pertenui erumpente instructis, intus albis; sporis linearibus tectis aut curvulis specie septatis, sporulas 8-12 foventibus.

Hab. In culmis *Scirpi Holoschœni* ad Perpinianum primus legi; apud Montaud : Castagne.

1004. A. Arundinis M., — *Cent.* VI, l. c., p. 47. — perithecïis sparsis innato-prominulis ovoideis atris nitidis, poro apicali perforatis intus corneis; sporis oblongo-linearibus hyalinis, specie 3-septatis.

Hab. In culmis *Phragmitis*, in Gallia australi : Castagne.

Syn. *Sphæria Arundinis* (nomen jam occupatum) Castag., l. c.

* A. Oleæ DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 590.

Syn. *Sphæria Oleæ* DC., *Fl. Fr.*

1005. A. crateriformis DR. et M., — l. c. — amphigena; perithecïis gregariis ovoideis innato-erumpentibus atro-nitentibus, apice poro amplo pertusis, tandem elabentibus foveolamque relinquentibus; sporis linearibus sporulas uniseriales foventibus.

Hab. In foliis *Phillyreæ mediæ* et *latifoliæ*, ad Perpinianum : Ipse; apud Alger : Durieu.

Syn. *Sphæria Oleæ* var. b, *Phillyreæ* Montag., *Ann.*, 2, I, p. 342.

1006. A. Smilacina DR. et M., — l. c., p. 591. — hypophylla; perithecïis immersis sparsis ovoideis prominulis pro ratione magnis apice albo-cinctis; sporis bacillaribus hyalinis, specie septatis seu sporulas 3-5 globosas foventibus.

Hab. In foliis exsiccatis *Smilacis mauritanicæ*. Alger : Durieu.

† 1007. ? A. Dothideoides M. mss. : stromate minuto lineari-lanceolato-nigro, epidermide tecto; perithecïis? orbicularibus oblongisve longitrorsum biseriatis; nucleis albis; sporis oblongo-linearibus hya-

linis, sporophoris brevibus fultis et utroque fine sporulam amandatam foventibus.

Hab. In foliis *Phragmitis* amphigena apud Montaud-lez-Miramas lecta : Castagne, n° 2091.

Syn. *Ascospora composita* M., *in litt. ad cl.* Castagne.

Desc. Pustulæ a stromate formatæ, minutissimæ, puncta nigra referentes, lineari-lanceolatæ vel naviculares, in utraque pagina et secundum nervos folii obviæ, 3/4 millim. ad millim. longæ, utrinque acutæ confluentes. Stroma nigrum, primitus cuticula tectum, mox, illa rupta secedenteque nudatum, 10-18 perithecia (an modo cellulas?) globosa aut ellipsoidea, poro pertusa, intus albo-farcta fovens. Cellularum diameter inter 5 et 10 centimillimetra variat, e quarum parietibus ad centrum vergunt sporophora haud multum longa, sporam quodque suffulciens lineari-oblongam, hyalinam, 0^{mm},0065 circiter longam utroque fine sporulam globosam includentem.

Obs. Species quoad genus valde ambigua, *Sphæriæ Graminis* analoga, at multo minor et ascis prorsus destituta. Hoc exemplum autem auctoritatem magnam doctrinæ clar. Tulasne afferre de duplici fungorum fructificatione concedere necesse est. Confer etiam *Camilleam mucronatam*, p. 208, *Diplodiam heteroclitam*, p. 266, et *Mazzantiam Galii*, p. 246, hujusce operis ubi alia exempla invenienda sunt.

1008. A. erythrostoma DR. et M., — l. c. — hypophylla; perithecis sparsis innatis, ostiolo prominulo epidermide rubefacta cincto instructis; cirris..... sporis cylindricis rectis specie septatis seu sporulas globosas uniseriatas foventibus.

Hab. In folio *Phylliræ*. Alger : Durieu.

1009. Cheilaria pulicaris M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 424, t. 8, f. 9. — amphigena; perithecis minimis punctiformi-oblongis atris rima hiantibus, intus albis; sporis linearibus utrinque acutis.

Hab. Ad folia *Lapageriæ*, *Embothrii*, etc. Chile : Cl. Gay.

† 1010. C. melanoplaca M., — *Guy.*, mss., n° 461. — epiphylla; perithecis minutissimis hemisphærico-oblongis prominentibus atris opacis, rima dehiscentibus, in maculas orbiculares nigras congestis; sporis fusiformibus.

Hab. In pagina superiori foliorum variorum. Cayenna : Leprieur, *Coll.* nos 1125 et 1126.

Desc. Maculas in pagina superiori foliorum orbiculares, diametro 2-5 millim. æquantes, nigras, opacas efficit hæc species. Perithecia minutissima, subglobosa, 1/10 millim. lata, vel oblonga et tum longitudine bis latitudinem superantia, valde prominula, rima dehiscentia plus minus longa, utroque fine obtusa. Asci breviter clavati, hexa-octospori, 3-4 centimillim. longi, inter paraphyses tenuissimas hyalinas, basi ramosas nidulantes, plures basi juncti. Sporæ fusiformes, inordinatæ, ut videtur continuæ.

1011. Septoria macrospora DR. et M.,—l. c., p. 589, t. 27, f. 9.— amphigena; peritheciis immersis pachydermis globosis atris, epidermide tectis; sporis maximis subclavatis specie 3-5-septatis, vel subarticulatis, articulis tandem solubilibus.

Hab. In foliis emarcidis *Agaves*. Alger : Durieu.

Obs. An cum S. Ulmi, typus novi generis nomine *Piptarthron* salutandi?

XXXII. RHABDOSPORA DR. et M.

Perithecia innato-immersa, sphærica, poro pertusa. Sporæ cylindricæ, bacillares vel oblongæ, rectæ aut curvatæ, raro apice uncinulatæ, intus granulosæ. Sporulæ et septa indistincta. —*Fl. Alg.*, l. c., et M., *Ann.*, 3, XI, p. 47. — *Septoriæ* spec. auct. — Fungi rudimentarii? vix sigillatim describendi.

1012. Rhabdospora Bractearum M., — *Ann.*, l. c., p. 49.— amphigena; peritheciis innatis perexiguis globosis fuscis tectis poroque pertusis, in maculas rufidulas sparsis aut congregatis; sporis linearibus, rectis aut incurvis.

Hab. In bracteis *Euphorbiæ serratæ*. Montaud-lez-Miramas : Castagne.

1013. R. Cestri M., — *Fl. Chil.*, VII, p. 492, sub *Septoria*. — epiphylla, depazeoides; maculis amphigenis orbicularibus albis fusco-limbatis; peritheciis globoso-depressis, siccitate collabentibus atris opacis, poro pertusis; sporis acicularibus rectis aut vix curvulis, obsolete septatis.

Hab. In foliis *Cestri Parqui*. Chile : Bertero.

1014. R. Drimios M., — l. c., p. 493, sub *Septoria*. — epiphylla; peritheciis innatis confertim gregariis globosis, tandem cupulari-collapsis atris, poro lacero pertusis, cirro albo; sporis baculiformibus obtusis subsessilibus obscure septatis.

Hab. In foliis *Drimios chilensis*. Chile : Cl. Gay.

1015. R. peregrina DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 592. — epiphylla; peritheciis sparsis epidermide tandem fissa cingenteque tectis atris, intus fuliginosis, puncto centrali albo; sporis cylindricis brevissime pedicellatis rectis, utroque fine truncatis.

Hab. In caule, ramis foliisque *Rubiæ peregrinæ*, ad Philippeville : Durieu.

1016. R. cinerascens DR. et M., — l. c. — hypophylla; peritheciis congregatis depressis innatis, epidermide nigrefacta initio tectis, eadem demum stellatim rupta cinctis, apice poro pertusis; sporis cylindraceo-clavulatis vel utrinque attenuatis tri-quadriseptatis.

Hab. In foliis dejectis *Citri Aurantii*. Bouzaréah : Durieu.

1017. R. nitidula DR. et M., — l. c., p. 593. — epiphylla; peritheciis sphæricis in folio decolorato gregariis vel confluentibus, linea fusco-atra cinctis, nitidis, poro pertusis; sporis linearibus rectis obsolete 4-8-septatis.

Hab. In foliis *Rhamni Alaterni*, circa Bougie Algeriæ : Durieu.

1018. R. Oleandri DR. et M., — l. c. — punctiformis; peritheciis membranaceis minutissimis innato-prominulis atris, intus massa ceracea albida farctis; sporis fusiformibus obscure multiseptatis.

Hab. In ramo dejecto *Nerii Oleandri*, ad Bone (*ravins de l'Eidough*) : Durieu.

1019. R. Rhynchosporæ DR. et M., — l. c., p. 594. — peritheciis minutissimis erumpenti-innatis atris; sporis oblongo-fusiformibus obscure septatis.

Hab. In foliis *Rhynchosporæ laxæ*. Algeria : Durieu.

1020. R. Arisari DR. et M., — l. c. — amphigena; peritheciis minutis atris opacis in maculas nigrescentes irregulares aggregatis; sporis linearibus rectis.

Hab. In foliis *Arisari vulgaris*. Alger : Durieu.

1021. R. Cyclaminis DR. et M., — l. c., p. 595. — epiphylla; maculis rufis demum centro cinerascentibus; peritheciis innato-prominulis punctiformibus numerosis fuscis; sporis cylindricis exilibus curvulis haud distincte septatis.

Hab. In foliis emarcidis *Cyclaminis Hederæfolii.* Alger : Durieu.

1022. R. Rhamni DR. et M., — l. c., p. 596. — amphigena; maculis albo-carneis fusco-marginatis; peritheciis ovoideis innato-prominulis tandem poro pertusis, epidermide rupta cinctis; sporis bacillaribus curvulis, exilissimis.

Hab. In foliis *Rhamni Alaterni* prope Medeah : D.D. Monard.

1023. Phlyctæna Buffoniæ M., — *Cent.* VI, n° 53, *in Ann.*, 3, XI, p. 52. — maculis nullis; pseudo-peritheciis dimidiatis minutis orbicularibus convexis, poro amplo pertusis, fuscis tandem circumscissis; nucleo gelatinoso, sporas fusiformes hyalinas sporulis farctas fovente.

Hab. In foliolis calycinis *Buffoniæ annuæ*, in agro Ligericino, circa Mende : Boivin.

1024. Phyllosticta Ruscicola DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 611. — peritheciis amphigenis, maculæ pallidæ fusco-zonatæ insidentibus sparsis atris; sporis isabellinis oblongis brevibus continuis.

Hab. Marginalis in folio *Rusci hypophylli.* Alger : Durieu.

1025. P. Hederæcola DR. et M., — l. c. — epiphylla; maculis fuscis centro albescentibus; peritheciis ovatis sparsis punctiformibus prominulis atris, poro pertusis; sporis ovoideis hyalinis utroque fine obscurioribus.

Hab. In foliis *Hederæ* languidis. Alger : Durieu.

1026. P. microsticta DR. et M., — l. c., p. 612. — epiphylla; maculis parvis fuscescentibus tandem epidermide decolori albis, ambitu atro-fuscis confluentibus; peritheciis paucis minimis tandem late apertis, ore lacero; sporis atomisticis.

Hab. In foliis vivis *Arbuti Unedonis.* Alger : Durieu.

1027. P. nitidula DR. et M., — l. c. — epiphylla; maculis amplis amphigenis fuscescenti-carneis, zona fusca cinctis; peritheciis minutis prominulis sparsis nitidulis; sporis atomisticis.

Hab. In foliis *Loniceræ implexæ.* Alger : Durieu.

1028. LIBERTELLA LIGNIFRAGA M., — *Cent.*, VI, n° 96 bis, *in Ann.*, 3, XII, p. 317. — seriata; nucleo hemisphærico ob confluentiam lineari; sporis cylindricis hyalinis curvatis utrinque obtusis cirrose rejectis; cirris tæniatis albis.

HAB. E ligno denudato erumpens. Ad Sedanum, in Ardennis : IPSE.

FAMILIA VI. GASTEROMYCETES.

ORDO I. ANGIOGASTRES.

TRIBU I. PHALLODEI.

1029. DICTYOPHORA SUBUCULATA M., — *Cent.* III, n° 45, *in Ann.*, 2, XVIII, p. 244, sub *Hymenophallo*, et *Fl. Alg.*, I, p. 440. — peridio amplo volvaceo, extus e pallido fuscescente, intus albo; receptaculo ovato basi constricta undulato libero, longitrorsum reticulato-alveolato pervio, ore amplo annulato olivaceo; stipite pallescente cylindrico sursum deorsumque attenuato spongioso cribroso-anfractuoso intus cavo; indusio brevi retiformi; interstitiis parvis linearibus flexuosis.

HAB. Ad terram circa Blidah : GOUGET; ad Mostaganem Africæ septentrionalis : DELESTRE.

SYN. *Hymenophallus subuculatus* CORDA, *Icon. Fung.* VI, p. 20, t. 3, f. 48, nomine specifico emendando in icone.

OBS. Non ad adumbrationes meas, sed ad naturam in meo mycophylacio pinxit Corda hancce iconem aliasque, quum in Parisios venit anno 1844, delectus qui expositionem industriæ nostræ inspiceret.

1030. D. BICAMPANULATA M., — *Cent.* VI, n° 10, *in Ann.*, 3, X, p. 120. — receptaculo libero late campanulato latice fulvo (!) variegato obtecto impervio; indusio laxo retiformi infra apicem stipitis lævigati cavi annulati inserto campanulato; volva s. peridio parva subsphærica, in lobos senos apice divisa.

HAB. In terra humida vallis umbrosæ insulæ Taiti : J. LÉPINE. Icon.

1031. D. RADICATA M., — *Guy.*, mss., n° 588. — receptaculo libero hemisphærico reticulato pervio; indusio laxo campanulato retiformi, interstitiis hexagonis; peridio volvaceo longe radicato; stipite cavo cribroso-celluloso.

HAB. Ad terram circa Cayennam : LEPRIEUR, *Coll.*, n° 838.

1032. PHALLUS AURANTIACUS M., — *Cent.* II, n° 98, *in Ann.*, 2, XVI, p. 277, t. 16, f. 1. — receptaculo semilibero digitaliformi reticulato basi obcrenato, apice tandem pervio stipiteque celluloso-cribroso aurantiacis; peridio e globoso oblongo alutaceo duplici.

HAB. In terra nuda Horti botanici Ponticeriensis (Pondichéry) : PERROTTET.

SYN. *Dictyophallus aurantiacus* CORDA, *Anleit.*, p. 190, t. E, 51, f. 9-11, et *Icon. Fung.*, VI, t. III, f. 45.

1033. P. CANARIENSIS M., — *Canar.*, p. 84, t. 4, f. 2. — peridio hemisphærico reticulato, ut et totus fungus roseo; receptaculo stipiti contiguo ovoideo impervio; stipite cylindrico lævi concolori.

HAB. Ad terram in monte *Lentiscal*, prope urbem las Palmas : DESPRÉAUX, cum icone. — CORDA, *Anleit.*, t. E, 51, f. 8.

1034. MUTINUS XYLOGENUS M., — *Guy.*, mss., n° 589, t. 6, f. 7. — minimus; peridio brunneo radices lignum intrantes emittente; receptaculo libero conico lævi impervio umbrino; stipite brevi cribroso-lacunoso, tandem specie longitrorsum sulcato pallido.

HAB. In ligno plane putrido, circa Cayennam : LEPRIEUR, *Coll.* n° 840, cum icone.

† 1035. CORYNITES ELEGANS M. mss. : receptaculo cum stipite cavo spongioso elatiori confuso corniformi apice pervio; volva quadrifida; capitulo nullo; sporis minutissimis oblongis. Odor fœtidissimus.

HAB. Ad radices arborum alte defossas nascens hypogæa, demum e terra erumpens, septembri : SULLIVANT, *Icon.*, n° 257 junior et 279 perfecta.

SYN. *Caryomyxa elegans* M., HB. anno 1850.

DESC. Mycelium hypogæum, anastomosanti-ramosissimum, violaceum, e cujus ramificationibus oriuntur volvæ globosæ aut ovoideæ, erectæ, subtus depressæ, depressione marginata rhizophoræ, majores diametro 5 centim. medio æquantes, ex albo roseæ, e terra tandem erumpentes, tum apice in valvas quatuor ruptæ et intus pulpa gelatinosa farctæ. Receptaculum cum stipite confusum et totum spongiosum, apice roseum, late apertum, ore calloso marginato, intus cavum, extusque ad basin helvolum, 12-15 centim. longum, medio 2 1/2 centim. — sub ore vix centimetrum crassum. Odor fœtidissimus. Sporæ mi-

nutissimæ, oblongæ, 0mm,0035 majori diametro æquantes, motu browniano aqua admota excitatæ.

Obs. Jam ab anno 1850 opportunitatem necessitatemque hujus generis condendi præsenseram et idem institui decreveram, quod cl. Tulasne, cui iconem splendidam Robinsoniam et meam fungi analysim ostendi, testificari potest. Nunc autem publici juris factum ab amico rev. M. J. Berkeley (*Trans. Linn. Soc. Londin.*, vol. XXI, p. 154, t. 19, f. 4) lætus acceptum habeo. Nostra vero species, licet Americæ septentrionalis indigena, a sua *Corynite Ravenelii* B. et C. dimensionibus et formis tam receptaculi, quam retis stipitis maxime diversa.

XXXIII. STAUROPHALLUS M.

Receptaculum lævc, initio hemisphæricum, tandem in lobos quaternos cruciatim patenti-reflexos ad stipitem usque fissum, centro pervium, latice mucilaginiformi obductum. Stipes validus cribroso-cellulosus fistulosus. — M., *Ann.*, 3, III, p. 272.

1036. Staurophallus senegalensis M., — l. c. — albus, magnus, stipite 2 1/2 decim. longo, 5 centim. crasso, celluloso-anfractuoso.

Hab. Ad terram in Senegalia : Perrottet, cum icone. — Corda, *Icon. Fung.*, VI, p. 21, t. 4, f. 1.

XXXIV. ASEROPHALLUS M.

Peridium duplex, exterius sessile, volvæforme, rotundatum, radicatum, gelatina distentum, apice inæqualiter rumpens. Interius stipitatum, stipite tereti cavo cylindrico celluloso-scrobiculato, apice capitato-dilatatum, tandem stellatim quadri- (raro 3-5-)fidum. Laciniæ primum sibimet veloque contiguæ, demum sejunctæ, erectæ, simplices, lineari-subulatæ. Pulpa velata mucosa, olivacea. Velum seu peridium proprium arachnoideo-reticulatum, medio laciniarum adnatum, e fibrillis subtilissimis intricatis constans, maturitate fungi rumpens. Sporæ pulpæ interiori immixtæ, minutissimæ, ellipticæ, continuæ, hyalinæ. — M., *Ann.*, 3, IV, p. 360.

1037. Aserophallus cruciatus M. et Lepr. — *Cent.* V, n° 91, l. c., p. 361, t. 14, f. 1. — peridio exteriori sphærico; receptaculi breviter stipitati capitulo subgloboso, tandem in lacinias 4 (-3-5) lineari-subulatas erectas stellatim partito.

Hab. In ligno putrido. Cayenna : Leprieur, cum icone. — Corda, *Icon. Fung.*, VI, p. 21, t. III, f. 49.

XXXV. CALATHISCUS M.

Peridium volvaceum, sphæricum, lævc. Stipes brevis, teres, cavus, in fundo receptaculi ore amplo (nigro-marginato) apertus. Receptaculum e *stipite sursum* dilatato oriundum, cupulare seu *Calathum* referens, margine in lacinias viginti elongatas, erectas, attenuatas, apice involuto cirrosas divisum. Peridium stipesque humore gelatiniformi albo graveolente referti. Color peridii albus, receptaculi amœne roseus, orificii cavitatis stipitis aterrimus. Substantia receptaculi gelatinosa, mollis, laciniarum tremula. — M., *Ann.*, 2, XVI, p. 278.

1038. Calasthicus Sepia M., — *Cent.* II, n° 99, l. c., t. 16, f. 2. — Characteres iidem ac generis.

Hab. Ad radices arborum prope Ootacamund, in montibus Coimbaturicis (*Neell-gherries*) : Perrottet, cum icone. — Corda, *Anleit.*, p. 190, t. E, 49, f. 1 et 2.

XXXVI. FŒTIDARIA Aug. de St-Hil.

Stipes volvatus? cylindricus. Pileus (*Receptaculum*) convexus, reticulo duplici e funiculis teretibus efformato inæqualiter cancellatus. Genus inter *Phallum* et *Clathrum* medium et *Colo* Cav. et Sech. affine, aut cum eo forsan collidens. — Aug. de Saint-Hilaire, *in* M., *Cent.* I, *Ann.*, 2, VIII, p. 363.

1039. Fœtidaria coccinea Aug. de St-Hil., — *in* M., l. c., n° 46. — Characteres iidem ac generis.

Hab. In loco culto prope prædium Jucutacoara, ad urbem *Villa da Victoria*, provincia de *Espirito Santo* Brasiliensium.

nutissimæ, oblongæ, 0mm,0035 majori diametro æquantes, motu browniano aqua admota excitatæ.

Obs. Jam ab anno 1850 opportunitatem necessitatemque hujus generis condendi præsenseram et idem institui decreveram, quod cl. Tulasne, cui iconem splendidam Robinsoniam et meam fungi analysim ostendi, testificari potest. Nunc autem publici juris factum ab amico rev. M. J. Berkeley (*Trans. Linn. Soc. Londin.*, vol. XXI, p. 154, t. 19, f. 4) lætus acceptum habeo. Nostra vero species, licet Americæ septentrionalis indigena, a sua *Corynite Raveneliі* B. et C. dimensionibus et formis tam receptaculi, quam retis stipitis maxime diversa.

XXXIII. STAUROPHALLUS M.

Receptaculum læve, initio hemisphæricum, tandem in lobos quaternos cruciatim patenti-reflexos ad stipitem usque fissum, centro pervium, latice mucilaginiformi obductum. Stipes validus cribroso-cellulosus fistulosus. — M., *Ann.*, 3, III, p. 272.

1036. Staurophallus senegalensis M., — l. c. — albus, magnus, stipite 2 1/2 decim. longo, 5 centim. crasso, celluloso-anfractuoso.

Hab. Ad terram in Senegalia : Perrottet, cum icone. — Corda, *Icon. Fung.*, VI, p. 21, t. 4, f. 1.

XXXIV. ASEROPHALLUS M.

Peridium duplex, exterius sessile, volvæforme, rotundatum, radicatum, gelatina distentum, apice inæqualiter rumpens. Interius stipitatum, stipite tereti cavo cylindrico celluloso-scrobiculato, apice capitato-dilatatum, tandem stellatim quadri- (raro 3-5-)fidum. Laciniæ primum sibimet veloque contiguæ, demum sejunctæ, erectæ, simplices, lineari-subulatæ. Pulpa velata mucosa, olivacea. Velum seu peridium proprium arachnoideo-reticulatum, medio laciniarum adnatum, e fibrillis subtilissimis intricatis constans, maturitate fungi rumpens. Sporæ pulpæ interiori immixtæ, minutissimæ, ellipticæ, continuæ, hyalinæ. — M., *Ann.*, 3, IV, p. 360.

1037. ASEROPHALLUS CRUCIATUS M. et LEPR. — *Cent.* V, n° 91, l. c., p. 361, t. 14, f. 1. — peridio exteriori sphærico; receptaculi breviter stipitati capitulo subgloboso, tandem in lacinias 4 (-3-5) lineari-subulatas erectas stellatim partito.

HAB. In ligno putrido. Cayenna : LEPRIEUR, cum icone. — CORDA, *Icon. Fung.*, VI, p. 21, t. III, f. 49.

XXXV. CALATHISCUS M.

Peridium volvaceum, sphæricum, læve. Stipes brevis, teres, cavus, in fundo receptaculi ore amplo (nigro-marginato) apertus. Receptaculum e stipite sursum dilatato oriundum, cupulare seu *Calathum* referens, margine in lacinias viginti elongatas, erectas, attenuatas, apice involuto cirrosas divisum. Peridium stipesque humore gelatiniformi albo graveolente referti. Color peridii albus, receptaculi amœne roseus, orificii cavitatis stipitis aterrimus. Substantia receptaculi gelatinosa, mollis, laciniarum tremula. — M., *Ann.*, 2, XVI, p. 278.

1038. CALASTHICUS SEPIA M., — *Cent.* II, n° 99, l. c., t. 16, f. 2. — Characteres iidem ac generis.

HAB. Ad radices arborum prope Ootacamund, in montibus Coimbaturicis (*Neell-gherries*) : PERROTTET, cum icone. — CORDA, *Anleit.*, p. 190, t. E, 49, f. 1 et 2.

XXXVI. FŒTIDARIA AUG. DE S^T^-HIL.

Stipes volvatus? cylindricus. Pileus (*Receptaculum*) convexus, reticulo duplici e funiculis teretibus efformato inæqualiter cancellatus. Genus inter *Phallum* et *Clathrum* medium et *Colo* CAV. et SECH. affine, aut cum eo forsan collidens. — AUG. DE SAINT-HILAIRE, *in* M., *Cent.* I, *Ann.*, 2, VIII, p. 363.

1039. FŒTIDARIA COCCINEA AUG. DE S^T^-HIL., — *in* M., l. c., n° 46. — Characteres iidem ac genetis.

HAB. In loco culto prope prædium Jucutacoara, ad urbem *Villa da Victoria*, provincia de *Espirito Santo* Brasiliensium.

* Clathrus (Laternea) triscapus Turpin. — Fries, *Syst. Mycol.*, II, p. 287. — M., *Fl. Chil.*, VII, p. 497, t. 10, f. 3.

Tribu II. NIDULARIACEI.

1040. Cyathus intermedius M., — *Cuba*, p. 321, sub *Nidularia*. — cyathiformis, obconicus, extus ferrugineo-lutescens, pilis fasciculatis patenti-hirsutus, intus plumbeo-ardosiacus, striatulus; sporangiolis nigrescentibus, pellicula tenuissima involucratis, substantia media nigrescenti, sporis ovoideis; epiphragmate floccoso-farinoso niveo.

Hab. Ad quisquilia in terra argillacea. S. Marcos Cubæ : Ramon de la Sagra. — Tulasne, *Monogr. Nidul.*, *in Ann.*, 3, I, p. 72, t. 4, f. 4-7.

Ordo II. TRICHOSPERMI.

Tribu III. LYCOPERDACEI.

XXXVII. GYROPHRAGMIUM M.

Receptaculum stipitatum. Peridium primo turbinatum, dein medio orbiculatim ruptum, superne pileiforme cum stipite centrali ad apicem usque producto, volva ampla (quæ nihil aliud præter partem peridii inferiorem) instructo continuum. Capillitium in dissepimenta contextum lamelliformia, subparallela, e peridii toto hemisphærio descendentia, a stipite distantia, in plano ramosa (non autem anastomosantia), sinuosa, plicato-crispata, adeoque densata ut sibi cohærere videantur, primo lenta olivacea, tandem exarescentia, nigra, fragilissima, subtus libera, labyrinthiformia. Flocci liberi nulli. Sporæ sphæricæ, pedicellatæ, dissepimentis affixæ. Contextus peridii stipitisque fibrosus, in dissepimenta continuatus.

Fungi arescentes, persistentes, habitu Agarico vel Boleto similes, specie volvati aut annulati, stipitati, in arenosis maritimis obvii. — M., *Ann.*, 2, XX, p. 77, et *Fl. Alg.*, I, p. 368.

1041. Gyrophragmium Delilei M., — l. c., et *Fl. Alg.*, I, p. 369, t. 21, f. 2. — Characteres iidem ac generis.

Hab. In arenosis maritimis Galliæ, ad Monspelium : Delile, Dunal; Algeriæ, Oran, Bone, Mostaganem, Alger : Durieu.

Syn. *Montagnea Delilei* Fries, *in litt.*, dein *Montagnites Dunalii* Fries, *Epicr.*, I, p. 240.

1042. Secotium acuminatum M., — *Fl. Alg.*, I, p. 371, t. 22 bis, f. 4. — solitarium; peridio ovoideo alutaceo ochraceove, vertice acuminato, epidermide in squamas secedente, basi plicato-repanda stipiti brevi turbinato affixo, tandem soluto, lacunis gyrosis transversim seriatis, septis tenuibus; sporis sphæricis lævibus luteo-olivaceis.

Hab. Ad terram nivosam in castris excelsis, prope Tiaret Algeriæ : Basserre.

1043. S. Basserianum M., — l. c., p. 373, t. 22 bis, f. 5. — cæspitosum; peridio pulviniformi lævi alutaceo, basi reflexa stipiti crasso æquali affixo, tandem solubili, lacunis gyrosis brevibus primitus a stipite liberis, septis crassis; sporis luteo-virentibus.

Hab. In iisdem locis et temporibus cum priori : Basserre.

1044. Podaxon ægyptiacus M., — *Ann.*, 2, IV, p. 195. — stipite fibroso torto lignoso; peridio oblongo ochraceo; sporis fusco-purpurascentibus.

Hab. In arena mobili deserti Gazam inter et Suesium : Bové. — Corda, *Icon. Fung.*, VI, t. III, f. 44, sub *Cauloglosso.*

1045. Batarrea Gaudichaudii M., — *Ann.*, 2, II, p. 76, t. 4, f. 1. — stipite ventricoso lignoso, squamis imbricatis obtecto, basi attenuato a pileo discreto, intus cavo; sporis fusco-purpureis.

Hab. In ripis dessicatis fluminis *Rimae*, prope Lima, in Peruvia : Gaudichaud. — Corda, *Anleit.*, t. E, 50, f. 4 et 5 : icon mutuata.

1046. Tulostoma exasperatum M., — *Cuba*, p. 317, t. 11, f. 4. — lignicola, cæspitoso-fasciculatum; stipite squamis imbricatis recurvis squarroso? peridii verrucosi ore prominente lacero-dehiscente; sporis asperis limbo hyalino cinctis.

Hab. Ad ligna putredine consumpta in sylvis Cubæ : Ramon de la Sagra. — Corda, *Icon. Fung.*, VI, p. 17, t. III, f. 42.

1047. Geaster ambiguus M., — *Flor. Boliv.*, p. 47. — peridio exteriori coriaceo simplici multifido rigescente subinvoluto, in lacinias

8-10 lanceolatas profunde partito, extus glabro, interiori sessili subgloboso alutaceo-canescente papyraceo, ore plano-conico plicato-striato.

Hab. Ad terram in provincia de Chiquitos Boliviæ : Alc. d'Orbigny.

* G. umbilicatus Fries. — M., *Fl. Chil.*, VII, p. 507, t. 10, f. 10. Analysis.

† 1048. G. Welwitschii M. mss. : peridio exteriori e duplici strato composito utroque quadrifido, superiori fornicato extus glabro pallido intus crasso rimoso fusco, inferiori incarnato (*couleur pelure d'ognon*) brevissimo; peridio interiori subsessili sphærico pallido, ore lacero haud prominente.

Hab. In vasculis ad floriculturam inservientibus in Horto botanico regio Olyssiponensi : Welwitsch.

Obs. Species dubio procul perquam distincta et legitima. *G. fornicato* autem adeo similis ut vix descriptionem fusiorem postulet. Ab eo vero pluribus notis, peridio interiori præsertim suppeditatis, discrepare videtur. Hic equidem sessilis est nec pedicellatum, et more *G. hygrometrici* dehiscit, nec ore conico-striato instructus. *G. quadrifidus* Pers., cujus specimen authenticum in collectione cl. Léveillé videre mihi contigit, speciem propriam sistit, quæ affinitatem cum *G. striato* maximam præbet, nostræ vero, nisi hacce nota peridii exterioris quadrifidi, nec similis nec quidem proxima.

1049. G. Scleroderma M., — *Guy.*, mss., n° 593. — peridio exteriori crassiusculo rigido, extus verrucoso-aculeato, ad medium paucifido, subtus radices crassissimas intricatas albas emittente, interiori sessili tenui flaccido vertice lacero-dehiscente; columella pistilliformi; sporis minimis sessilibus atro-fuliginosis.

Hab. In terra nuda in Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 1089.

1050. G. mirabilis M., — *Guy.*, mss., n° 595, t. 6, f. 8. — minimus, xylophilus; peridio exteriori cupulari aperto tenui rigido fragilissimo subsexfido, laciniis tandem deciduis, cupula persistente; interiori sessili sphærico-depresso (5 millim. crasso) ardosiaco-plumbeo, disco orbiculari concavo acute marginato, ore conico sericeo; sporis sessilibus nigris.

Hab. Ad ligna putrida ratione mycelii alutæformis pallidi aggregatus. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 843.

1051. Bovista abyssinica M., — *Cent.* V, n° 94, *in Ann.*, 3, IV, p. 363. — radicata, obovata; peridio papyraceo plumbeo-fuligineo, cortice in verrucas albas minutas tandem secedentes abeunte, strato sterili obsoleto, ore determinate orbiculari; capillitio sporisque pedicellatis olivacco-fuliginosis.

Hab. Ad septentrionem montis Selki in Abyssinia : Feret et Galinier, *Voy. in Abyss.*, I, p. 162.

1052. B. lilacina B. et M., — *in* Berk., *Dec. of Fung.*, n° 59, *in Lond. Journ. of Bot.*, IV. — turbinata, subtus plicata (6-7 centim. medio crassa), initio pallide ochracea, demum sublilacina; capillitio sporisque echinulatis lilacinis.

Hab. Ad terram, in Australia : Drummond, n° 164. — Montag., *Fl. Chil.*, VII, p. 511, a Bertero in Chile lecta.

1053. Lycoperdon asterospermum DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 379. — peridio membranaceo obovato-pyriformi fuligineo-rufo, lacunis excavato, superne subrigido, inferne flaccido tenuissimo, in radicem attenuato, cortice aculeis minutis erectis confertis asperrimo, basi sterili floccoso-cellulosa lutescenti; capillitio sporisque asperis fusco-purpureis.

Hab. In sylva *du Tonga* dicta, prope La Calle : Durieu.

1054. L. decipiens DR. et M., — l. c., p. 380. — peridio membranaceo tenuissimo flaccido obovoideo persistente subradicato, ore lacerato-dehiscente, cortice adnato verrucis spinulosis primitus tecto, tandem denudato subplumbeo nitente, strato sterili crasso celluloso cum capillitio sporisque verrucosis atro-purpureis continuo.

Hab. Circa urbem Alger : Durieu.

1055. L. leucotrichum DR. et M., — l. c., p. 383. — peridio membranaceo tenui fragili undique aculeis strati corticalis mollibus sparsim evanidis vestito lutescente, vertice laciniatim dehiscente, laciniis persistentibus aut frustulatim elabentibus; capillitio albo (!) tandem a basi cellulosa solubili; sporis sessilibus lutescenti-olivaceis.

Hab. Circa Bone (*Eidough*), ad terram : Durieu.

1056. L. radicatum DR. et M., — l. c., — peridio globoso aut obovato longe radicato, primitus corticato, tandem cortice exteriore

frustulatim secedente lævigato nitido luteo rigente fragili irregulariter dehiscente, strato sterili celluloso cum floccis divaricato-ramosis luteo-olivaceis continuo; sporis lævibus ovoideis longe pedicellatis concoloribus.

Hab. In pascuis arenosis prope La Calle : Durieu.

XXXVIII. HIPPOPERDON M.

Peridium papyraceum, persistens, cortice unito aut raro secedente, nunquam sponte dehiscens. Capillitium peridio undique adnatum, in cellulas labyrinthiformes vel polyedras totum contextum sporisque inspersum lævibus aut echinatis subpedicellatis. Bovistæ proximum genus, a quo, ut et ab omnibus Trichospermis, structura interiori maxime insigni, capillitio scilicet nunquam soluto, floccis vero in cellulas peridii cavitatem implentes contextis, recedit. — M., *Cuba*, *Crypt.*, p. 319. Ic. nulla.

1057. Hippoperdon Crucibulum M., — l. c. — magnum, decimetro altius, subcylindricum; peridio papyraceo supra convexo-plano, deorsum cylindraceo, 6-8 centim. crasso, intus toto celluloso; floccis sporisque echinatis violaceis.

Hab. Ad terram in sylvis Cubæ insulæ : Ramon de la Sagra.

1058. H. turbinatum M., — l. c., p. 320. — peridio papyraceo tenuissimo alutaceo obconico-turbinato, disco plano depresso acute marginato, intus celluloso; capillitii floccis sporisque lævibus ochraceis.

Hab. Ad terram. Madagascar : Goudot.

XXXIX. XYLOPODIUM M.

Peridium simplex, coriaceum, e stratis binis discoloribus factum, vertice verrucis crassis amplis mature secedentibus obsitum, lobato-dehiscens, stipitatum, stipite crasso magno fibroso-lignoso. Flocci peridio adnati, primum reticulato-cellulosi septati, apice clavati cum sporis sublævibus (tabacinis) pedicellatis intus granulosis, conissantibus, suaveolentibus (odorem *Croci officinarum* referentibus) tandem soluti. Stipes

fibrosus, lignosus, durissimus, in corticem peridii coriaceo-lentam, alutaceam, nitidam, stratosam, stratis facile solubilibus, ad maturitatem fungi lacerato-strigosam, abiens. — M., *Ann.*, 3, IV, p. 364.

1059. Xylopodium Delestrii DR. et M., — l. c., et *Fl. Alg.*, I, p. 390, t. 20, f. 1. — peridio magno obovato in stipitem crassum cylindricum stratose lamellosum basi subbulbosum aut attenuatum confluente.

Hab. In Algeria, locis arenosis prope Mostaganem : Delestre.

1060. Arachnion Bovista M., — *Cent.* VI, n° 27, *in Ann.*, 3, XI, p. 38, sub *Scoleciocarpo;* item, XII, p. 302, et *Fl. Chil.*, VII, p. 513. — peridio globoso papyraceo lævigato plumbeo nitido, vertice irregulariter dehiscente, intus peridiola minuta graniformia gyrosa lævia ardosiaca fovente.

Hab. Ad terram, in collis montosis circa Quillota Chiles : Bertero.

1061. Mycenastrum chilense M., — *Cent.* IV, n° 97, *in Ann.*, 2, XX, p. 375, et *Fl. Chil.*, VII, p. 514, t. 10, f. 8. — obovoideum turbinatumve, arrhizum; peridio suberoso crasso fuligineo-plumbeo lævi stellatim rupto, cortice secedente; floccis sporisque olivaceo-fuligineis.

Hab. In montosis circa Rancagua reipubl. Chilensis : Bertero. — Corda, *Icon. Fung.*, VI, p. 17, t. IV, f. 43.

1062. M. leiospermum M., — *Enum. Fung. in Ann.*, 3, VII, p. 175. — peridio....., capillitio rhabarbarino; sporis lævissimis.

Hab. In locis montosis aridisque Africæ australis, ad Witpoorberg : Drège.

1063. Polysaccum tinctorium M., — *Canar.*, p. 87, t. 5, f. 1. — parasiticum, maximum, stipitatum; peridio capitato subgloboso-depresso cum stipite contorto sulcato amplissimis brunneis; peridiolis primo albidis demum nigris; sporis tabacinis.

Hab. Ad radices *Cisti* cujusdam parasitans, in montibus insularum Gomeræ et Palmæ : Despréaux.

Obs. Despréaux auctor est hunece fungum, in urinam maceratum,

ad pannos laneos sericeosque colore solido viridescenti tingendos usitatissimum esse.

1064. SCLERODERMA SINNAMARIENSE M.,—*Cent.* II, n° 66, *in Ann.*, 2, XIV, p. 331, t. 19, f. 12. — parvulum, sessile, globosum; peridio coriaceo subflaccido tenui, extus intusque aurcine luteo; floccis pallidis, sporis minutis sub lente purpurascentibus echinulatis, limbo celluloso pellucido cinctis.

HAB. Ad ligna dejecta et putrida in sylvis Sinnamariensibus : LEPRIEUR, *Coll.* n° 386.

1065. ANTENNARIA TROPICA M., — *Cent.* II, n° 67, l. c., p. 332. — mycelio amplo compacto crasso, petiolos foliorum, ramulos truncosque arborum late investiente; floccis moniliformibus, articulis sphæricosuboblongis fusco-nigris; peridiis crassis e globoso elongatis.

HAB. In sylvis prope Cayennam : LEPRIEUR, *Coll.* n° 687.

1066. A. ROBINSONII B. et M., — *in* BERK., *Not. of Brazil. Fung.*, *Lond. Journ. of Bot.*, II, t. 24, f. 2. — mycelio pannoso expanso; fibris tenuissimis elongatis ramosis, articulis æqualibus moniliformibusve; peridiis aut lateralibus ovoideis aut in continuitate fibrorum oblongis.

HAB. Ad folia præsertim *Filicum* in insulis Juan Fernandez : BERTERO.

SYN. *Cladosporium Fumago* var. *elongatum* M., *Fl. J. Fern.*, n° 53.

1067. A. ELÆOPHILA M.,—*Bull. Soc. centr. d'Agric. Paris*, 2e *sér.*, IV, p. 767, et *Ann.*, 3, XII, p. 304. — epiphylla et epiclada, mycelio effuso crustoso velutino aterrimo secedente; fibris seu floccis æqualibus intricatis ramosis, articulis transversim oblongis, extremis submoniliformiter concatenatis; peridiis ovoideis lateraliter adfixis; sporis hyalinis ovoideo-oblongis.

HAB. In foliis vivis ramisque *Oleæ europeæ*, ad Perpinianum, 1829, primus IPSE legi.

SYN. *Cladosporium Fumago* M., *Ann.*, 2, VI, p. 32, non PERS.

XL. LASIODERMA M.

Peridium e turbinato obpyriforme, e floccis septatis ramosis laxe intricatis contextum, subpersistens. Sporæ minutæ, copio-

sissimæ, contiguæ, olivaceæ, in centro peridii evanescente conglutinatæ. — M., *Ann.*, 3, IV, p. 364.

1068. Lasioderma flavo-virens DR. et M., — l. c., et *Fl. Alg.*, I p. 399, t. 20, f. 4. — stipite rufo mox in capitulum globosum e luteo pallide sulphureum vertice fatiscens dilatato; sporis viridi-olivaceis myriadeis, in catenas moniliformes ramosas seriatis.

Hab. Ad folia Quercuum, in Hispania prope Matritum, et in Algeri circa La Calle : Durieu.

† XLI. SPORODERMA M.

Peridium (?) indeterminatum, lenticulare, basi affixum, floccis ramosis hyalinis septatis implicatis radiantibus contextum. Sporæ globosæ initio cæruleæ, mox olivaceæ nigrescentes ad peripheriam dense congestæ. Mycelium floccosum, fluitans flocci tenuissimi ramosissimique. Rami extremi seu peripheric moniliformiter constricti, in sporas, ut in *Oidio*, *Penicillio* cæt. delabentes mutati. Ramuli laterales breves apice inflato sporo morphi.

Productio maxime singularis quoad conditiones insolita quibus orta et prope *Trichoderma*, cui analoga, collocanda.

† 1069. Sporoderma chlorogena M. mss. : peridio lenticulari virid (5 millim. diam.); sporis globosis 3 ad 4 millimillim. crassis.

Hab. Ad caules *Trifolii* et *Medicaginis* primum oxydo sodii et hypochlorito calcis mundatas, dein in chloro aqua diluto per plures mense maceratas. Communicavit amicus et collega celeb. Payen.

Tribu IV. MYXOGASTRES.

1070. Lycogala lenticulare DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 401. — complanatum; peridio orbiculari depresso, exteriori crassiori castaneo tenuissime (sub lente) punctato-granulato, interiori papyraceo cinnamomeo; floccis anguinis sporisque concoloribus, episporio lævi, nucleo granuloso guttulas oleosas fovente.

Hab. Ad corticem arborum, in Algeria prope La Calle et in Gallia

mentis ex analysi speciminum ipsius auctoris depromptis probavi. Quis autem, nisi forsan optimus amicus Berkeleyus, assertionibus meis attentum se præbuit? Ut fere semper, clamavi in deserto.

1080. STILBUM CINNABARINUM M., — *Cuba*, p. 308, t. 11, f. 3, et *Cent*, I, n° 39, *in Ann.*, 2, VIII, p. 360. — gregarium, incarnatum; capitulo convexo-hemisphærico cinnabarino; stipite brevi farinaceo; sporis oblongis.

HAB. Ad cortices dejectos prope Havanam : RAMON DE LA SAGRA.

1081. S. CLAVULATUM M., — *Cent.* III, n° 50, *in Ann.*, 2, XVIII, p. 248. — gregarium; capitulo oleæformi carneo; stipite longiusculo nigrescente primo albo-farinaceo; sporis oblongis.

HAB. E cortice crumpens, ad Surinam : SPLITGERBER.

1082. S. BUQUETII M. et CH. ROB., — *in* CH. ROBIN, *Hist. Vég. parasit.*, p. 640, t. 11, f. 1-3. — gregarium, entomogenum; capitulo sphærico rufo; stipite crasso incurvo atro patenti-villosulo; sporis oblongis utrinque paululum attenuatis.

HAB. In Insectis variis inter tropicos viventibus : BUQUET.

1083. DACRYMYCES CANDIDUS M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 24. — rotundatus, supra planiusculus aut depresso-marginatus, subtus concavus, madore candidus, siccitate lividus.

HAB. In ligno emortuo et denudato in Chile : CL. GAY.

1084. GLIOSTROMA HETEROSPORUM M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 26. — receptaculo disciformi minuto succineo; sporophoris abbreviatis sporas obovoideas oblongasve sustinentibus.

HAB. Ad ramos emortuos in Chile : CL. GAY.

1085. PERIOLA SPHÆRIÆFORMIS M., — *Cuba*, p. 297. — stromate hemisphærico sessili, undique setis rigidis acutis atris hispido et e floccis suffultoriis continuis hyalinis composito; sporis fusiformibus curvulis pellucidis.

HAB. Ad folia Monocotyledonearum prope Alquizar in Cuba insula : RAMON DE LA SAGRA.

1086. STYSANUS MANDLII M., — *Cent.* VI, n° 99, *in Ann.*, 3, IV, p. 365, t. 14, f. 2. — gregarius; stipite simplici subulato fibroso atro,

supra in capitulum myuroides abeunte; floccis sporarum ovali-oblongarum fuliginosarum centro pellucidarum simplicibus.

Hab. Super alumine in gelatinam reducto, apud Parisios : Mandl.

1087. Fusarium reticulatum M., — *Cent.* IV, n° 100, *in Ann.*, 2, XX, p. 379, t. 16, f. 3. — stromate lineari-interrupto armeniaceo reticulatim erumpente; sporis acrogenis continuis fusiformibus curvatis utrinque acutis.

Hab. Ex epidermide Cucurbitæ vulgo *Pastèque* dictæ, ad S. Sever, in Gallia austro-occidentali : Léon Dufour.

1088. F. punctiforme DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 335. — acervulis minutis erumpentibus carneis tandem epidermide lacerata cinctis; sporis fusiformibus curvatis punctatis.

Hab. In foliis *Citri Aurantii* dejectis putridisque, ad Bouzaréah prope Alger : Durieu.

1089. F. Stictoides DR. et M., — l. c., p. 334. — innato-erumpens, punctiforme, rufum; stromate floccoso; sporophoris ramosis sporisque septatis fusiformibus curvulis pellucidis.

Hab. In ramo florifero *Agaves* delapso, prope Bab-Azoum : Durieu.

1090. F. Platani M., — *Ann.*, 3, XI, p. 55. — hypophyllum; acervulis minutis in folio decolorato sparsis, innato-erumpentibus subhemisphæricis rufidulis; sporis primitus pedicellatis inter formam oblongam et fusiformem admodum variis.

Hab. In pagina inferiori foliorum *Platani occidentalis*, in Gallia australi : Castagne.

Syn. *Hymenula Platani* Lév., *Ann.*, *févr.* 1848, p. 128.

1091. F. Castagnei M., — *Cent.* VI, n° 80, *in Ann.*, 3, XII, p. 296. — maculiforme; maculis irregularibus confluentibus atro-fuscis, stromate plano; sporis fusiformibus curvulis hyalinis breviter pedicellatis.

Hab. In caulibus siccis *Psoraleæ bituminosæ* prope Aquas-Sextias : Castagne.

1092. F. Microphlyctis M., — *Comptes rendus de la Soc. de Biol.*, *Janv.* 1849, p. 10, et *Cent.* VI, n° 81, l. c., p. 297. — acervulis minutis erumpentibus pallidis hemisphæricis; sporophoris elongatis radian-

tibus, sporas lineares curvulas utrinque obtusas obscure septatas vel 3-6 nucleolos includentes sustinentibus.

HAB. In fructu *Oleæ*, ex epicarpio erumpens : GUBLER.

1093. FUSIDIUM VERRUCOSUM DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 350. — hypophyllum; maculis thelephoroideis carneis; sporis ex ovoideo fusiformibus arcte agglutinatis, hyalinis, episporio verrucoso.

HAB. In pagina inferiori folii *Arbuti* prope Alger : DURIEU.

1094. FUSISPORIUM CYLINDRICUM M., — *Cuba*, p. 299, et *Cent.* III, n° 4. — niveum; floccis longissimis continuis strictis, acervulos minutissimos sparsos hemisphæricos vel obconicos cingentibus; sporis cylindricis utrinque truncatis.

HAB. Ad sarcocarpium fructus mihi haud noti. Cuba : AUBER.

1095. F. CARNEUM M., — *Cuba*, p. 301, et *Cent.* III, n° 5. — floccis tenuissimis candidis erectis continuis ramosis lanæformibus tandem depressis; sporis minutis oblongis carneis, in acervulos hemisphæricos radianti-conglutinatis.

HAB. In foliis Monocotyledoncarum. Cuba : AUBER.

1096. F. CHILENSE M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 25. — isabellinum; floccis basi arcte conjunctis nucleum efformantibus, ex quo exsurgunt undique sporophora brevia, sporas oblongo-fusiformes rectas in pulvinulos irregulares confluentesque conglutinatas suffulcientia.

HAB. E cortice arborum erumpens. Juan Fernandez : BERTERO.

SYN. *F. argillaceum* M., *Fl. J. Fern.*, n° 55, non FRIES.

1097. F. OCHRACEUM M., — l. c., — effusum aut capituliforme, tremellinum, ochraceum; sporophoris brevissimis nodoso-geniculatis undique irradiantibus et sporas ovoideas aut ellipticas sporulis farctas celerrime diffluentes sustinentibus.

HAB. In corticibus et muscis. Juan Fernandez : BERTERO. — M., *Fl. J. Fern*, n° 54.

1098. F. ERUBESCENS DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 351. — hypophyllum, maculæforme; maculis orbicularibus rufidulis; floccis evanidis; sporis lineari-fusiformibus rectis vinoso-purpurascentibus.

Hab. Ad folia *Rhamni Alaterni*, in monte Gouraïa, prope Bougie : Durieu.

* F. Mori M., — *Bull. de la Soc. imp. et centr. d'Agricult., séance du 13 juill.* 1853, 2e sér., tom. VIII, p. 498. — maculæforme; maculis amphigenis orbiculatis confluentia irregularibus rufis tandem brunneis, stromate centrali celluloso, ex quo exsurgunt sporophora congesta, sporas lineares 2 ad 6 centimillim. longas, 5 millimillim. crassas, hyalinas, curvulas obscure septatas suffulcentia; floccis evanidis.

Hab. Ad utramque paginam foliorum *Mori albæ* : ad Saint-Maur, prope Parisios : Léveillé; circa Alesium (Gard) : baro d'Hombres-Firmas.

Syn. *Septoria Mori* Lév., *Ann. sc. nat.*, 3, V, p. 279. — *Fusarium maculans* Béreng., *in Atti del. Congr. Sc. di Milano*, 1844. — *Rabenh. Hb. Myc.*, nos 1578 et 1861. — *Fusisporium cingulatum* M., olim, *in Diario citato.* — *Fusarium lateritium* Turpin, *in Ann. Soc. d'Hortic. Paris*, tome XX, p. 329, cum icone, et tome XXII, non Nees ab Esenbeck.

Obs. Fungillus valde nocivus et sericicultoribus vera pestis, quum præsertim in annis pluviosis folia *Mori* invadit et necat.

1099. Blennoria Rubi M., — *Cent.*, n° 37, *in Ann.*, 2, VIII, p. 360. — e fibris lignosis canescentibus erumpens; tuberculis atris punctiformibus apice planis modiceve concaviusculis; sporis pedicellatis in gelatina sub aqua celeriter diffluenti cylindricis minutissimis utrinque truncatis.

Hab. Ad ramulos *Rubi* dejectos decorticatosque circa Andegavum Galliæ : Guépin.

XLII. RHOPALIDIUM M. et Fries.

Sporidia clavata, stipitata, multilocularia, gelatinæ immersa et sub epidermide in tuberculum innatum conglutinata. — M., *Ann.*, 2, VI, p. 30, et Fries, *Sum. Veg. Scand.*, p. 476. — Foliicola.

1100. Rhopalidium Brassicæ M. et Fr.,—l. c., t. 12, f. 4.—sporidiis longe clavulatis, pedicellatis multiseptatis, septis transversis 7 ad

tibus, sporas lineares curvulas utrinque obtusas obscure septatas vel 3-6 nucleolos includentes sustinentibus.

Hab. In fructu *Oleæ*, ex epicarpio erumpens : Gubler.

1093. Fusidium verrucosum DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 350. — hypophyllum; maculis thelephoroideis carneis; sporis ex ovoideo fusiformibus arcte agglutinatis, hyalinis, episporio verrucoso.

Hab. In pagina inferiori folii *Arbuti* prope Alger : Durieu.

1094. Fusisporium cylindricum M., — *Cuba*, p. 299, et *Cent.* III, n° 4. — niveum; floccis longissimis continuis strictis, acervulos minutissimos sparsos hemisphæricos vel obconicos cingentibus; sporis cylindricis utrinque truncatis.

Hab. Ad sarcocarpium fructus mihi haud noti. Cuba : Auber.

1095. F. carneum M., — *Cuba*, p. 301, et *Cent.* III, n° 5. — floccis tenuissimis candidis erectis continuis ramosis lanæformibus tandem depressis; sporis minutis oblongis carneis, in acervulos hemisphæricos radianti-conglutinatis.

Hab. In foliis Monocotyledonearum. Cuba : Auber.

1096. F. chilense M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 25. — isabellinum; floccis basi arcte conjunctis nucleum efformantibus, ex quo exsurgunt undique sporophora brevia, sporas oblongo-fusiformes rectas in pulvinulos irregulares confluentesque conglutinatas suffulcientia.

Hab. E cortice arborum erumpens. Juan Fernandez : Bertero.

Syn. *F. argillaceum* M., *Fl. J. Fern.*, n° 55, non Fries.

1097. F. ochraceum M., — l. c., — effusum aut capituliforme, tremellinum, ochraceum; sporophoris brevissimis nodoso-geniculatis undique irradiantibus et sporas ovoideas aut ellipticas sporulis farctas celerrime diffluentes sustinentibus.

Hab. In corticibus et muscis. Juan Fernandez : Bertero. — M., *Fl. J. Fern*, n° 54.

1098. F. erubescens DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 351. — hypophyllum, maculæforme; maculis orbicularibus rufidulis; floccis evanidis; sporis lineari-fusiformibus rectis vinoso-purpurascentibus.

Hab. Ad folia *Rhamni Alaterni*, in monte Gouraïa, prope Bougie : Durieu.

* F. Mori M., — *Bull. de la Soc. imp. et centr. d'Agricult., séance du 13 juill.* 1853, 2e sér., tom. VIII, p. 498. — maculæforme; maculis amphigenis orbiculatis confluentia irregularibus rufis tandem brunneis, stromate centrali celluloso, ex quo exsurgunt sporophora congesta, sporas lineares 2 ad 6 centimillim. longas, 5 millimillim. crassas, hyalinas, curvulas obscure septatas suffulcentia; floccis evanidis.

Hab. Ad utramque paginam foliorum *Mori albæ* : ad Saint-Maur, prope Parisios : Léveillé; circa Alesium (Gard) : baro d'Hombres-Firmas.

Syn. *Septoria Mori* Lév., *Ann. sc. nat.*, 3, V, p. 279. — *Fusarium maculans* Béreng., *in Atti del. Congr. Sc. di Milano*, 1844. — *Rabenh. Hb. Myc.*, nos 1578 et 1861. — *Fusisporium cingulatum* M., olim, *in Diario citato.* — *Fusarium lateritium* Turpin, *in Ann. Soc. d'Hortic. Paris*, tome XX, p. 329, cum icone, et tome XXII, non Nees ab Esenbeck.

Obs. Fungillus valde nocivus et sericicultoribus vera pestis, quum præsertim in annis pluviosis folia *Mori* invadit et necat.

1099. Blennoria Rubi M., — *Cent.*, n° 37, *in Ann.*, 2, VIII, p. 360. — e fibris lignosis canescentibus erumpens; tuberculis atris punctiformibus apice planis modiceve concaviusculis; sporis pedicellatis in gelatina sub aqua celeriter diffluenti cylindricis minutissimis utrinque truncatis.

Hab. Ad ramulos *Rubi* dejectos decorticatosque circa Andegavum Galliæ : Guépin.

XLII. RHOPALIDIUM M. et Fries.

Sporidia clavata, stipitata, multilocularia, gelatinæ immersa et sub epidermide in tuberculum innatum conglutinata. — M., *Ann.*, 2, VI, p. 30, et Fries, *Sum. Veg. Scand.*, p. 476. — Foliicola.

1100. Rhopalidium Brassicæ M. et Fr.,—l. c., t. 12, f. 4.—sporidiis longe clavulatis, pedicellatis multiseptatis, septis transversis 7 ad

9 inæqualiter distantibus, pellucidis, in acervulos fuscos amphigenos cuticula semper tectos conglutinatis.

Hab. In foliis moribundis *Brasicæ oleraceæ*. Lugdunum : Ipse.

Ordo II. EMPHYTOSPORI.

1101. Næmatelia nigrescens M. — *Fl. Chil.*, VIII, p. 28. — erumpens, suborbicularis, madida hemisphærica, sicca centro depressa, subcupularis, atra ; sporis obovoideis aut pyriformibus.

Hab. Ex epidermide ramorum erumpens. Valdivia in Chile : Cl. Gay.

1102. N. cinnabarina M., — *Cent.* VI, n° 9, *in Ann.*, 3, X, p. 120. — substipitata, pulvinata, ramosissima, ramis complanatis rugosis margine incrassato undulato-crispis; sporis ovoideo-clavatis luteo-aurantiacis.

Hab. In cortice arborum. Taiti : J. Lépine.

1103. N. granulosa M., — *Guy.* n° 442, *in Ann.*, 4, I, p. 144. — lobato-ramosa, nigra, lobis obtusis subcylindricis granulato-exasperatis.

Hab. Ad ligna circa Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 1088.

1104. Epicoccum Duriæanum M., — *Cent.* VI, n° 26, *in Ann.*, 3, XI, p. 38. — hypophyllum, minutum, in macula fusco-cincta gregarium; stromate hemisphærico luteo-purpurascente ; sporis pistilliformibus olivaceis lævibus tandem tetracoilis punctatisque brevipedicellatis, stipite cylindraceo.

Hab. In foliis moribundis *Fici Caricæ*, in hortis Lutetiæ : Durieu.

1105. Ægerita luteola DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 399. — peridiis gregariis confertis oblongo-ovatis minutis luteolis; sporis oblongis subumbrinis.

Hab. In ligno putredine consumpto. La Calle : Durieu.

1106. Coniothecium seriale DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 328. — acervulis oblongis longitrorsum seriatis atris, epidermide primo tectis; sporis globosis ovoideisve fuscis.

Hab. In culmis *Arundinis mauritanicæ* apud Alger : Durieu.

1107. C. asperulum DR. et M. : — l. c. — acervulis atris rotundis

innato-erumpentibus subconfluentibus; sporis glomeratis fusco-atris episporio asperulo opacis, globosis, e stromate fibroso oriundis.

Hab. In caulibus *Ferulæ* dejectis circa Alger : Durieu.

1108.? C. didymum DR. et M., — l. c., p. 329. — acervulis erumpentibus punctiformibus minutis confertis; sporis globosis simplicibus didymisque filamentis (sporophoris) residuis immixtis, interdum isthmo concatenatis.

Hab. In foliis *Agaves* siccis circa Oran et Alger : Durieu.

1109. Myxosporium macrosporum DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 331. — tuberculis punctiformibus albidis, humidis tremelloideis; sporis magnis oblongis hyalinis muco concolori conglobatis.

Hab. Ad folia *Citri Aurantii* locis humidis delapsa, circa Bouzaréah: Durieu.

Familia VIII. HAPLOMYCETES.

Ordo I. HYPHOMYCETES.

Tribus I. MUCORINEI.

1110. Pilobolus Œdipus M., — *in Mém. Soc. Lin. de Lyon*, 1828, cum icone. — floccis erectis basi inflatis lutcis, apice globosis, hyalinis, vesicula atra subsphærica.

Hab. Ad stercus humanum. Rochecardon Lugduni : Ipse.

1111. Mucor croceus M., — *Cuba*, p. 307. — floccis sterilibus in tomentum byssinum intricatis albis, fertilibus brevissimis simplicibus septatis; peridiolo sporisque globosis croceis.

Hab. Ad lignum denudatum circa S. Marcos insulæ Cubæ : Ramon de la Sagra.

PHYCOMYCES Kze. emend.

Flocci fertiles (*Stipites*) erecti, fistulosi, nitentes, in columellam pyriformem aut potius inverse cucurbitiformem (*gourde de pèlerin*) apice dilatati. Peridium terminale, sphæricum, tenuissimum, ad maturitatem ruptum et evanescens, limbo

angusto ad basin columellæ residuo, stipitis apicem involucrante, omnino ut in *Ascophora*. Sporæ oblongæ, continuæ, obscuræ, e columella moniliformi-radiantes.

Syn. *Ulvæ* species *Ag. Syn. Alg.*, p. 46, et *Spec. Alg.*, I, p. 425. — *Phycomyces* Kunze, *Myc. Heft.*, 2, p. 113. — Montag., *Bull. Soc. de Biologie, avril* (17) 1852, et *Bull. Soc. Philom., séances des* 17 et 24 *avril* 1852.

Fungus certe mucorineus, imo genus *Mucori* admodum proximum. Peridio hactenus ignoto, sporæ nudæ existimabantur et columellæ primitus innatæ. Clar. Evrard, chemiæ peritus, qui mecum specimina juniora adhuc viventia humanissime communicavit, occasionem mihi præbuit huncce fungum in omnibus ejus evolutionis momentis observandi. Quamobrem totam morphosim stirpis curiosæ enucleare valui. Constat autem illam cellas olearias, vel trapeta, quibus oleum e fructu exprimitur, præamare. Atqui in officina D. Evrard (*au Cateau, Nord*) aquæ smecticæ e lana œsypo detergenda proveniendæ acido sulphurico tractatæ sunt. Nascitur tandem ex illis aliquot post menses *præcipitatum* adipatum terrosumque fibris lanæ detritis permixtum in quo vegetat copiose Phycomyces noster.

* Phycomyces nitens Kze., l. c. — M., locis citatis.

Syn. *Ulva nitens C. Ag., Spec. Alg.*, I, p. 425.

Tribus II. MUCEDINES.

† 1112. Aspergillus nanus M. mss. : fuliginosus; stipitibus brevibus achromaticis, e crusta flavescente exsurgentibus, capitulo sphærico coronatis; capitulo fibris brevissimis radiatis tecto; sporis simplicibus concatenatis fuligineis.

Hab. In Oryza cocta ubi *Palmellam prodigiosam* colebam, in consortio *Penicillii crustacei*, *Mucoris Mucedinis*, etc., crescit et inveni.

Desc. Totus fungillus vix semimillimetro longior. Capitulum primitus album, dein fuliginosum, pulverulentum. Stipes hyalinus, continuus, erectus, 1/50 millim. crassus, in capitulum sphæricum

dilatatus, 0mm,06 diametro crassum. Fibræ radiantes, hyalinæ, brevissimæ, 0mm,015 longæ. Sporæ moniliformi-concatenatæ, sphæricæ, 0mm,003 diametro æquantes.

Obs. Ab omnibus minutie coloreque capituli differt.

1113. A. AFRICANUS DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 342. — floccis fertilibus rufo-spadiceis erectis ramosis septatis ramisque patentibus anostomosantibus apice-inflato-capitatis; capitulis globosis oblongis aut ovoideis aculeatis; sporis sphæricis concoloribus subconcatenatis.

HAB. In acervulis *Opuntiæ* prope Alger : DURIEU.

1114. A. PHÆOCEPHALUS DR. et M., — l. c., p. 342. — floccis sterilibus lutescentibus, fertilibus albis simplicibus continuis, sub apicem globoso-inflatum strangulatis; capitulo rufo fibris radiantibus longe clavatis tecto; sporis minutis subglobosis inæqualibus tandem fuscis.

HAB. Super radicem *Helminthiæ echioidis* in Algeria : DURIEU.

1115. A. FULVUS M., — *Cent.* VI, n° 82. — floccis albis, sterilibus lanæformibus ramosis septatis, fertilibus simplicibus erectis asperulis! capitatis; capitulo primum aurantio dein fulvo, fibris radiantibus apice multifidis tecto, divisionibus fibrarum catenas sporarum minutarum globosarum fulcientibus.

HAB. In *Sericaria Mori*, Muscardine, in Gallia australi : GUÉRIN-MENEVILLE.

1116. PENICILLIUM SITOPHILUM M., — *Cent.* IV, n° 99, t. 16, f. 4. — cæspitosum, aurantiacum; floccis sterilibus candidis repentibus anastomosantibus septatis?, fertilibus erectis septatis, apice corymboso-ramosis, ramis ramulis catenisque sporarum dichotomis moniliformibus divaricatis; sporis globosis prolifero-concatenatis.

HAB. In pane præsertim castrensi nec non in *Tritico* acervato et in similagine. Parisiis : MAGENDIE.

SYN. *Oidium aurantiacum* LÉV., secundum cel. PAYEN.

* STACHYLIDIUM BASSIANUM M. mss. : — *in* BERK., *Obs. bot. and physiol. on the Potato Murrain*, *Journ. of the Horticult. Soc. Lond.*, vol. I, part. I, p. 26, cum icone, et *in Ann. Soc. Sericic.*, tome XI. — floccis fertilibus candidis erectis simplicibus aut dichotomis breviter

ramulosis, ramulis sparsis; sporis globosis ad apices ramulorum tandem capitato-conglomeratis.

Hab. In Bombycibus, quos necat.

Syn. *Botrytis Bassiana* Balsamo. — Ch. Rob., *Hist. Végét. paras.*, p. 560, pl. VI, f. 3-8.

Obs. Hujusce fungi sericiculturæ perquam noxii morphosim exposui completam in Dissertatione ante Academiam Regiam Scientiarum, die 18 augusti 1836, lecta et in tomo XI *Annalium Societatis sericicolæ parisiensis* publico jure facta. Adsunt in eodem libello observationes atque experimenta ad vegetationem et fructificationem Mucedinearum spectantes.

1117. Botrytis (Verticillium) africana DR. et M., — *Fl. Alg.*, 1. p. 346. — pulvinato-confluens, umbrina; floccis sterilibus densis fuscidulis, fertilibus erectis septatis ramisque suboppositis aut ternis quaternis punctato-granulosis; sporis oblongis hyalinis.

Hab. In trunco *Chamæropis humilis* putredine consumpto, prope Alger : Durieu.

Obs. Species denuo observanda, at certe distincta.

1118. B. infestans M., — *Journ. l'Institut*, 1845, p. 313, et *Bull. Soc. philom., séance du* 30 *août* 1845. — cæspitibus laxis erectis albis passim septatis! septis obscuris distantibus (1), apice plus minus ramosis, ramis passim nodosis erecto-patentibus; sporis lateralibus terminalibusque solitariis ovoideo-ellipticis, pro ratione magnis concoloribus subapiculatis, nucleo granuloso.

Hab. In pagina inferiori foliorum nec non in tuberibus *Solani tuberosi* aggeratis. — Berk., *Obs. in Pot. Mur.*, *Journ. Soc. Hort. Lond.*, t. 2 et 3. — Payen, *Malad. des Végét.*, t. 2, f. 1-6.

Syn. *B. fallax* Desm., *Crypt. de France*, 1re édit., n° 1492. — *B. Solani* Hartig, Tulasne. — *Peronospora trifurcata* Unger, *Bot. Zeitg.*, 1847, p. 314. — *P. infestans* Casp., mss., 1852, *in* Klotzsch, *Hb. Myc.*, 1854, n° 1879. — *P. devastatrix* Casp., *Uber zwei — und dreierley Frucht. einig. Schimmelpilze, in Monatsber. der Kœnigl. Akad. der Wissensch. Berl. für* 1855. — *Botrytis devastatrix* Lib., *in Oryme des Flandres, Diario politico*, ad quod aditus omni botanico fortuitus, hinc minime obligatorius.

(1) Septa viderunt Berkeley, Payen, Tulasne, omnes præter cl. Caspary, qui negat ea adesse.

Obs. Rev. M. J. Berkeley, historiam hujus fungilli tractans (*Journ. of the Lond. Horticult. Society*, vol., I, p. I, p. 24) sic loquitur : « But » even supposing such to be the case, it can scarcely be deemed a » publication within the meaning of the botanicals canons wich de- » mand some medium of publication generally accessible, wich a poli- » tical journal not likely to be preserved in public librairies can scar- » cely be accounted. »

Quid igitur olim de nomenclatura botanica futurum est, si cuique rei herbariæ cultori in ephemerides politicas licitum sit inserere novitates, imo si prioritatis jus tali insertioni concedatur? Consideres velim quo duceret hujus doctrinæ sanctio? Nonne jam latius patet campus litteraturæ botanicæ, ut illum extra modum extendere necesse sit?

1119. Dactylium oogenum M., — *in* Rayer, *Arch. Méd. compar.*, 1843, p. 175, t. VII, f. 15-18. — floccis sterilibus decumbentibus ramosis fertilibusque simplicibus plus minus elongatis septatis albis; sporis acrogenis ternis oblongo-subclavatis substipitatis, ter-sexies septatis fuliginosis pellucidis.

Hab. In vitello ovi testa adhuc tecti : Rayer.—Ch. Rob., *l. c.*, p. 543.

Obs. Morphosis curiosissima, cujus expositionem l. c. confer.

1120. Memnonium (Stemonomyces M.) schœnophilum DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 351. — floccis ramosis fuliginosis pellucidis septatis; sporis ovato-oblongis tandem opacis, episporio asperulo, nucleo continuo.

Hab. In funo cannabino dejecto et fere consumpto apud Algor : Durieu.

Tribus III. SEPEDONIACEI.

XLIII. SPHÆROMYCES M.

Hyphasma repens, ramosus, septatus. Flocci erecti, brevissimi, in catenas sporarum ex eodem puncto (centrali) undique irradiantes, tandem globum liberum (mobilem) constituentes, apice divisi. Sporæ continuæ. — M., *Cent.* V., *in Ann. sc. nat.*, et *Fl. Alg.*, I, p. 443. — Fries, l. c., p. 494.

1121. Sphæromyces algeriensis DR. et M., — *Cent.* V, n° 98, et

Fl. Alg., I, c., t. 20, f. 3. — minimus; sporis irregulariter subgloboso-triquetris obscure murinis.

HAB. Ad ligna putrida *Salicis pedunculatæ* circa La Calle, in sylvis paludosis : DURIEU.

XLIV. POLYDESMUS M.

Stroma superficiale, fibrillosum. Flocci fertiles erecti, simplices aut ramosi, septati, pellucidi. Sporidia interstitiis filiformibus concatenata, fusiformia aut claviculata, septato-cellulosa, opaca, ramuloso-prolifera. — M., *Cent.* V, *in Ann. sc. nat.*— FRIES, l. c.

1122. POLYDESMUS ELEGANS DR. et M., — *Cent.* V, n° 97, et *Fl. Alg.*, I, p. 360, t. 20, f. 5. — Characteres iidem ac generis.

HAB. In foliis *Agaves* siccis prope Alger : DURIEU.

XLV. ARTOTROGUS M.

Flocci continui, ramosi, flexuosi, per meatus intercellulares vagantes serpentesque. Sporæ terminales aut (ob prolificationem?) medio filo enatæ, primitus læves, sphæricæ, rufæ, intus farctæ, tandem solutæ, liberæ, echinulatæ. — M., *in litt. ad cl.* BERKELEY. — BERK., *Journ. of the Hortic. Soc.*, I, part. 1, p. 27. — FRIES, *Sum. Veg. Scand.*, p. 497.

1123. ARTOTROGUS HYDNOSPORUS M., — *in* BERK. l. c., t. 4, f. 27-29, et *Gardn. Chron.*, 1845, p. 640. — sporis terminalibus rare mesogenis, echinatis, aculeis confertis simplicibus acutis.

HAB. Inter meatus cellulares tuberculi *Solani tuberosi*, germinatione absoluta : RAYER et IPSE.

OBS. *Asterophoram agaricoidem* ad hocce genus refert ill. FRIESIUS.

ORDO II. CONIOMYCETES.

TRIBUS IV. DEMATIACEI.

1124. CLADOSPORIUM ARUNDINACEUM M., — *Cent.* VI, n° 83. — fibris erumpentibus lineatim seriatis atris, apice fasciculato-ramosis ramisque strictis inæqualiter septatis; sporidiis simplicibus e rotundo ovatis, tandem fuscis.

HAB. Intra vaginam et sub ipso folio *Arundinis mauritanicæ* in Horto massiliensi cultæ : CASTAGNE.

1125. PASSALORA BACILLIGERA M. et FR., — *Notice etc., in Ann.*, 2, VI, p. 31, t. 12, f. 5. — hypophylla; fibris tenellis subramosis flexuosis, apice incrassato obtusis, olivaceis septatis intricatis, maculas minutas fuliginosas efformantibus; sporidiis simplicibus longe stipitatis, stipite articulo discreto, primitus concatenatis.

HAB. Ad folia *Alni glutinosæ* loco Rochecardon dicto, prope Lugdunum : IPSE. — FRIES, *Sum. Veget. Scand.*, p. 500.

OBS. Stirps curiosa et reipsa sui generis.

1126. HELMINTHOSPORIUM SOLANI DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 356. — fibris erectis simplicissimis flexuosis rigidisque apice attenuato-obtusis, irregulariter septatis fuscis; sporidiis obovato-piriformibus bitriseptatis pedicellatis, pedicello continuo hyalino.

HAB. In caulibus siccis *Solani nigri*, circa La Calle : DURIEU.

1127. H. UROPHORUM DR. et M., — l. c., p. 357. — spadiceum; fibris erectis crassis e ligno suberumpentibus, sensim et æqualiter attenuatis acutis brevissimis; sporidiis oblongis triseptatis, pedicello hyalino acuto obliquo auctis.

HAB. In ligno putredine consumpto circa Philippeville : DURIEU.

1128. H. DORYCARPUM M., — *Cuba*, p. 302, et *Cent.* III, n° 6. — fibris simplicibus dense aggregatis fasciculatisque demum intricatis obtusis fuligineo-atris; sporidiis lanceolato-cuspidatis quadriseptatis, cuspide pellucida.

HAB. In foliis dejectis, in Cuba insula : RAMON DE LA SAGRA. — CORDA, *Icon. Fung.*, VI, p. 9, t. II, f. 27.

1129. H. ROUSSELIANUM M., — *Cent.* VI, n° 84. — fibris simplicibus congregatis fuliginoso-atris, basi bulbosis, apice pellucido oblongo incrassatis nodulosisque remote septatis; sporidiis fusiformibus hyalinis 3-5-septatis.

HAB. In ligno Ulmi denudato cum *Sporoschismate mirabili* prope Melodunum : ROUSSEL.

1130. H. CESATII M., — *in litt. ad cl. Baronem* CESATIUM. — fibris aggregatis simplicibus gracilibus erectis acutis, basi subbulbosa fasci-

culatis septatis fuscis; sporidiis copiosis cymbiformibus bi-triseptatis. loculis extremis diaphanis, mediis obscure fuscis.

Hab. Ad basin trunci *Ruborum*, exeunte hyeme, Vercellis : Cesati.

Desc. Effusum, tenue, velutinum, fuscum. Fibræ rigidæ, fragiles, graciles tamen, strictæ aut subulatæ, basi subbulbosa fasciculatæ, fine acutæ, crebre septatæ, 1/5 millim. circiter longæ, quinque millimillim. basi et medio crassæ. Sporidia cymbiformia, 25-35 millimillim. longa, centimillimetrum medio crassa, subventricosa, bi-triseptata, loculis extremis pellucidis, medio aut ambis mediis obscuris fuscis.

Obs. Ob formam singularem sporidiorum, ab omnibus cognitis revera distincta species et, ut par erat, inventori nuncupata.

1131. Macrosporium Boucerosiæ DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 359. — floccis cæspitulosis, simplicibus erectis subrigidis, breviter articulatis atris; sporidiis erectis, ex ovoideo cum pedicello hyalino subseptato gracili piriformibus concoloribus.

Hab. Ad epidermidem lævigatam *Boucerosiæ Munbyanæ*, in jugis montium *des Zibans*, in Algeria : Guyon.

* SPOROSCHISMA Berk. et Broome.

Sporidia in filum primitus transversim septatum coalita, dein soluta dolioliformia, quadrilocularia, fibris seu vaginis continuis simplicibus erectis e cylindraceo clavatis recepta. Color atro-fuscus. Locus in systemate prope *Helminthosporium*, vegetatione cujus totoque habitu gaudet, at inter Dematieos et Mucedines vinculum efformans. Quoad fructificationem vero maxima cum *Scytonemate* Algarum analogia. — M., *Ann. sc. nat.*, 3, XII, p. 299 et 300.—B. et B., *Gardn. Chron.*, 1847, p. 540, ubi modo nuncupatum, sed non definitum; dein *Not. of Brit. Fung.*, *in Ann. and Magaz. of nat. Hist.*, Juny 1850, p. 17. —Fresenius, *Beytr. zur Mycol.*, Heft III, p. 52, t. 6, f. 26-28.

* Sporoschisma mirabile Berk. et Broome, — *locis citatis.* — Characteres iidem ac generis.

Hab. In ligno *Ulmi* denudato prope Melodunum Galliæ : Roussel. — M., l. c., p. 300, ubi descriptio locupletissima.

Syn. *Pithospermum Rousselii* M., *in litteris.*

XLVI. ZYGOSPORIUM M.

Flocci steriles cæspitosi, repentes, continui, fertiles uni-aut sæpius biseptati, fuliginei, apice subincrassato-clavato pellucidi, basin versus hinc unicum ramum uniarticulatum clavæformem subrecurvum emarginatum emittentes. Sporæ ovales, pellucidæ, nucleo vix colorato, cuique emarginaturæ lateri impositæ. — M., *Cuba*, p. 303.

1132. ZYGOSPORIUM OSCHEOIDES M., — l. c., t. XI, f. 2. — Characteres iidem ac generis.

HAB. Ad folia dejecta Palmarum in Cuba insula : RAMON DE LA SAGRA. — CORDA, *Anleit.*, t. II. 78, f. 3-9, et *Icon. Fung.*, VI, p. 9, t. II, f. 28.

1133. MYRIOTRICHUM ÆRUGINOSUM M., — *Ann.*, 2, VI, p. 34. — sphæricum; fibris cæspitosis e centro divergenti-ramosis, fragilibus, pulvere æruginoso conspersis, aliis brevibus fastigiatis, aliis elongatis simplicibus subulatis; sporis conglutinatis subglobosis pellucidis.

HAB. Ad telam cannabinam in cella vinaria diu servatam. Parisiis : IPSE.

XLVII. GLYCYPHILA M.

Fila arachnoidea, hyalina, e centro undique irradiantia, ramosissima, septata, hologonimica, membranula anhista, ut videtur, religata. Rami dichotomi, sensim attenuati, sporas (?) seriatas includentes. Sporæ mox liberatæ, sphæricæ, primitus roseæ, tandem olivaceæ, conglomeratæ, juniores limbo gelatinoso cinctæ. — M., *Compt. rend. de l'Acad. des sc. de l'Institut, séance* du 13 oct. 1851, et *Journ. l'Institut*, 15 oct., même année.

1134. GLYCYPHILA VERSICOLOR M., — *Bull. Soc. nat. et centr. d'Agricult.*, 9 *juin* 1852, p. 462. — Characteres iidem ac generis.

HAB. In metulis *Sacchari* : MIRBEL et PAYEN.

SYN. *G. erythrospora* M., *Compt. rend.*, l. c., et *G. elæospora* M., *Bull. Soc. centr. d'agric.*

Tribus V. SPORIDESMIACEI.

1135. Torula orthoclada M., — *Cent.* III, n° 2, et *Cuba*, p. 296. — sporis transversim oblongis subglobosisve atris opacis, in floccos aggregatos erectos ramosos concatenatis, ramis brevibus 3-4-sporis, flocco primario appressis alternis oppositisque.

Hab. Ad caules herbarum prope Alquizar insulæ Cubæ : Ramon de la Sagra.

†1136. Gyrocerus Celtis M. et Ces., mss. : maculis hypophyllis confluentibus olivaceo-fuscis, stromate carnoso tenuissimo pallescente, floccis erectis, fragillimis, adultis moniliformibus apice spiraliter involutis articulatis, articulis in sporas subglobosas secedentibus.

Hab. In pagina inferiori foliorum *Celtis australis* adhuc viridium. Lugano, octob. 1854 : Cesati.

Syn. *Monilia Celtis* Bivona, *Stirp. rarior. minusque cognitarum in Sicilia sponte provenient.*, p. 18, t. 3, f. 6. — *Gyrocerus versicolor* Cesati, *in sched. et in litt.*

Desc. Maculas efficit hæc species, a longo tempore cognita, nunc in genus Cordæanum reducenda, byssoideas, orbiculares, olivaceo-fuscescentes, tandem nigrescentes confluentesque in pagina inferiori foliorum *Celtis*. Stroma adest tenuissimum, a Bivona prætermissum, e fibrillis exilissimis materiæ grumulosæ intermixtis constans, pallidum. Flocci (fibræ) e mycelio orti, erecti, fusci, 13-15 centimillim. longi, basi moniliformes, $0^{mm},0075$ — apice æquales, $0^{mm},0050$ crassi, breviter articulati. Articuli diametro subæquales, tandem in sporas globosas secedentes.

1137. Conisporium inquinans DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 327. — effusum, aterrimum; acervulis rotundis vel oblongis confluenti-difformibus; sporis ovato-globosis opacis fuscis, e filis immixtis orientibus.

Hab. In culmis *Arundinis mauritanicæ* delapsis, quas pulvere atro inquinat, in Algeriæ pluribus locis : Durieu.

1138. C. lignifragum M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 36. — acervulis magnis crassis pulvinulatis atro-inquinantibus; sporis subsessilibus sphæricis opacis lævibus.

Hab. In ligno denudato. Chile : Cl. Gay.

† 1139. Dicoccum Castagneanum M. mss. : — epiphyllum; acervulis secundum nervum folii medium seriatis, tandem atris globosis; sporis vel oblongis didymis tridymisque, vel orbiculatis polydymis.

Hab. In foliis Ulmeis dejectis, apud Aquas-Sextias, decembri 1854 : Castagne.

Desc. Singulare quod ad modum crescendi attinet. Acervuli non nisi surculum in pagina folii superiori longitudinalem nervo medio respondentem occupantes, hinc seriales, minutis, 4 ad 8 centimillim. diametro metientes, superficiales, globosi, sessiles, simplices aut aggregati, primitus, ex inventoris observatione, virides aut hyalini, tandem rufo-brunnei. Sporæ, mucilagine ut videtur conglutinatæ, aqua admota pressioneque mediocri inter se disjunctæ, quoad formam maxime variabiles, tum *Diplodiæ* cujusdam illas referentes, medio leniter vel in forma 8 constrictæ, tum loculo infero per septum verticale iterum diviso tridymæ, tum denique, pluribus in orbiculum coalitis, polydymæ, priores longitudine sesquicentimillim. — ultimæ, polydymæ scilicet, diametro 2 centimillim. æquantes, omnes (sub microscopio) rufo-brunneæ, pellucidæ.

Obs. *Dicocco effuso* Cord. proximum, nostrum vero acervulis seriatis, haud effusis, sporisque di-polydymis facile ab eo distinguitur.

† 1140. Gymnosporium leucosporum M., — *in litt. ad.* Cast. et *ad* Berkeley. — effusum, niveum, nervis folii decolorati limitatum, hypophyllum; sporis ovoideis hyalinis albis, in acervulos hemisphæricos minutissimos conglomeratis, tandem nudis.

Hab. Ad folia *Juglandis regiæ*, apud Montaud-lez-Miramas : Castagne, n° 2269.

Desc. Plagas efformat hæc species genuina niveas, irregulares, in pagina inferiori foliorum nervisequas confluentesque, quibus in superiori oppositæ sunt maculæ rufescentes glabræ. Sporæ ovoideæ oblongæve, hyalinæ, majori diametro centimillimetrum vix æquantes, in acervulos parvulos, suborbiculares, convexos, parum inter se, si quidem, distantes, diametro 3-5 centimillimetra metientes, albos, tandem pallidos aggregatæ, primitus cuticula tectæ, tandem prorsus nudæ.

XLVIII. THYRSIDIUM M.

Stroma gelatinosum, subcorticale (aut lignifragum), epidermide tectum, dein eadem rupta erumpens, atro-inquinans. Sporophora flocciformia, hyalina, tenuissima, ramosa, continua aut obsolete septata, undique irradiantia. Sporæ simplices, primitus in series cheiromorphas moniliformi-concatenatæ, olivaceo-fuliginosæ, semiopacæ, tandem in capitula terminalia thrysoidea aut sphærica, muco obvoluta, arcte conglomeratæ. — M., *Ann. sc. nat.*, 2, VI, p. 338, et *Fl. Alg.*, I, p. 324. — *Myriocephalum* DNTRS. non BENTH.; nomen a me impositum antiquius. — *Cheirospora* FR., *Syst. Orb. Veget.*, minus aptum forsan. *Hyperomyxa* CORDA hujus loci videtur.

1141. THYRSIDIUM BOTRYOSPORUM M., — l. c., t. 18, f. 5. — acervulis minutis convexis conicisve, epidermide rupta atro-inquinatis; sporis globosis olivaceis fuscescentibus, in capitula thyrsoidea conglomeratis, episporio distincto lævi.

HAB. In ramulis fagineis circa Lemovicem : LAMY.

SYN. *Myriocephalum botryosporum* FRESEN., *Beytr. zur Myc.*, Heft II, p. 40, t. V, f. 1-9. — *M. hederæcolum* DNTRS. videtur distincta species.

1142. DIDYMOSPORIUM GUYONIANUM DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 330. — amphigenum; sporis oblongis triseptatis, tandem cellulosis, sub epidermide foliі in acervulos atros punctiformes demum grumulose erumpentes conglutinatis.

HAB. In foliis *Suedæ maritimæ*, in desertis sabulosis, ad meridiem urbis Biskra late patentibus : GUYON.

1143. SPORIDESMIUM GRANULOSUM DR. et M., — l. c. — acervulis erumpentibus punctiformibus olivaceis; stromate spurio carnoso pallido; sporis ovoideis aut ex oblongo piriformibus, minute cellulosis, pedicello curto hyalino continuo suffultis.

HAB. In ligno *Oleæ* denudato indurato, circa Philippeville Algeriæ : DURIEU.

1144. **Melanconium nephrospermum** M., — *in* Castag. *Suppl.*, p. 84. — acervulis confertis subrotundis punctiformibus atris, epidermide dealbata tectis; sporis oblongo-reniformibus magnis fuscis, primitus stipite longo suffultis.

Hab. In ramulis siccis et dejectis *Jasmini fruticantis*, apud Montaud-lez-Miramas : Castagne, n° 1431.

Tribus VI. HYPODERMII.

1145. Æcidium (1) Œnotheræ M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 37. — hypophyllum; macula nulla; peridiolis confertim sparsis ochraceis orbiculatis minutis cylindricis, ore circulari reflexo denticulato; sporis primo polyedris tandem sphæricis, pro ratione minimis, in sicco hyalinis, nucleo flavescente.

Hab. In foliis *Œnotheræ tenellæ*, loco *La Quinta* dicto reipub. Chilensis : Bertero.

1146. Æ. Solani M., — l. c., p. 38. — hypophyllum, sparsum; macula nulla; peridiolis sparsis aut gregariis, subtus convexis, supra urceolatis, ore subduplicato integris; sporis primo concatenatis polygonis tandem sphæricis flavescentibus.

Hab. In foliis *Solani pinnatifolii* ad Quillota : Bertero.

1147. Æ. Cestri M., — *Prodr. J. Fern.*, n° 57, et l. c., p. 39. — hypophyllum; maculis lutescentibus; peridiolis in acervulos orbiculares circinatim congestis pallide flavis cupulæformibus, ore tenui integris; sporis ovoideis concoloribus.

Hab. In foliis *Cestri Parqui* in consortio *Uromycis Cestri* quem conferre velis.

1148. Æ. Scillinum DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 307. — peridiolis in folio vix decolorato sparsis minutis pallide flavis subcompressis, ore aperto integris; sporis pedicellatis, initio concatenatis, demum solutis sphæricis flavis, episporio crasso lævi.

Hab. In foliis *Scillæ autumnalis*, circa La Calle : Durieu.

1149. Æ. Atropæ M., — *Canar.*, p. 89. — hypo-rarius epiphyllum;

(1) Hoc nomen ab αἰκία, *plaga*, *læsio*, potius quam ab αἰκίδιον, *parva domus*, originem ducere videtur, quamobrem orthographia Persooniana sancte servanda.

maculis obliteratis vel fuscis; peridiolis in acervos minutos orbiculares, sesquilineam latos annulatim congestis, ochraceis albicantibus, cupulam minutam acute marginatam et integram referentibus; sporis pallidis globosis aut gigartinis.

Hab. Ad folia *Atropæ aristatæ*, in Canaria : Webb.

† 1150. Æ. Circeæ Ces. et M. mss. : hypophyllum; peridiolis minutis, in acervulos orbiculares congregatis, pallidis, urceolatis, ore niveo reflexo granulato-crenulato; sporis sphæricis concatenatis flavescentibus, limbo hyalino cinctis, lævibus.

Hab. In pagina prona seu inferiori foliorum *Circeæ intermediæ*, in sylvula *Larizzate* prope Vercellas Pedemontii, maio 1855 : Cesati.

Desc. Macula nulla, nisi folii decoloratio. Acervuli orbiculares, diametro 3 millim. aut parum ultra metientes. Peridiola in utraque pagina foliorum conspicua et primitus grana utrinque convexa, minutissima, flavo-virentia sistentia, mox aperta, urceolata, ore niveo crenulato-granulato, parum supra folium exserto, sed leniter revoluto insignia, evolutione centrifuga gaudentia. Quodque peridiolum maturum, folio immersum, 1/3 millim. longitudine metitur, latitudine parum minori. Structura : e cellulis constat peridiolum subhexagonis longitrorsum seriatis, hyalinis, diametro hicentimillimetrum æquantibus. Sporæ flavæ, ut in priori concatenatæ, sphæricæ, læves, $0^{mm},0150$ ad $0^{mm},0175$ diametro metientes, limbo hyalino lato cinctæ, nucleo flavo.

† 1151. Æ. ebenaceum M. mss., — hypophyllum; macula fuliginosa; peridiolis gregariis tandem dimidiatis cupularibus, pallide helvolis (saltem in sicco), clinodio cellulari fultis, ore erecto integerrimo; sporis 8-12 concatenatis e fundo paralleliter erectis, mox solutis crassis aurantiacis, intus granulosis.

Hab. In foliis *Ebenaceæ* cujusdam, ad Rio-Negro Americæ meridionalis : Rich. Spruce, *Coll. Amaz.*, n° 1938.

Desc. Macula fuligineo-nigrescens in pagina folii inferiori adest. Peridiola gregaria, minuta, semimillimetrum diametro æquantia, convexa, tandem aperta, cupulæformia, ad dimidium folii immersa, in statu sicco helvola, ore erecto integerrima et clinodio cellulari 10-12 centimillim. alto insidientia. Sporæ sphæricæ, 8 ad 12 in fila e fundo

peridioli paralleliter erecta concatenatæ, aurantiacæ, intus granulosæ, 3 centimillim. circiter crassæ, mox solutæ.

Obs. In pagina ejusdem folii opposita, deprehenduntur puncta atra, convexa, opaca, 2/3 millim. diametro metientia, quæ, *Ecidio* nostro prorsus aliena ad genus *Melasmiam* potius pertinere videntur.

1152. Puccinia plagiopus M., — *Cuba*, p. 294, t. 11, f. 1, — maculis nullis; cæspitulis hypophyllis minutis fuscis, ex ambitu soluto pili squamæformis, in processus vero subulatos erecto-incurvos mutati, exeuntibus; sporidiis (sporangiis Aliquor.) oblongis æqualibus medio subconstrictis tandem fuscis, episporio crasso verrucoso, stipite hyalino excentrico fultis.

Hab. In foliis coriaceis mihi ignotis prope S. Marcos insulæ Cubæ : Ramon de la Sagra.

1153. P. Atropæ M., — *Canar.*, p. 88. — acervulis subrotundis ovatis oblongisve confluentibus fusco-nigris, demum erumpentibus epidermide cinctis; sporidiis oblongis crassis crasseque marginatis (episporio crasso) medio subconstricto septatis, stipite brevissimo fultis.

Hab. Sub epidermide ramorum *Atropæ aristatæ*, in Canaria : Despréaux.

1154. P. Pseudo-Sphæria M., — l. c., p. 89. — granulosa; acervulis minutis hemisphæricis confertis raro confluentibus rufo-fuscis, demum, epidermide rupta, apice nudatis; sporidiis brunneis oblongo-piriformibus medio septatis subconstrictis, loculis inæqualibus, supremo majore, pedicello filiformi suffultis.

Hab. Ad folia *Sonchi radicati*, in Canariis : Webb.

1155. P. Dichondræ M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 44. — hypophylla; pustulis confertis punctiformibus hemisphæricis, epidermide primo tectis, dein eadem rupta cinctis, brunneis, totum folium occupantibus; sporidiis oblongis apiculatis fuscis breviter pedicellatis, medio constricto septatis.

Hab. In foliis *Dichondræ sericeæ*. Chile : Cl. Gay.

1156. P. perforans M., — l. c., p. 45. — hypophylla, sparsa; acervulis erumpentibus sparsis planiusculis, ambitu epidermide velatis quasi seriatis, subtus circumscissis tandemque deciduis, folium per-

foratum relinquentibus ; sporidiis erectis oblongo-obovatis truncatis, breviter pedicellatis.

Hab. Cum priori in foliis *Luzuriagæ radicantis* : Cl. Gay.

1157. P. Sisyrinchii M., — l. c., p. 44. — amphigena; acervulis minutis rotundis convexis sparsis aut gregariis spadiceis, epidermide breviter cinctis; sporidiis polymorphis, episporio stratoso crasso, pedicello hyalino mediocri.

Hab. In foliis *Sisyrinchii* cujusdam haud mihi noti in Chile : Bertero, n° 579.

1158. P. Berberidis M., — l. c., p. 46. — hypophylla; acervulis minutis rufis, in folio decolorato solitariis et pseudo-peridiis *Æcidii* circumdatis, subtus planis ; sporidiis fasciculatis anguste oblongis obtusis, medio vix constrictis, longe pedicellatis, pedicello crasso achromatico.

Hab. Ad folia *Berberidis glaucæ*, in consortio *Æcidii Berberidis*, in Chile : Cl. Gay.

1159. P. Malvacearum M., — l. c., p. 43. — hypophylla, confertim sparsa; acervulis hemisphæricis, primo epidermide persistente centro velatis, ambitu nudis rufis, subtus umbilicatis ; sporidiis dense congestis ovoideo-oblongis fuscis lævibus, medio subconstrictis, obtuse acuminatis, longissime pedicellatis, pedicello hyalino.

Hab. In foliis *Althææ officinalis*. Chile : Bertero. — Corda, *Icones Fungorum*, VI, p. 4, t. I, f. 12.

1160. P. Triptilii M., — *in* Corda, *Icones Fungorum*, VI, p. 3, n° 4, t. I, f. 10. — hypophylla, subgregaria ; acervulis hemisphæricis fuscis ; sporidiis septatis bicellulosis, medio (ad septum) constrictis, fuscis, nucleis cavis subplicatis, pedicellis longissimis tenuibus albis.

Hab. In foliis *Triptilii cordifolii* in Chile : Bertero.

Obs. Hæc species distinctissima omissa fuerat in Flora Chilensi.

1161. Uromyces Cestri M., — *Fl. Chil.*, l. c., p. 49. — epiphyllus ; macula nulla ; acervulis orbicularibus concentrice centrifugis atro-fuscis, epidermide bullata primo reticulata tectis, demum eadem rupta cinctis, maculam sordide flavam (pseudo-stroma) relinquentibus ; sporis fusco-brunneis ovoideis, pedicello hyalino crasso persistente

fultis, episporio crasso interdum obtuse apiculato (transitus ad Puccinias).

Hab. In foliis *Cestri Parqui*, in insula Juan Fernandez : Bertero.

Syn. *Uredo Cestri* M., *Prodr. J. Fern.*, n° 58.

Obs. Hæc species eadem folia invadit cum *Æcidio Cestri*, sed adversæ paginæ locos ex diametro oppositos, quæ dispositio notabilis hypothesim cl. Unger entophytos ut cellularum folii morbos considerantis infirmare aliquantum videtur.

1162. U. Sisyrinchii M., — l. c., p. 49. — amphigena; maculis flavescentibus aut nullis; acervulis oblongis pallidis epidermide longitrorsum rupta semitectis; sporis brevissime pedicellatis sphæricis in sicco stramineis, tandem liberis subapodis, episporio crasso hyalino subrugulose.

Hab. In foliis *Sisyrinchii*, in pascuis sylvarum reip. Chilensis : Cl. Gay.

1163. Uredo Hydrocotyles M., — *Prodr. J. Fern.*, n° 59, et *Fl. Chil.*, VIII, p. 50. — epi-rarius hypophylla; acervulis subrotundis sparsis confluentibusque fusco-brunneis, epidermide rupta cinctis; sporis globosis minutis, tandem brunneis, asperis.

Hab. In foliis *Hydrocotyles*, in Chile : Bertero; ad Fontem-Bellaqueum Galliæ : Roussel et Ipse.

1164. U. Frankeniæ M., — *Canar.*, p. 90. — hypophylla; acervulis, hemisphæricis epidermide sero disrumpente tectis; sporis fusco-brunneis globosis lævibus.

Hab. In foliis *Frankeniæ pulverulentæ*, in Canaria : Despréaux.

1165. U. Kleiniæ M., — l. c., — hypo-rarius epiphylla; maculis nullis; acervulis sparsis confertisque, primo subrotundis dein confluentia maximis, linearibus flexuosis aurantiacis, epidermide rupta tandem involuta cinctis; sporis subglobosis aurantiacis.

Hab. In utraque pagina foliorum *Caeliæ Kleiniæ*. Teneriffa : Webb et Berthelot.

1166. U. Pruni M., — l. c., — hypophylla; maculis supra fuscis; acervulis subrotundis minutis (in sicco) pallidis, distinctis interdum con-

fluentibus, epidermide cinctis; sporis ovato-oblongis cymbiformibus.

Hab. In foliis *Pruni domesticæ*, ad Chasnam, in Canariis : Webb.

Obs. Cave ne nostram speciem confundas cum planta homonyma a cl. Castagne in *Catal. Plant. de Marseille*, p. 212, descripta, quæ revera, etsi et ea in foliis Prunorum adnascens, diversissima. Species Castagneana arboribus nucleiferis (arbres fruitiers à noyau) inprimis Prunis exitiosissima, nunc sub nomine U. Castagnei M., in *Ejusd. oper. Supplem.*, p. 88, apparuit. Differentiæ essentiales inter utramque positæ sunt in maculis folii helvolis, haud brunneis, et in sporis dissimilibus, alteris muticis, alteris pedicelli rudimento appendiculatis, pyriformibus haud cymbiformibus. Uredinea gallica autem insuper maxime est perniciosa et obstat ne fructus augescant maturescantque. Operæ prætium est relationem consulere quam super hac peste foci ad Societ. Imper. et centr. Agriculturæ, 1 Kal. februarii 1854. Cfr. igitur *Bullet. des séances* hujus Societatis, 2e *sér.*, *tom. IX*, p. 180.

1167. U. Microcelis M., — l. c., p. 91. — bifrons; maculis orbicularibus diametro sesquilineam æquantibus brunneis; acervulis punctiformibus amphigenis, epidermide primo tectis, tandem apice rupto luteo-croceis; sporis conformibus subglobosis.

Hab. In foliis *Statices macrophyllæ*, in Canaria : Webb.

1168. U. planiuscula M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 51. — amphigena; macula nulla; acervulis sparsis minutis, epidermide primo tectis, tandem denudatis planiusculis pallidis; sporis globosis ochraceis, episporio crasso lævi.

Hab. In foliis *Rumicis* indeterminati, in Chile : Cl. Gay.

1169. U. cancellata DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 314. — maculis rufescentibus; acervulis culmo circumfusis ejusque fibras exteriores solventibus; sporis e luteo fuscescentibus ellipsoideo-globosis obovatisque, initio pedicellatis, pedicello hyalino, episporio aculeolato.

Hab. In culmis *Junci multiflori*, circa La Calle Algeriæ : Durieu.

Obs. An potius *Uromyces?*

1170. U. Bellidis DR. et M., — l. c., p. 315. — amphigena; macula nulla; acervulis minutis punctiformibus tandem epidermide rupta cinctis fuscis; sporis sessilibus globosis fuscis opacis, episporio minute papilloso.

Hab. In foliis *Bellidis sylvestris*, circa Mascara : Durieu.

1171. THECAPHORA DEFORMANS DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 302, t. 25, f. 4. — acervis legumina regulariter deformata infarcientibus, non sponte erumpentibus; sporis late cuneatis vel compressis et varie angulosis, rufo-violaceis, pluribus in glebulas crassas subglobosas inæqualiter echinulatas arcte consociatis ægreque disjungendis.

HAB. In leguminibus *Medicaginis tribuloidis*, prope Mascara Algeriæ : DURIEU. — TULASN., *Ustil.*, p. 110, t. 4, f. 23.

* POLYCYSTIS VESICARIA KAULF. — MONTG., *Compt. rend. Soc. Biologie, août* 1849, p. 129, ubi morphosis explicata invenitur.

CLASSIS III. AEROPHYCEÆ.

FAMILIA IX. LICHENES.

ORDO I. GYMNOCARPI.

TRIBUS I. PARMELIACEÆ.

1172. USNEA CONCRETA M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 65. — thallo prostrato crasso basi contorto irregulariter ramoso fulvo, sorediis minutis albo-punctato, ramis divaricatis concretis, ultimis capillaceo-attenuatis virgato-fibrillosis flaccidis intricatis; apotheciis subterminalibus, ramulo appendiculatis ciliatis, appendiculo ciliisque virgato-fibrillosis, disco concolori; sporis amygdalinis.

HAB. In ramis *Cactorum*. Coquimbo in Chile : GAUDICHAUD.

* U. CERUCHIS M. — Cfr. DESMAZIERIA.

† 1173. U. VRIESIANA M. et V. D. B., — *Plant. Jungh.*, mss. — ochroleuca, gracilis, pendula, teres, lævis, glaberrima efibrillosaque, virgato-dichotoma, ramosissima, ramis intertextis divaricato-flexuosis capillari-attenuatis; apotheciis lateralibus terminalibusque parvulis planis, ambitu parce ciliatis, disco immarginato pallide pruinoso; ascis breviter clavatis, 6 centimillim. longis octosporis, sporis ovoideo-oblongis continuis, centimillim. longis, limpidis.

HAB. A ramulis arborum longe dependit. Java : JUNGHUHN.

XLIX. DESMAZIERIA M.

Apothecia crassa, subpedicellata, lateralia aut terminalia, subtus appendiculata, primo scutelliformia, mox applanata imo revoluta, thallo æqualiter tenuiterque marginata, nonnunquam valide radiato-ciliata. Discus pallidus, glauco-pruinosus, strato gonimo impositus. Asci clavati, sporas oblongas binucleolatas seu transversim medio uniseptatas foventes. Thallus fruticulosus, erectus, ramosus, cylindraceus, aut compressus, tandem lacunosus, nigro-punctatus, intus stupeus, et tractione longitudinali axim filamentosum exserens, rimose rumpens et ex rimis niveo-floccosus. — M., *in litt. ad* rever. Churchill Babington, et *Fl. Chil.*, VIII, p. 68.

* Desmazieria homalea M. mss. : — *Hb. Mus. Paris.* — thallo fruticuloso cæspitoso, erecto, tereti-compresso, lævi, lacunoso-cinereo aut fuscescenti, hinc inde nigro-punctato vel nigro-sphacelato, intus stupeo niveo a basi ramoso, ramis subventricosis attenuatis; apotheciis sparsis subterminalibus, ramo appendiculatis, paucis margine radiato-spinosis, disco marginato carneo glauco-pruinoso demum plano.

Hab. Ad frutices in Peruvia et Chile : Gaudichaud.

Syn. *Ramalina homalea* Ach., *Lich. univ.*, p. 598, et *Syn. Lich.*, p. 294. — *R. Roccellæformis* Bory, *Voy. Coquille, Crypt.*, p. 240. — *R. ceruchis* DNtrs., *Fram. Lichenol.*, p. 45. — *R. scopulorum* var. *australis* Hampe, *ex specimine*. — *Usnea homalea* Fries, *Syst. Orb. Veget.*, p. 234. — *U. ceruchis* Montg., *Ann. sc. nat., décemb.* 1834, t. 16, f. 1. — *Evernia Rocellæformis* Montag., *Bonite, Crypt.*, p. 159.

1174. Evernia magellanica M., — *Cent.* VI, n° 73, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 75, t. 11, f. 1. — thallo tereti lacunoso-rugoso ochroleuco filamentoso sarmentoso pendulo flaccido ramosissimo, ramulis capillaceo-attenuatis divaricatis implexis; apotheciis minutis sessilibus tandem planis, margine thallode tenui cinctis, disco castaneo nudo; ascis brevibus obovatis, sporas octonas biseriatas foventibus.

Hab. Ad ramos arborum in freto Magellanico : d'Urville.

1175. E. scorigena M., — *Canar.*, p. 97, t. 6, f. 2. — thallo cæspitoso pulvinato cartilagineo cinereo-rubiginoso pubescente laciniato,

laciniis corniculato-ramosis simulque concretis compressis subtus concoloribus, apice obtuso crenulatis; apotheciis subpedicellatis confertis scutellatis; disco plano croceo-aurantiaco, marginem thallodem demum coloratum excludente; ascis oblongis sporas 8 oblongas nucleolum hyalinum in utroque fine amandatum foventibus.

Hab. Super scorias vulcanias. Punta de Melenara, in Canaria : Webb.

1176. E. canariensis M.,—*Canar.*, p. 95, t. 6, fig. 1, ubi descriptio completa et icon analytica. — thallo compresso anguloso aurantiaco, nigro-punctato, intus stupeo albo, dichotomo-vel-trichotomo-ramosissimo, axillis dilatato-compressis rotundatis, ramis ultimis teretibus capillaceis flexuosis fastigiatis; apotheciis (hactenus ignotis) in trunco primario sessilibus crassis, margine tandem flexuoso irregulari, disco fusco-badio; ascis obovato-oblongis sporas senas octonasve oblongas continuas includentibus. Nobis.

Hab. In rupibus altis siccis montis *Saucillo* in Canaria : Webb et Berthelot.

Syn. *Alectoria canariensis* Ach., *Lichen. univ.*, p. 597, et *Syn. Lich.*, p. 293. — *Parmelia* Spreng., *Syst. Veget.*, IV, p. 278.

1177. Ramalina Webbii M., — *Canar.*, p. 100, t. 6, f. 4. — thallo cæspititio lineari angusto plano-compresso transversim rugoso, vitro fragiliori, pallido glaucescente nigro-punctato, dichotomo-ramoso, ramis strictis attenuatis obtusis acutisve; apotheciis lateralibus raris pedicellatis, disco concavo concolori, margine demum flexuoso incurvo; ascis.....

Hab. In scopulis maritimis Canariæ : Webb.

1178. R. decipiens M., — l. c., t. 6, f. 3. — thallo cæspitoso erecto plano foliaceo latissimo albo-lutescente, longitrorsum ruguloso polito irregulariter diviso, divisionibus omnibus planis iterum multifido-laciniatis apice obtusis; apotheciis marginalibus rarissime lateralibus pedicellatis amplis, disco concavo pallido, margine elevato; ascis amplis clavato-sacciformibus, sporas octo cymbiformes utrinque attenuatas biloculares includentibus.

Hab. Ad rupes insulæ Canariæ : Despréaux.

1179. R. inanis M., — *Cent.* IV, n° 72, et *Bonite*, p. 154, t. 146, f. 1. — thallo cæspititio flaccido ruguloso ochroleuco intus inani, ad

modum *Dufoureæ* aut *Siphulæ* tubuloso ramoso, ramis fastigiatis acutis; apotheciis subpedicellatis, disco concavo pallido pruinoso; ascis clavatis, sporis octo fusiformibus bilocularibus.

Hab. In ramulis dejectis prope Cobijam, in Bolivia : Gaudichaud.

1180. R. pumila M., — *Bonite*, p. 153. — nana; thallo cæspitoso complanato glabro lacunoso ramosissimo albo-pallescente, ramis linearibus ramulosis attenuatis; apotheciis subterminalibus sessilibus subtus appendiculatis planis nudis margineque lævi concoloribus; ascis sporisque suæ gentis.

Hab. Ad ramulos dejectos circa Canton et Macao : Gaudichaud.

* R. usneoides M., — *Fl. Alg.*, p. 223, t. 17, f. 1.

Syn. *Alectoria usneoides* Ach., *Lich. univ.*, p. 594, et *Syn. Lich.*, p. 292.

* R. pusilla Fries. — M., l. c., p. 221, t. 17, f. 4.

† 1181. R. scopulorum Ach. var. erythrocarpa M. mss. : pusilla; thallo cæspitoso tereti ramoso, ramis intricatis patenti-recurvis, ramulis subulatis apotheciisque planis terminalibus croceis.

Hab. Ad rupes insulæ Sancti-Vincentii, octob. 1852 : Bolle.

Desc. Thallus teres, lævis, uncialis, basi pennam passerinam crassus, sensim attenuatus, dichotome vel irregulariter ramosus. Rami intricati, recurvi, ramulis brevibus spinulosis apice rubellis instructi. Apothecia ramulos terminantia, subplana, crocea, vix marginata, interdum capitiformia. Lamina proligera tenuis, e paraphysibus et ascis adhuc sterilibus constans, strato granuloso croceo incumbens. An species propria?

L. THYSANOTHECIUM M. et B.

Thallus cartilagineus, forma duplex : 1° verrucæ sparsæ; 2° podetia erecta, tereti-compressa, sulcato-rugosa, intus filamentosa, apice demum dilatato-scyphuliformia, tandem uno latere in apothecia foliacea digitatim divisa producta. Apothecia membranaceo-cartilaginea, flabellata, undulata, divisionibus rotundatis, et lamina proligera livida ex ascis sterilibus com-

posita obducta. Genus valde singulare, eximium, cujus vero sporæ inquirendæ. — *Lond. Journ. of Bot.*, 1846, p. 257, t. X.

1182. T. Hookeri M. et B., — l. c. — Habitus *Cantharelli undulati*.

Hab. Ad terram et ligna, prope flumen Cygnorum, in terra Van-Diemen : Drummond.

1183. Roccella Gayana M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 88, t. 11, f. 4. — thallo cæspitoso setiformi incurvato tenuissimo lævi subsimplici, primitus albido tandem cinerascente; apotheciis innato-sessilibus tenuissime marginatis, disco plano cæsio-pruinoso demum atro albo-limbato; sporis fusiformi-acicularibus elimbatis triseptatis.

Hab. Ad rupes in republica Chilensi : Cl. Gay.

1184. R. pygmæa DR. et M., — *Fl. Alg.*, p. 226, t. 17, f. 2. — thallo cæspitoso subcompresso cinereo dichotome diviso, ramis ultimis teretibus furcatis vel planis emarginato-bifidis fastigiatisque; apotheciis confertis sessilibus lecidineis immarginatis, e plano convexis nudis atris; ascis oblongis, sporas octonas oblongo-fusiformes includentibus.

Hab. Ad truncos *Olearum* et ad ramulos *Micromeriæ inodoræ*, in Algeria; Philippeville, Oran : Durieu.

Obs. Species, quidquid contra dixerunt, legitima et eximia.

* R. Montagnei Bél., *Voy. Ind. Orient.*, p. 117, t. 13, f. 4. — Cfr. *Diagn.*, *in* Bonite, p. 152, et characteres acutiores et observationes in *Fl. Chil.*, VIII, p. 90.

1185. R. intricata M., — *Fl. Chil.*, l. c., p. 86, t. 11, f. 5. — thallo prostrato, tandem pendulo ramosissimo intricato flaccido, basi compresso, ramis teretibus, apice fasciculato-congestis albescentibus; apotheciis sublateralibus subsessilibus plano-convexis albo-velatis; ascis clavatis, sporas 8 fusiformes rufo-fuscas triseptatas includentibus.

Hab. Ad truncos et ramos in provinciis meridionalibus Chiles : Cl. Gay.

1186. R. Babingtonii M., — l. c., p. 89. — thallo coriaceo-membranaceo plano lineari angustissimo pallide stramineo laxe dichotomo, apicibus attenuatis; apotheciis sessilibus planis, thallo marginatis, disco ferrugineo (!) albo-pruinato; sporis fusiformibus.

Hab. In America æquinoxali : Hb. Church. Babington. — Cfr. *Diagn. phycol.*, p. 4, post *Roccellam Gayanam.*

† 1187. Cetraria Billardieri M. mss. : thallo membranaceo foliaceo pallido nigro-punctato, subtus atro, ambitu lobato, lobis fertilibus cylindricis, apothecia orbiculata concava fulcientibus, disco badio-rufo; ascis breviter clavatis, sporas 8 sphæricas simplices hyalinas inordinate includentibus.

Hab. Ad truncos in Australia : La Billardière.

Obs. Apotheciorum evolutio huic *Ramalinæ pusillæ* Fries simillima et eodem modo pedicellata.

† 1188. C. rhytidocarpa M. et V. d. B., — *Plant. Jungh.*, mss. — thallo cartilagineo coriaceo supra glauco lævi, subtus badio-nigro reticulato-rugoso, ambitu rotundato-lobato, lobis margine denticulato-spinosis; apotheciis marginalibus ex urceolato explanatis rufo-fuscis, tandem amplis laceratisque, subtus alte rugosis; hypothecio celluloso, cellulis hyalinis cymbiformibus; ascis clavatis sporas 8 oblongas minutissimas, vix $0^{mm},0040$ longitudine superantes, foventibus.

Hab. In truncis. Java : Junghuhn.

† 1189. C. sulphurea M. et V. d. B.,— *Plant. Jungh.*, mss.— thallo amplo membranaceo-foliaceo, margine sinuato lobato, supra lævi sulfureo, subtus niveo ruguloso glabro, lobis crenulatis suberispulis; apotheciis marginalibus minutis subreniformibus tenuiter marginatis, disco badio; ascis obovoideo-clavatis brevibus, sporas 8 oblongas hyalinas simplices foventibus, episporio cum endosporio confuso.

Hab. Java : Junghuhn.

Syn. *Sticta? theiocrepis* A. Braun, *in* Hb. Montagnei.

† 1190. C. Melanothrix M. mss. : thalli subtus primitus aterrimi demum pallidi apotheciorumque marginibus longissime nigro-ciliatis; ascis obovatis amplis, sporas octonas, oblongas, 2 centimillim. longas, pellucidas limbo cinctas inordinatim includentibus paraphysibusque stipatis.

Hab. In Brasilia, circa Rio de Janeiro, ad ramulos : Gaudichaud.

Syn. *Parmelia urceolata* var. *Melanothrix* M., *Ann. sc. nat., décemb.* 1834. — *Cetraria urceolata* var *Melanothrix* M., *Bonite*, p. 150.

1191. Nephroma plumbea M., — *Prodr. J. Fern.*, n° 67, et *Fl. Chil.*, VIII, p. 100. — thallo papyraceo tenuissimo lobato, supra lævi cæruleseenti-plumbeo, subtus pallide fulvo glaberrimo tenuissime ruguloso, lobis fertilibus porrectis brevibus subbifidis; apotheciorum lamina reniformi-oblonga plana ferruginea marginata; ascis clavatis brevibus, sporas subsenas lineari-oblongas rufulas foventibus.

Hab. Ad cortices arborum insulæ J. Fernandez et in Chile : Bertero.

* N. cellulosa Ach. — M., l. c., p. 99, t. 11, fig. 3, icon analytica.

* N. arctica M., *V. P. S.*, p. 192, et *Fl. Chil.*, l. c., p. 98, ubi descriptio.

Syn. *Peltigera australis* M., *Prodr. J. Fern.*, n° 66, vix A. Rich.

* ERIODERMA Fée. emend.

1262. COCCOCARPIA CILIOLATA M., — *Cent.* VI, n° 17. — thallo membranaceo tenui plumbeo, centro squamuloso, squamulis foliolatis, ambitu radiato, laciniis dichotomo-flabellatis imbricatis fibrillosis, margine ciliolatis; apotheciis symphycarpeis immarginatis, rubro-fuscescentibus, junioribus ciliatis; ascis clavatis immaturis.

HAB. In cortice arborum. Taiti : J. LÉPINE.

* C. MOLYBDÆA PERS. — M., *Cuba, Crypt.*, p. 192, sq. Diagnosis, descriptio fusior et observationes locupletissimæ.

SYN. *Lecidea parmelioides* HOOK. l. c.

(1) Cfr. *Parmelia gossypina* var. *biatorina* M., *Guy. in Ann. sc. nat.*, 2, XVI, unde *Lecidea gossypina* ACHARIUS, qui, absque dubio, apothecia thallo marginata non viderat.

Tribus IV. PYXINEÆ.

† 1263. Pyxine coccinea M. et V. d. B., — *Plant. Jungh.*, mss. — thallo cartilagineo orbiculato stellatim laciniato, laciniis linearibus planiusculis inciso-multifidis crenulatis imbricatis, supra glaucescente pallido, subtus nigro fibrilloso, intus sorediisque coccineis; apotheciis in centro sparsis aterrimis, tandem apertis planiusculis, valide marginatis; ascis clavatis, sporas 8 cymbiformes subtriseptatas binucleolatas foventibus.

Hab. Ad cortices arborum. Java : Zollinger, Junghuhn.

Syn. *Parmelia coccinea* Schær., *in* Moritz., *Syst. Verzeichn.*, p. 128.

† P. sorediata Fries. — M., *Cuba*, p. 188, t. 7, f. 4; diagnosis, descriptio, icon analytica et observationes locupletissimæ.

Var. endochrysa M. et V. d. B., — *Plant. Jungh.* mss.— thalli strato medullari fulvescente (chamois).

Hab. In corticibus. Java : Junghuhn.

Tribus V. GRAPHIDEÆ.

1264. Graphis Leprevostii M., — *Cuba*, p. 176, t. 10, f. 1. — crusta hypophlœode mazoidea, demum pulverulenta suborbiculari albida; apotheciis sessili-appressis simplicibus, raro confluentia trifurcis, brevibus aut elongatis flexuosis crassis apice obtusis, thallo plane vestitis; ascis clavatis, sporas 6-9 maximas serie duplici foventibus; sporis oblongis multicellulosis.

Hab. Ad cortices arborum, prope S. Marcos Cubæ : Auber.

Syn *Helminthocarpon Leprevostii* Fée, *Suppl.*, p. 156, t. xxxv, f. 11.

1265. G. chrysenteron M., — *Guy.*, n° 131, et *Cent.*, III, n° 77.— thallo (crusta) hypophlœode membranaceo, e luteo virescente lævusculo limitato; apotheciis erumpentibus subsimplicibus flexuosis confluenti-ramosis pallide rubiginosis, disci depressi canaliculati marginibus crassiusculis, a margine thallode duplici cinctis; excipulo basi deficiente sursum conniventi-inflexo, stromati rubiginoso aureo immerso; nucleo niveo obcordato; ascis clavatis, sporas naviculares, duodecies annulatas, annulis 3-4 cellulosis, foventibus.

Hab. Ad cortices. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 23.

1266. G. RUFULA M., — *Guy.*, n° 132. — thallo (crusta) sordide olivaceo membranaceo lævi limitato; apotheciis sparsis erumpentibus simplicibus rectis aut curvulis latescentibus, disci canaliculati marginibus crassis rufis, madore vaccinis, a margine thallode simplici subopertis; excipulo rufo (haud carbonaceo) laterali tectiformi; nucleo niveo; ascis cylindricis, sporas oblongas quadrinucleolatas uniseriales foventibus.

HAB. Ad cortices, in Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* nos 784, 785.

† 1267. G. MONTAGNEI V. D. B., *in litt.* : thallo crustaceo cartilagineo inæquabili, colore vario (glauco, cinerascente, fulvo fuscove), linea fusca ab hypothallo suppeditata limitato; apotheciis magnis oblongo-linearibus, simplicibus, interrupte erumpentibus aut appositione elongatis stellatimque ramosis, utroque fine plerumque obtusis, disco lineari tandem late aperto atro, pulvere rubro consperso; excipulo integro, (in sectione verticali) semilunari, cum margine thallode elevato concreto; nucleo sanguineo; ascis ex oblongo clavatis, sporas primitus octonas, at, pluribus abortientibus, tandem subquaternas maximas hirudiniformes multicellulosas, 25-30-annulatas (annulis quadrate cellulosis), $0^{mm},18$ ad $0^{mm},20$ longas, $0^{mm},04$ crassas foventibus.

HAB. Ad cortices variarum arborum. Java : JUNGHUHN.

SYN. *Graphis sanguinaria* M., *in litt. ad cl.* VAN DEN BOSCH.

OBS. Species splendidissima, cum nulla confundenda.

† 1268. G. PYRRHOCHEILA M. et V. D. B., — l. c. mss. — crusta membranacea sordide olivaceo-fuscescente lævi nitida; apotheciis erumpentibus simplicibus longissimis flexuosis; excipuli obcordati labiis crassis conniventibus rufis, thallo elevato eadem æquante marginatis, fine acutis; nucleo in sectione verticali ex ovato subrotundo concolori; ascis amplis sacciformibus, deorsum in pedicellum attenuatis, inter paraphyses intricatas nidulantibus, sporas 3-6 ovoideas magnas multicellulosas foventibus.

HAB. Ad corticem arborum. Java : JUNGHUHN.

† 1269. G. HOLOLEUCA M., — *Hb. Mus. Paris.* et *Plant. Jungh.*, mss. — crusta cartilaginea colliculosa verrucosave glauca intus alba; apotheciis simplicibus ramulosisque latis obtusis thallo vestitis marginatisque

concoloribus, disco late aperto albo-velato; ascis obovatis saccatisque amplis, sporas 8 lineari-oblongas multicellulosas foventibus.

Hab. Ad cortices arborum. Chile : Cl. Gay ; Java : Junghuhn.

Obs. In Flora chilensi ob specimina imperfecta neglecta.

† 1270. G. pudica M. et V. d. B., — *Plant. Jungh.*, mss. — crusta membranacea olivacea nitida fusco-limitata ; apotheciis brevibus simplicibus aut appositione ramulosis triquetris ; excipuli atri lateralis labiis conniventi-approximatis, thallo elevato tectis, disco angustissimo rimæformi nigro ; nucleo albo ; ascis mature deliquescentibus, sporas oblongo-fusiformes utroque fine obtusas multicellulosas foventibus.

Hab. Ad cortices arborum. Java : Junghuhn.

† 1271. G. aphanes M. et V. d. B., — l. c. mss. — crusta membranacea tenui lævigata albo-pallescente illimitata ; apotheciis simplicibus vel appositione bifurcis trifurcisve flexuosis ; excipulo laterali rudimentario vix conspicuo sursum connivente, disco rimæformi nigro ; nucleo cylindraceo albo ; ascis clavatis amplis, sporas 8 fusiformes, nucleis lenticularibus 16-20 uniserialibus farctas foventibus.

Hab. Ad cortices arborum. Java : Junghuhn.

Obs. Habitus *Fissurinæ*.

† 1272. G. epixantha M. et V. d. B., — l. c. mss. — thallo crustaceo membranaceo tenuissimo rufo olivascente, lineola fusca flexuosissima limitato ; apotheciis erumpentibus ferrugineis simplicibus aut appositione furcatis, utroque fine acutissimis ; excipulo rufidulo, madido intense rubiginoso integro, marginibus conniventibus thallo marginante duplicatis ; nucleo pallido ; ascis breviter clavatis, sporas subquaternas, tandem maximas ellipticas, deorsum attenuatas et ibidem cellula hyalina appendiculatas, multicellulosas foventibus.

Hab. Ad corticem arborum. Java : Junghuhn.

† 1273. G. Junghuhnii M. et V. d. B., — l. c. mss. — crusta cartilaginea albo-glaucescente, hypothallo atro-fusco limitata ; apotheciis subsimplicibus latiusculis, utroque fine obtusis crasseque marginatis ; excipulo atro tenuissimo sublaterali erecto, thallo vestito, disco pallido

late aperto; nucleo albo compresso; ascis clavatis monosporis, spora elliptico-oblonga multicellulosa.

Hab. Ad corticem arborum. Java : Junghuhn.

G. Poitæi Fée.—M., *Ann. sc. nat.*, 2, XVIII, p. 268, ubi diagnosis nova et descriptio fusior inveniuntur.

G. virginea Eschw., sub *Leiogrammate.*—M., *Cuba, Crypt.*, p. 175; descriptio et observationes nonnullæ ad speciem discriminandam inservientes.

† 1274. Opegrapha crenulata M. et V. d. B., — *Plant. Jungh.* mss. — crusta membranacea lævigata fuscescente nitidiuscula effusa; apotheciis erumpentibus amplis, crusta initio vestitis, simplicibus aut divergenti-ramosis; excipuli atri inferne crassi semilunaris marginibus elevatis, thallo rupto *crenulatis*, discum nudum concavum conniventi-tegentibus; ascis longe clavatis, sporas suboctonas oblongas succineas, nucleolis lenticularibus 16 farctas, foventibus.

Hab. In cortice arborum. Java : Junghuhn.

Obs. An species *Graphidis?*

† 1275. O. crassilabra M. et V. d. B., — l. c., mss. — crusta membranacea inæquabili fulvo-fuscescente, linea fusca flexuosa limitata; apotheciis erumpentibus orbiculato-oblongis ramosisque elevatis amplis; excipuli integri nigri marginibus erectis discretis, thallo marginatis, disco late concavo albo-velato; ascis cito diffluentibus, sporas maximas oblongas rectas aut curviusculas multicellulosas includentibus.

Hab. Ad corticem arborum. Java : Junghuhn.

1276. O. Leprieurii M., — *Cent.* I, n° 28, et *Guy.*, n° 151.—thallo hypophlœode cartilagineo lurido olivaceo nitido; apotheciis (lirellis) emergentibus angustis flexuosis simplicibus et subsimpliciter ramosis confertissimis, pulvere atro-purpureo conspersis, in maculas irregulares seriatas coadunatis, disco rimæformi, margine proprio subcylindrico tenuissime striatulo, thallode nullo; nucleo cordato; ascis lineari-clavulatis, sporas subsenas anguste oblongas sexnucleolatas, nucleolis uniserialibus lenticularibus, primo hyalinas mox chlorinas includentibus.

Hab. In cortice arborum. Cayenna : Leprieur.

1277. O. RIMULOSA M., — *Cent.* II, n° 78, et *Guy.*, n° 141.—thallo crustaceo membranaceo tenui albo-cinerascente sublimitato; apotheciis emergentibus atris subsimplicibus rectiusculis flexuosisque; excipuli integri marginibus mediocribus tenuissime longitrorsum rimulosis, thallode subnullo; disco rimæformi; nucleo cordato albo; ascis clavatis, sporas 8 elongato-subcylindricas obtusas hyalinas, nucleolis 8-10 seriatis farctas foventibus.

HAB. Ad cortices in Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n^os^ 115, 200.

O. STREBLOCARPA BÉL., — l. c., p. 134. — crusta cartilagineo-membranacea crassiuscula effusa inæquabili subverrucosa lutescenti-fulva, ab hypothallo atro limitata; apotheciis elongatis flexuosis ramosisque atris, inferne subobliteratis, superne conniventi-clausis, a thallo prominulo subtectis, disco rimæformi, nucleo albo; ascis longe clavatis inter paraphyses hyalinas tenuissimas erecto-flexuosas nidulantibus et sporam singulam (raro binas) magnam multicellulosam, altero fine obtusam, altero acuminatam includentibus. NOBIS.

HAB. Ad cortices, in sylvis bengalensibus : BÉLANGER; in Java : JUNGHUHN.

OBS. Ex emendatione C. M., *in Plantis Junghuhnianis.*

† 1278. O. PROSILIENS M. et V. D. B., — *Plant. Jungh.* mss. — crusta laminosa fulva effusa; apotheciis simplicibus elevatis cylindricis rectis aut curvulis nudis atris, intus sordidis; excipuli integri marginibus propriis conniventi-clausis nitidis, thallode nullo; ascis deliquescentibus, sporas magnas oblongas 1/10 millim. longas ellipticas multicellulosas foventibus.

HAB. Ad cortices arborum. Java : JUNGHUHN.

OBS. An *O. cylindrica* RADDI vel *O. sclerocarpa* MEY. et FW., quarum fructus non descripti adhuc inquirendi sunt?

O. SCALPTURATA ACH., sub *Graphide*,—M., *Ann. sc. nat.*, 2, XVIII, p. 274, cum descriptione.

† 1279. O. MARGINATA M. et V. D. B., — l. c., mss. — crusta submazoidea cartilagineo-membranacea lævigata albo-glaucescente; apotheciis simplicibus flexuosis obtusis atris; excipulo integro, thallo elevato crasse marginato, disco ob labia approximata rimæformi;

ascis clavatis octosporis, sporis fusiformibus obtusis, sporulas 16 globosas uniseriatas, media maxima, foventibus.

Hab. Ad cortices. Java : Junghuhn.

Obs. Quoad rationem thalli, est Pyrenastrum inter Opegraphas.

Syn. *Graphis marginata* Raddi?—Cfr. Eschw., *Fl. Bras.*, I, p. 81.

†1280. O. tectiformis M. et V. d. B., — l. c., mss. — crusta membranacea effusa, tenui lævigata glaucescente, hypothallo fusco limitata; apotheciis gracilibus simplicibus substellatimque ramosis; excipulo laterali atro, crustæ ruptura marginato, disco rimæformi albo-pulverulento; ascis clavatis, sporas 8 oblongas, nucleolis seu sporulis totidem uniseriatis farctas foventibus et inter paraphyses capillares nidulantibus.

Hab. Ad cortices arborum. Java : Junghuhn.

1281. O. depressa M., — *Guy.*, n° 155. — thallo (crusta) membranacea lævi cinereo-olivaceo, linea obscura ambitu limitato; apotheciis oblongo-linearibus atris complanatis appositione bifurcis ramosisque, in medio rima clausa longitrorsum fissis; excipulo laterali; nucleo pallido; ascis evanidis? sporis paucis oblongis multicellulosis.

Hab. In cortice arborum lævigato. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 786.

1282. O. herbarum M., — *Notice etc.*, *in Arch. Bot.*, II, p. 302. n° 35, t. 15, f. 1. — crusta hypophlœode membranacea lævigata chlorina effusa, tandem pallescente; apotheciis erumpenti-innatis confertis flexuosis rugulosis variis, simplicibus vel radiato-rimosis, disci rimæformis marginibus tandem discretis; ascis clavatis, sporas lineari-oblongas quadrinucleolatas foventibus.

Hab. Ad caules Herbarum et Filicum in Ardennis, circa Sedanum et Bullionem : Ipse; circa Lemovicem : Lamy. — Desm., *Crypt. de Fr.*, 1re édit., n° 885.

Syn. *O. culmigena* Lib. *Plant. Crypt. Arduenn.*, n° 773.

1283. O. filicina M., — *Cuba*, p. 184, t. 9, f. 1. — crusta hypophlœode tenuissima viridi effusa; apotheciis superficialibus plano-convexis simplicibus aut confluentia furcatis atris opacis, utroque fine obtusis; excipuli dimidiati marginibus conniventibus, madore remotis, nucleum opalinum nudantibus; ascis obovoideis, sporas 4-5 fusiformes 3-4 septatas pellucidas includentibus.

Hab. In foliis Filicum. Cuba : Auber : Cayenna : Leprieur. *Coll.* n^os^ 1353, 1360.

1284. O. Duriæi M., — *Fl. Alg.*, p. 279, t. 18, f. 1. — crusta amylacea effusa alba nigro-limitata; apotheciis immersis confluentiramosis divaricatis flexuosis contortis radiatisque; excipuli integri (!) marginibus attenuatis, a thallode hinc inde vestitis, disco canaliculato albo-pulverulento; ascis obovato-oblongis aut sacciformibus, sporas octonas conformes 3-septatas foventibus.

Hab. Ad rupes calcareo-arenarias in maritimis, prope Mustapha Algeriæ : Durieu.

1285. Lecanactis stictica DR. et M., — *Fl. Alg.*, p. 282, t. 18, f. 2. — crusta effusa farinacea tenui candicante; apotheciis immersis punctiformi-subrotundis marginatis, disco plano, vix initio pruinoso, tandem fuscescente; ascis obovoideo-clavatis, sporas 6-8 fusiformes rectas aut curvulas, 8-10-annulatas, limbo cinctas foventibus.

Hab. In cortice *Quercus Suberis*, locis umbrosis, prope La Calle : Durieu.

† 1286. L. exaltata M. et V. d. B., — *Plant. Jungh.* mss. — thallo crustaceo cartilagineo crasso sordide olivaceo, ob fibrillas byssinas confertas (an normales?) cinerascente, intus amylaceo candido; apotheciis orbicularibus (scutellaribus) vel oblongis sparsis, prima ætate pruinosis, tandem nudis aterrimis; excipulo atro crasso, margine thallode albo cincto; ascis clavatis, sporas 8 fusiformes rectas aut curvulas, subduodecies nucleolatas, duplici serie foventibus, nucleolis aut sporulis lenticularibus.

Hab. In cortice arborum. Java : Junghuhn.

† 1287. L. conglomerata M. et V. d. B., — l. c., mss. — crusta cartilaginea inæquabili helvolo-fuscescente; apotheciis erumpentibus simplicibus coffeæformibus sparsis cæsio-pruinosis, tandem oblongis appositione ramosis, thallo crasse marginatis, disco nudo ruguloso aterrimo, ambitu crenulato; ascis magnis clavatis, sporas 8 oblongo-cylindricas, duodenis sporulis lenticularibus uniserialibus farctas foventibus.

Hab. Ad cortices. Java : Junghuhn.

† 1288. L. planiuscula M. et V. d. B., — l. c., mss. — crusta membranacea inæquabili umbrino-fuscescente effusa; apotheciis ob-

longo-linearibus simplicibus bifurcis aut confluenti-ramosis, fine obtusis vel acutis, albo pruinosis; excipulo inferne planiusculo, a crusta tenuiter marginato; ascis clavatis oligosporis, sporis 1-3 oblongo-cylindricis obtusis, sporulas lenticulares uniseriatas foventibus.

Hab. Ad cortices arborum. Java : Junghuhn.

1289. L. confluens M., — *Ann.*, 2, XVIII, p. 275, et *Guy.*, n° 156. — thallo hypophlœode membranaceo fulvo aut olivaceo-cinerascente; apotheciis elevatis primo subrotundis oblongisque confluenti-elongatis ramulosisque; excipulo laterali, disco plano concavo primitus cæsio-pruinoso, a margine thallode crasso subdiscreto; ascis ovoideis, sporas 8 tandem cymbiformes chlorinas foventibus.

Hab. Ad cortices arborum. Guyana : Leprieur, *Coll.* n^os^ 195 et 205.

Obs. Descriptio completa et historia evolutionis sporarum, l. c.

1290. Ustalia anguina M., — *Cent.* III, n° 79, et *Guy.*, n° 162. — thallo crustaceo membranaceo tenuissime (sub lente) granuloso albido; apotheciis immersis minutis confertis linearibus flexuosis simplicibus bifurcisque, margine thallode prominulo cinctis, disco fusco concaviusculo, madido prosiliente; sporis oblongo-cylindricis multicellulosis.

Hab. Ad cortices arborum. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n^os^ 198 et 199.

† 1291. U. Junghuhnii M. et V. d. B., — *Plant. Jungh.*, mss. — crusta crassiuscula subpulverulenta carnea aut fulvescente effusa; apotheciis brevibus simplicibus aut furcato-ramosis obtusis, thallo crasse marginatis velatisque, margine veloque deciduis, discum tandem canaliculatum nudum rufulum relinquentibus; sporis cito liberis oblongis limbatis trigesies annulatis, annulis tenuissime moniliatis.

Hab. In corticibus. Java : Junghuhn.

† 1292. U. pyrrhochroa M. et V. d. B., — l. c., mss. — thallo cerato-membranaceo inæquabili helvolo, nigro-limitato; apotheciis linearibus stellatim divaricato-ramosis flexuosisque; disco (in sectione semilunari) canaliculato rufo, margine thallode elevato crispato et siccitate subduplicato; ascis clavulatis, sporas 8 oblongas minutas hyalinas foventibus, sporis trinucleolatis.

Hab. In cortice arborum : Java : Junghuhn.

† 1293. U. ERYTHRELLA M. et V. D. B., — l. c., mss. — crusta membranacea tenui laminosa effusa, primitus et ambitu olivacea nitida, tandem nucleis deliquescentibus rubigineo colore tincta; apotheciis subsimplicibus elongato-flexuosis obtusis appositione bifurcis trifurcisque; disco dilatato canaliculato incarnato, marginis thallodis labiis subduplicatis inflexis; nucleo semitereti; ascis deliquescentibus sporas mox liberas tandem oblongo-ellipticas multicellulosas foventibus.

HAB. Ad corticem ramorum. Java : JUNGHUHN.

† 1294. ARTHONIA LILACINA M. et V. D. B., — *Plant. Jungh.*, mss. — thallo membranaceo tenuissimo albo-cinerascente effuso; apotheciis punctiformibus subrotundis plano-convexis lilacinis; ascis pyriformibus seu obovoideis pedicellatis, sporas 6-8 virguliformes fine angustiori, transversim quadriseptatas foventibus.

HAB. Ad cortices arborum frequens : Java : JUNGHUHN.

* A. COMPLANATA FÉE. — M., *Ann.*, 2, XVIII, p. 282; descriptio.

HAB. Ad cortices. Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* n° 650.

* SCLEROPHYTON Eschw. illustrat.

Apothecia linearia, angustissima, undulatim flexuosa, subradiatim vel appositione ramosa, thallo sæpius colliculoso insculpta, ramulis pluries bifidis aut alternis patentibus. Discus (lamina proligera) hypothecio carbonaceo (aut obscure colorato) suffultus, vix ac ne vix marginatus, siccus canaliculatus, madidus turgescens, læte coloratus. Asci clavæformes, octospori, paraphysibus stipati. Sporæ oblongæ, quadrinucleolatæ. — Eschw., *Syst. Lich.*, p. 14, f. 8 (mala) et *in* MARTIUS, *Fl. Bras.*, I, p. 303. — MONTAG., *Guy.*, n° 165.

SYN. *Emblemia* PERS., *Voy. Uran. Bot.*, p. 183, et PRESL, *Repertor. Bot. System.*, Fasc. I, p. 85.

1295. SCLEROPHYTON COLLICULOSUM M., — *Guy.*, n° 165, t. 16, f. 2. — crusta crassa olivacea lævigata nitida; apotheciis oblongis elonga-

tisve appositione ramosis, thallo lineari-colliculoso tenui-marginatis; hypothecio rufo discum concolorem, siccum canaliculatum, madidum planum suffulciente; ascis clavatis, sporas 8 breviter oblongas hyalinas quadrinucleolatas includentibus.

Hab. Ad corticem arborum. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1406. — Observationes genus hoc eximium illustrantes.

1296. Fissurina nitida (an Eschw.?) M., — *Guy.*, n° 169, et *Plant. Jungh.*, mss. — thallo membranaceo lævigato stramineo aut olivaceo nitido; nucleis subsimplicibus vel confluentia pedato-radiatove-ramosis pallidis; disco canaliculato, margine thallode in medio rimulæ elevato hiante, ad ambitum depresso, eandem occludente; ascis clavatis paraphysatis 8-sporis, sporis elliptico-oblongis minutis quadrinucleolatis.

Hab. Ad cortices arborum. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 209; Java : Junghuhn.

† 1297. F. crassilabra M. et V. d. B., — *Plant. Jungh.*, mss. — stictiformis; thallo cartilagineo inæquabili cinereo effuso; pseudo-apotheciis curtis coffeæformibus simplicibus bilabiatis; nucleo pallido suboblongo, margine thallode elevato crasso albicante; ascis subcylindricis paraphysatis basi subpedicellatis octosporis, sporis ellipticis pro ratione amplis, sporulas 4 seriales lenticulares foventibus.

Hab. Ad cortices arborum. Java : Junghuhn.

1298. F. Babingtonii M., — *Guy.*, n° 166. — crusta tenuissima hypophlœode sordide cinereo-glauca; nucleis subsimplicibus aut confluentia radiato-ramosis, thallo elevato albicante labiato-marginatis; sporis subglobosis, sporulas 4 foventibus.

Hab. Ad cortices arborum in Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 129, et circa Rio Negro : Rich. Spruce.

Syn. *F. insculpta* M., *Ann.*, 2. XVIII, p. 280, ubi descriptio.

Obs. Facies *Graphidis*, at excipulo nullo.

1299. F. radiata M., — l. c., et *Guy.*, n° 168. — thallo crustaceo membranaceo-cartilagineo lævigato dilute hepatico; nucleis e centro radiantibus simplicibus aut bi-trifurcis, in plagulas aggregatis, carneis,

marginibus erecto-conniventibus ; sporis ovoideo-oblongis quadrinucleolatis.

Hab. In cortice ramorum. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 219.

1300. F. nivea Fée, var. congregata M., — l. c., p. 279, et *Guy.*, n° 167. — thallo hypophlœode tenui dilute carneo, linea fusca limitato ; nucleis in plagulas difformes elevatas pallidiores aggregatis minutis coffeæformibus, rectis aut curvulis, raro confluenti-bifurcis, marginibus subremotis obtusiusculis ; sporis (anaparaphysatis) cylindraceis obtusis quadrinucleolatis brunneis in nucleo niveo.

Hab. Ad cortices. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 130.

Tribus VI. GLYPHIDEÆ.

LII. ACTINOGLYPHIS M.

Stroma medullare elevatum, radiato-ramosum, ut plurimum stellatum vel pedatum, marginatum, marginibus obtusis cellulosis, primitus albo-velatum. Apothecia brevia, lirelliformia, simplicia, recta, in binas series parallelas transversim posita, axi scilicet stromatis perpendicularia. Discus canaliculatus, pruinosus. Asci clavati, in pedicellum attenuati, octospori. Sporæ ellipticæ, 6-nucleolatæ, nucleolis aut sporulis lenticularibus transversis uniseriatis. Thallus crustaceus.

Obs. Nomen propositum (*Cent.* III, n° 100, et *Guy.*, n° 253) nunc fere omnibus acceptum.

1301. Actinoglyphis Leprieurii M. : thallo crustaceo membranaceo fulvo-fuscescente olivaceoque, stromate albo exstante tandem ramoso-pedato abrupte marginato ; apotheciis linearibus demum nudis atris. Cætera ut in definitione generis.

Hab. Ad cortices varios in Guyana : Leprieur ; in Java : Zollinger et Junghuhn.

Syn. *Glyphis heteroclita* M., olim, *Cent.* III, n° 100, et *Guy.*, n° 253.

† 1302. Glyphis verrucosa M. et V. d. B., — *Plant. Jungh.*, mss. — crusta cartilaginea, cum cortice colliculoso granulosoque obscure sordideque olivacea ; stromate vix prominulo griseo, ambitu sinuoso-

repando; apotheciis confertis punctiformi-linearibus curvulis subconnatis, stromati concoloribus; ascis clavatis, sporas 8 oblongas sporulis senis lenticularibus farctas foventibus.

Hab. Ad cortices. Java : Junghuhn.

* G. labyrinthica Ach. — M., *Ann. sc. nat.*, 2, XIX, p. 81 sq.; observationes.

1303. Medusula olivacea M., — *Cent.* I, n° 29, et *Guy.*, n° 255. — thallo lævigato crustaceo viridi-olivaceo hypophlœode; verrucis parum elevatis planis albis; apotheciis radiatim congestis dichotome vel subsecundatim ramosis, disco lato planiusculo, marginibus albido-pulverulentis, a thallo subdiscretis vel cum eo connato-confluentibus; sporis oblongis quadrinucleolatis.

Hab. Ad cortices, circa Cayennam : Leprieur.

1304. Chiodecton nigro-cinctum M., — *Guy.*, n° 248. — thallo membranaceo byssino-tomentoso, e pallido-cinereo rufescente, nigro-limitato; verrucis sparsis initio convexo-planiusculis tandem ambitu repando-crenatis; peritheciis monostichis ovoideis atris, ostiolis minutis margine thallode obtuso cinctis; ascis clavatis, sporas suboctonas fusiformes foventibus, paraphysibus filiformibus tenuissimis anastomosanti-ramosis.

Hab. In cortice variarum arborum, circa Cayennam : Leprieur, *Coll.* n^{os} 745, 748.

Syn. *Hypochnus nigro-cinctus!* Ehrenb., *Hor. Phys. Berol.*, p. 85, t. 17, f. 4.

† 1305. C. Boschianum M.,—*Plant. Jungh.*, mss.—thallo membranaceo sordide albido tomentoso, e squamis composito sinuosis subimbricatis, hypothallo byssino crasso atro-marginatis; verrucis lacteis ad marginem squamarum sparsis, regulariter hemisphæricis, subtus ambitu liberis crenatisque; peritheciis 10-20 oblongis atris, ostiolis prominulis; ascis longissime clavatis, inter paraphyses ramosas nidulantibus, sporis 8 aciculariibus quadriseptatis.

Hab. Ad cortices. Java : Junghuhn.

1306. C. cerebriforme M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 190, t. 13, f. 1. —thallo pallido crassissimo gyroso-plicato, ambitu lobato, intus amy-

laceo, hypothallo nigrescente; peritheciis ex orbiculato oblongis vel et ipsis gyrosis, in circumvolutionum vertice aggregatis, cinereo-pruinosis, sub disco aterrimis; ascis clavatis inter paraphyses ramosiusculas nidulantibus et sporas 8 fusiformes triseptatas hyalinas foventibus.

Hab. Ad rupes, in Chile : Gaudichaud, Cl. Gay.

LIII. BYSSOPHYTUM M.

Apothecia appressa, discoidea, a thallo marginata, excipulo proprio destituta, parenchyma byssaceum in pulverem nudum coloratum fatiscens cingentia. Thallus byssacco-velutinus. Ad cortices arborum, in hemisphærio australi.

1307. Byssophytum sulfureum M., — *Cent.* VI, n° 20. — thallo sulfureo velutino; apotheciorum albo-marginatorum disco convexo pulverulento rufo; fibris septatis in sporam? seu vesiculam nucleo monogonimico fœtam abeuntibus.

Hab. In cortice arborum. Taiti : J. Lépine.

† 1308. B. Hollei M. et V. d. B., — *Plant. Jungh.*, mss. — thallo cinereo; apotheciis hemisphæricis, pruina primitus nivea demum glauca adspersis, disco convexo pulverulento aurantiaco.

Hab. In cortice. Java : Holle.

Tribus VII. CALICIEÆ.

† 1309. Calicium javanicum M. et V. d. B., — *Plant. Junhg.*, mss. — crusta tenui pallida granulosa; apotheciis innato-erumpentibus carbonaceis conico-truncatis atris; disco concolori marginulato, primitus albo-pruinoso; ascis..... sporis breviter oblongis transversim triseptatis.

Hab. Ad cortices arborum. Java : Junghuhn.

Obs. In sectionem *Acolium* ponendum. *Camilleæ* cujusdam stromati haud absimile, at crusta præsens.

Ordo II. ANGIOCARPI.

Tribus VIII. SPHÆROPHOREÆ.

* Sphærophoron coralloides Ach. — M., *Disquisit. ad nuclei structuram et sporarum evolutionem spectantes, in Ann.* (mars 1841), 2, XV, p. 146, t. 15, f. 1.

* S. tenerum Laur. — M., *Fl. Chil.*, VIII, p. 194. Diagnosis, descriptio et synonymia.

* S. compressum Ach. — M., l. c., p. 196. Diagnosis, descriptio et synonymia.

* ACROSCYPHUS Lév. emend.

Thallus sublignosus, erectus, teres, ramosus, ramis basi fasciculato-connatis, apice inerassato obtusis. Apothecia terminalia, e globoso urceolata, primitus clausa, mox lacero-rumpentia, tandem circulari-aperta. Lamina (*Nucleus*) proligera tenuis, fusca, ex ascis constans cylindraceo-clavatis, deorsum attenuato-stipitatis, cito diffluentibus, sporas octonas, uniseriales, oblongas, transversim uniseptatas medioque in 8 constrictas, brunneas foventibus paraphysibusque concomitatis. — M., *Ann. sc. nat.*, 3, XI, p. 243, et *Dict. univ. d'hist. nat.*, art. Sphérophorées. — Lév., *Champ. du Mus. de Paris*, p. 262, qui, neglecto strato thalli gonimico, inter Sphæriaceos hocce genus *collocaverat*.

* Acroscyphus sphærophoroides Lév. — M., l. c.

Hab. In Peruvia, ad cortices arborum : Hb. Bory.

Obs. Structura thalli et fructus illustrata.

Syn. *Sphærophoron, nov. sp.*, Simon de Rojas y Clemente mss., *in Mycophylacio Boryano, nunc Montagneano.*

LIV. OZOCLADIUM M.

Apothecia terminalia, a thallo formata, initio sphærica, velata, velo lacero urceolata, demum versa, e margine prolifero moni-

liformi-concatenata. Nucleus gelatinosus, ex ascis constans tenuissimis erectis, sporas numerosas globosas hyalinas uniseriales foventibus. Thallus fruticulosus, horizontalis, supra corticatus viridis, subtus nudus pallidus, intus fibroso-cartilagineus, prolificatione apotheciorum dichotome et fastigiatim ramosus. In ramis fruticum circa Cayennam. Genus maxime singulare et abnorme. — M., *Ann. sc. nat.*, 3, XVI, p. 63.

1310. Ozocladium Leprieurii M. — *Guy.*, n° 174, et l. c., t. 16, f. 3. — Characteres iidem ac generis.

Hab. Ad ramulos, prope Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 1292.

Tribus IX. ENDOCARPEÆ.

1311. Endocarpon Moulinsii M. — *Cent.* IV, n° 76, t. 16, f. 1. — monophyllum; thallo cartilagineo-coriaceo membranaceo glauco-cinereo, ambitu rotundo-repando crenulato lobatoque, subtus densissime atro-fibrilloso; apotheciis immersis roseis, ostiolis nigris punctiformi-impressis, tandem prominulis; ascis oblongo-linearibus, sporas 8 ovoideas hyalinas foventibus.

Hab. Ad rupes schistosas, in Pyrenæis : Charles Des Moulins.

* E. Dufourei DR. et M. — *Fl. Alg.*, I, p. 285, t. 18, f. 3. Diagnosis, descriptio et icon analytica.

Syn. *Parmelia endocarpea* Fries, *Lich. eur. reform.*, p. 128.

* E. Guepini Delise (1830), Moug. 1831, *in litt.* — Fries, l. c., p. 410. — M., *Notice etc.*, *Arch. Bot.*, II, p. 304, t. 15, f. 2, cum descriptione.

† 1312. E. Tuckermani M., — *in litt. ad celeb.* Tuckerman. — thallo cartilagineo squamuloso crasso, squamulis (fere centim. latis) subimbricatis subrotundatis, supra concaviusculis pallidis, ambitu sinuato recurvis, subtus concoloribus hirtis, ostiolis vix prominulis submarginatis fuscis; ascis clavulatis, ad centrum apotheciorum vergentibus 8-sporis, sporis oblongo-cymbiformibus uni-binucleolatis.

Hab. Ad cortices muscosos arborum, in Carolina inferiori lectum misit : Tuckerman.

1313. Sagedia granulata M., — *Guy.*, n° 233. — crusta granulata effusa haud limitata fuliginosa, intus nivea, punctis rubris creberrimis inspersa; verrucis apotheciorum orbiculatis convexo-deplanatis; nucleis peripheriçis ovatis, ostiolis punctiformibus lividis, demum in lirellas brevissimas confluentibus; ascis clavatis anaparaphysatis erectis, sporas aciculares triseptatas foventibus.

Hab. In cortice arborum. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 641.

Obs. Transitus ad Chiodecton.

1314. S. lugubris M., — *Cent.* VI, n° 52. — areolis crustæ discretis albo-pulverulentis, margine aterrimo ascendente subcupulatis, hypothallo nigro insidentibus; excipulis (apotheciis) lageniformibus crustæ immersis, ostiolis minutis atris; ascis.....

Hab. In rupibus aridis, apud S. Diego Teneriffæ : Bourgeau.

1315. Porina endochrysa M., — *Cent.* III, n° 98, et *Guy.*, n° 229. — thallo crustaceo membranaceo glauco nitido tenuissime granuloso; verrucis basi expansa hemisphæricis, epidermide secedente flavescentibus, ostiolo papillato zona fusca cincto instructis, primo occlusis demum apertis, intus nucleoque aureis; ascis clavatis, sporas subquaternas cymbiformes 6-septatas foventibus.

Hab In cortice arborum. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 481. — Babingt., *Lich. N. Zeal.*, p. 42, t. CXXVIII, D.

1316. P. cryptostoma M., — *Ann.*, 3, VII, p. 176, n° 40. — thallo effuso colliculoso viridi-olivaceo, intus amylaceo candido; apotheciorum verrucis depresso-hemisphæricis lævibus glabris, ostiolo solitario omnium minimo subinconspicuo nucleoque ovoideo pallidis; ascis oligosporis (3-4) brevibus, inter paraphyses punctatas specie ramosas nidulantibus, sporis cymbiformibus utrinque acuminatis 1/5 millim. longis intus granulatis, granulis in series 30-40 transversales dispositis, antheridias *Ectocarporum* simulantibus.

Hab. Ad cortices rugosos arborum, in Africa meridionali : Drège.

1317. Pertusaria entophlœa M., — *Cuba*, p. 159. — crusta cartilaginea rugoso-verrucosa granulata viridi-lutescente, linea nigra limitata; nucleis globosis albis, cortici (!) immersis, ostiolis concoloribus

inconspicuis; ascis clavatis amplis, sporas 8 maximas, 1/10 millim. longas, uniseriales, limbo-hyalino cinctas foventibus.

Hab. Ad cortices arborum, in Cuba insula, loco S. Marcos dicto : Ramon de la Sagra.

1318. P. Cucurbitula M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 200, t. 13, f. 2. — crusta granulata, cinerea vel rufescente, linea fusca cincta; apotheciis (verrucis) confertis globoso-depressis concoloribus monopyreniis apice clausis, disciformi-impressis, puncto centrali vix conspicuo notatis; nucleo solitario globoso aut lagenæformi cereo-carneo; ascis maximis late clavatis, sporas 8 breviter oblongas foventibus.

Hab. In cortice arborum. Chili : Cl. Gay.

Syn. *Porina Cucurbitula* Babingt., *Lich. N. Zeal.*, p. 42.

1319. P. leucosticta M., — *Cent.* III, n° 97, et *Guy.*, n° 227. — thallo crustaceo hypophlœode (?) membranaceo tenuissimo cinereo-albescente lævigato effuso; verrucis nullis aut (quando adsunt) applanatis, puncta nivea referentibus et poro vix conspicuo centro perforatis; nucleo discoideo albo, subtus concavo, cortici immerso; ascis clavatis amplis, sporas 8 oblongo-ellipticas (solutas, quam inclusas duplo majores) transversim annulatas, annulis 10 quadrate cellulosis, foventibus.

Hab. In corticibus arborum. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 599.

1320. P. communis DC. var. placentiformis M. et V. d. B., — *Plant. Jungh.*, mss. — verrucis apotheciorum placentiformibus depressis medio concaviusculis, ostiolis lividis; ascis tetrasporis. — An spec. genuina?

Hab. Ad cortices. Java : Junghuhn.

Var. globulifera M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 199. — verrucis compactis farinosis astomis; nucleis confluentibus solitariisve inclusis; ascis monosporis (!).

Hab. In cortice arborum. Chile : Bertero et Cl. Gay; Java : Junghuhn.

Syn. *Lichen globuliferus Engl. Bot.*, t. 2008.

LV. STEGOBOLUS M.

Apothecia erumpentia, demum tympaniformia, epiphragmate lenticulari primo clausa, tandem circumscissa et, epiphragmate delapso, late aperta. Nucleus theciger ab excipulo interiori membranaceo lacero-dehiscente velatus. Thallus crustaceus. Est paucis *Thelotrema* epiphragmate caduco auctum. — *Lichenopsis* Schwz. est genus huic analogon inter fungos. — M., *Lond. Journ. of Bot.*, *January*, 1845.

1321. Stegobolus Berkeleyanus M., — l. c., p. 6, n° 35. — crusta membranacea tenui (limitata?); apotheciis prominulis tympaniformibus, aperturæ amplæ, disco albo lenticulari caduco primo occlusæ, margine elevato lacero disco concolori; excipulo crasso nucleum uni- aut pluriloculärem cingente; ascis clavatis, sporas octonas oblongas hyalinas, quadrinucleolatas foventibus.

Hab. In cortice rugoso arborum. Insulæ Philippinenses : Cuming, n° 2185.

1322. Thelotrema Auberianum M., — *Cuba*, p. 163, t. 8, f. 2. — crusta cerata membranacea, madore dilute olivacea, siccitate glaucescenti-pallida; apotheciis primo conoideis demum confertis subcylindricis, late apertis confluentibusque; excipulo interiori niveo rimose rupto vel hinc inde perforato, nucleum corneum subplurilocularem arcte cingente; ascis clavato-cylindraceis, sporas 4 oblongo-ellipticas foventibus.

Hab. Ad cortices ramorum, prope S. Marcos insulæ Cubæ : Auber.

1323. T. platystomum M., — *Cent.* III, n° 99, et *Guy.*, n° 234. — thallo crustaceo cartilagineo tenui lævi pallido effuso; verrucis minutis sparsis, basi expansa hemisphæricis; apertura margine duplici instructa, interiore ab ipso excipulo atro formato connivente; nucleo concolori ex ascis composito clavatis, sporas 6 mox liberas ellipticas 4-6-nucleolatas foventibus, nucleolis lenticularibus.

Hab. In cortice arborum. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 49.

1324. T. depressum M., — *Guy.*, n° 240. — crusta membranacea lævigata olivacea longitrorsum fissa; verrucis orbicularibus depressis,

apertura punctiformi albo-pulverulenta; excipulo laterali conico atro cortici defosso; ascis longe clavatis deliquescentibus, sporas cito liberas maximas oblongas, trypethelinis simillimas, 20^es^ annulatas foventibus, annulis multicellulosis.

Hab. In cortice arborum. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 701.

† 1325. T. porinoides M. et V. d. B., — *Plant. Jungh.*, mss. — crusta membranacea pallida laevi effusa, verrucis depressis exasperata, apertura ampla bimarginata, margine interiori albo lacero; excipulo tenui ovoideo, subtus depresso incolorato, apice dehiscenti-rupto (velum); ascis sacciformibus subhexasporis, sporis elongatis curvulis angustis subvigesies annulatis, annulis cellulosis.

Hab. Ad cortices arborum. Java : Junghuhn.

Obs. *Porinae leioplacae* simile; priori affine at crustae colore et, charactere majoris momenti, sporis diversis ab eodem recedens.

1326. T. olivaceum M., — *Cuba*, p. 165. — crusta subcerata effusa bullato-colliculosa membranacea fragilissima pallide viridi-olivacea; verrucis minutis paululum prominulis, apice poriformi vel lacero-dehiscentibus, apertura demum regulariter orbiculari; excipulo interiore albido convexo conico, tandem rupto, laminam proligeram concavam substelliformem carneam arcte cingente; ascis clavatis, sporas 6-8-nucleolatas foventibus.

Hab. Ad cortices, prope S. Marcos Cubae : Auber; in Guyana : Leprieur, *Coll.*, n° 558.

1327. T. microporum M., — *Cent.* VI, n° 18. — crusta cartilaginea effusa pallida, centro laevigata, ambitu colliculosa; verrucis vix prominulis, apice poriformi-apertis, apertura terebrata minutissima; excipulo interiori concolori, nucleum scutelliformem album arcte cingente; ascis cylindricis, sporas 3-5-septatas seu 4-6 nucleolis farctas foventibus.

Hab. In cortice arborum. Taiti : J. Lépine.

† LVI. LEPTOTREMA M. et V. d. B.

Thallus crustaceo-cartilagineus, plano-expansus, crassus, fragilis, adnatus, uniformis. Stratum medullare sæpius cocci-

neo-punctatum. Excipulum ovoideo-urceolare, poroideo-pertusum, inclusum, thallo haud marginatum. Asci clavati vel cito deliquescentes, sporas octonas foventes et paraphysibus stipitati. Sporæ primitus sphæricæ hyalinæ, mox transversim uniseptatæ, tandem oblongæ, triannulatæ, brunneæ fuscæve, annulis septis verticalibus 2-4 divisis.

Obs. Genus *Myriotremati* Fée simile at toto cœlo diversum. — M. et V. d. B., *Plant. Jungh.*, mss.

† 1328. Leptotrema Zollingeri M. et V. d. B., — *Plant. Jungh.*, mss. — crusta cartilaginea glauco-pallescente tenui; excipuli sepulti urceolaris subtus convexi collo cylindrico defosso mediocri; nucleo obscure badio; sporis muralibus seu multicellulosis.

Hab. Ad cortices. Java : Zollinger.

Syn. *Thelotrema Zollingeri* M., *in* Zolling. *Syst. Verzeichn.*, p. 5.

1329. L. Prevostianum M., — *Cent.* VI, n° 78, sub *Thelotremate.* — crusta cartilaginea lævigata glauca, intus granulis coccineis punctata; excipuli vix prominuli apertura minima; perithecio ovoideo basi continuo, nucleum corneum cingente; sporis generis.

Hab. Ad cortices. Cuba : Hbb. Le Prévost, Durieu.

ASCIDIUM Fée. emend.

Apothecium (verruca) hemisphæricum, apice depresso-umbilicatum, poro marginato apertum, monocarpum. Stroma medullare, pulverulentum. Perithecium carbonaceum, atrum, conico-hemisphæricum, subtus deficiens seu obliteratum, apice poro pertusum, nucleum pallidum mucilaginosum tegens. Asci maximi, paraphysibus stipitati, mono-pleiospori. Sporæ fusiformi-oblongæ, multicellulosæ. Thallus crustaceus, strato medullari albo aut roseo insignis. — M., *Ann. sc. nat.*, 3, XVI, p. 74.

1330. Ascidium rhodostroma M., — l. c., et *Guy.*, n° 46, t. 16, f. 4. — thallo membranaceo olivacco-fuscescente subgranulato; apotheciorum verrucis hemisphæricis magnis, vertice umbilicatis ostiolatis, ostiolo, ut

in *Tulostomate mammoso*, regulari marginato; stromate pulcherrime roseo; perithecio atro conico, sursum incrassato, subtus obliterato; *ascis fusiformi-clavatis, sporam singulam maximam fusiformem* subquadragesies nucleolatam seu multicellulosam foventibus.

Hab. Ad corticem arborum. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1334.

Tribus X. VERRUCARIEÆ.

1331. Verrucaria prostans M., — *Cent.* III, n° 81, et *Guy.*, n° 75. — thallo membranaceo tenuissimo primitus albo, tandem griseo-cinerascente, linea nigra flexuosa ab hypothallo suppeditata limitato; perithecis sparsis depresso-conicis subtus deficientibus, apice poro pertusis, cum cortice tumido badio elevatis, basi zona alba cinctis, nucleo fuscescente; ascis elongato-clavatis, sporas 4-6 oblongas biloculares, medio constrictas foventibus.

Hab. Ad cortices. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 215.

1332. V. melanophthalma M., — *Cent.* III, n° 82, et *Guy.*, n° 184. — thallo crustaceo membranaceo glauco-fuscescente subpulverulento; perithecis erumpentibus confertis, convexo-conoideis, ambitu depressis, thalli epidermide velatis, integris, subtus applanatis, tandem fere nudis, ad speciem ocellulatis, apice umbilicato poro pertusis, intus aterrimis; ascis clavatis, sporas 6-8 vermiculares foventibus, sporis sporulas 6 globosas unica serie includentibus.

Hab. Ad cortices, prope Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 154.

* V. conoidea Fries. — M., *Notice etc.*, *Arch. de Bot.*, II, p. 306, n° 41, t. 15, f. 3.

* V. Dufourei DC. — M., l. c.; icon.

1333. V. conspurcans DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 291, t. 17, f. 6. — crusta obliterata; perithecis dimidiatis convexis corrugatis confluentibus, lineas reticulato-anastomosantes efformantibus, poro inæquabili tandem pertusis, nucleo albo; ascis subsaccatis, sporas oblongas biloculares opacas includentibus.

Hab. Ad saxa arenaria, in collibus, prope La Calle : Durieu.

Obs. Hancce speciem nihil aliud esse quam varietatem acrustaceam *V. nigrescentis* Ach. opinio erronea et falsa mihi videtur, cum in utra-

que sporæ valde dissimiles, biloculares opacas in nostra, simplices et hyalinas in specie Achariana. — Cfr. LEIGHTON, *Angiocarp. Lichens.*

* V. CATERVARIA FÉE. — M., *Cuba, Crypt.*, p. 151. Diagnosis et descriptio omnibus suis partibus completa.

* V. PULCHELLA BORR., *Engl. Bot. Suppl.*, t. 2602, f. 1. — M., *Dict. univ. hist. nat.*, VII, p. 347.

HAB. Super cæspites *Frullaniæ dilatatæ*, in Gallia occidentali : DELISE; in sylva Fontis Bellaquei : NYLANDER.

SYN. *Endocarpon pulchellum* HOOK., *Engl. Fl.*, V, p. 158. — LEIGHTON, *Angiocarp. Lich.*, p. 13, n° 6, t. 3, f. 1. — *Lenormandia Jungermanniæ* DELISE mss. — DESMAZ., *Crypt. de France exsic.*, édit. I, n° 1144. — *Sphæria Borreri* TULASNE, *in Ann. sc. nat.*, 3, XVII, p. 128, quoad perithecia saltem. — *Coccocarpia pulchella* CHURCH. BABINGT., *Lich. New Zealand*, p. 9 (seorsim).

OBS. Iste lichen Borrerianus, tam litigiosus, æque ac icon eximia supra citata, paucis lichenographis perdiu innotuerunt. Deliseum, cui itidem erat ignotus, suum genus *Lenormandiam* instituentem non fugerat quamdam esse hujus cum nonnullis lichenibus inter tropicos obviis affinitatem, de qua vero nec verbum scripsit. Jam anno 1841 (*Ann. sc. nat.*, 2, XVI, p. 123) hanc analogiam *Lenormandiæ*, cujus squamulæ minutæ thallum *Coccocarpiæ molybdeæ* in aretum effingunt, denuntiabam. Deinde, in *Dict. univ. d'hist. nat., par Ch. d'Orbigny*, tom. VII, p. 347, anno 1846, cum de generali Lichenum studio disserebam, veram lichenis controversi naturam commonstravi. Et quidem celeberrimus Borrerus specimen splendidum ejus *Verrucariæ pulchellæ* mihi paulo ante cum aliis multis hujus familiæ stirpibus rarioribus humanissime miserat. Quo cum *Lenormandia* collato, nec minimum dubium supererat, quin uterque ad eumdem lichenum pertineret. Attamen botanicis quibusdam et quidem peritissimis (1), qui hanc contentionem facere nequiverint, res adhuc in quæstione versabatur. Novam in opinionem, gravem quidem, mihi parum verisimilem, cel. Tulasne (*Mém. sur les Lich.*, l. c.) tandem discessit, prædicans genuinam lichenis indolem ambiguam esse et perithecia in

(1) Inter quos citandus amicissimus Durieu de Maisonneuve, — *Notes sur quelques plantes de la Gironde*, p. 12 et 13, *Ann. Soc. Lin. de Bordeaux*, — qui figuram 1, tab. 1063 *Floræ Danicæ* huc perperam affert. Hæc figura autem *Biatoræ ferrugineæ* formam exhibet ad muscinas descendentem.

thallo fructificante obvia nihil aliud esse nisi Sphæriam quamdam parasitantem et ab eo *S. Borreri* nuncupatam. Omnibus autem satis patet hanc ideam ab eadem fonte cum illa, quam antea (1) impugnare tentavi, enatam fuisse. Præter rationes mihi peremptorias, quas ad genus Persoonianum tuendum attuli, illud quoque tirones admonitos esse velim, ne *Verrucariam pulchellam* exemplum hujus generis unicum præbere arbitrentur; nam, inter alias species analogas, nonnullæ citandæ sunt, imprimis *Verrucaria Hookeri* Bour. et *Verrucaria Garovaglii* Montag., quæ ad hanc normam compositæ fuerunt. Cur igitur et eorum perithecia ut totidem Sphærias parasitantes haud habenda?

Quid denique dicam de lichenographis, incertis utrum Verrucariis, an Endocarpis tales lichenes annumerarent? Ego vero de loco eorum nullus quidem dubito. Definitionibus Acharii et Friesii innixus, ad Verrucarias autem refero species perithecio atro carbonaceoque, ad Endocarpa vero species perithecio membranaceo leptoderno pellucidoque gaudentes. Nec clam me est Eschweilerum, Hedwigio fidentem, secus, at, sicut ego æstimo, perperam censuisse. Illustrissimus auctor, tractans de *Endocarpo pusillo* (2), affirmat enim perithecium ejus esse membranaceum et *brunneum*, non atrum.

1334. V. Garovaglii M., — *Cent.* VI, n° 51. — thallo cartilagineo squamuloso, squamulis orbiculatis repandis minutis crassis, supra viridibus planiusculis, subtus convexis pallidis fibrillosis; peritheciis immersis ovoideis crassis atris, ostiolo prominente hemisphærico; ascis obovoideis, sporas cellulosas foventibus.

Hab. Ad terram nudam, in Longobardia : Garovaglio; ad muros. Meudon, prope Parisios : Nylander.

* V. Hochstetteri Fries. — M., *Notice etc.*, *Arch. Bot.*, II, p. 307, t. 15, f. 4.

* V. actinostoma Pers. — M., l. c., p. 308, t. 15, f. 5, ubi descriptio, synonymia et icon.

Hab. Ad saxa calcaria, in monte Fort-Sarral agri Ruscinonensi, prope Perpinianum (1830), specimina perfecta et ad muros pagi Saint-Germain-lez-Corbeil (1855), minus perfecta : Ipse.

(1) Confer *Coccocarpiam*.
(2) Hedw., *Musc. Frond.*, II, p. 53.

* V. (Pyrenula) VARIOLOSA PERS. — M., — *Cuba*, p. 146. — crusta cerata nitida, e stramineo subcervina; peritheciis innato-erumpentibus, dimidiatis aut basi inflexa subintegris, plano-convexis nitidis orbicularibus vel confluentia ellipticis, superne incrassatis, infra nucleum globosum cinerascenti-nigrum aut plane deficientibus aut continuatis et a centro incrassato prosilientibus; ascis amplis, sporas fuliginosas angustissime annulatas seu multicellulosas foventibus.

HAB. Ad cortices varios inter tropicos. Cuba : RAMON DE LA SAGRA.

OBS. Cave ne pro Sphæria, ut plurimis accidit, habeas.

1335. V. (Pyrenula) ESCHWEILERI M., — *Ann.*, 2, XIX, p. 56. — thallo crustaceo cerato nitido sulfureo-virescente; peritheciis semiimmersis depresso-globosis ostiolatis, perithecii basi medio suboblíterata, parte superiori sæpius stellatim dehiscente deciduave; ascis cylindricis, sporas subovoideas seriatas magnitudine decrescentes binucleolatas foventibus, nucleolis aut sporulis globosis.

HAB. In cortice arborum. Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* nos 127, 149, 155.

SYN. *Limboria circumscissa* ESCHW., *Ic. Sel. Crypt.*, t. 10, f. 4. — *Verrucaria aspistea* EJUSD., *Fl. Bras.*, p. 138, nec ACH. nec FÉE, quæ sequens est.

1336. V. (Pyrenula) ASPISTEA ACH., — M., l. c. — thallo crustaceo helvolo deliquescente; peritheciis e conico subsphæricis, primo crusta semiimmersis, demum hemisphærio superiori denudato nigro prominentibus ostiolatis, nucleo ovoideo; ascis deliquescentibus, sporis magnis ellipticis 16 annulatis, annulis paucicellulosis.

HAB. Ad cortices. Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* n° 615.

1337. V. (Pyrenula) MICROMMA M., — *Cent.* III, n° 83, et *Guy.*, n° 91. — thallo crustaceo albo-cinerascente granuloso effuso; verrucis sparsis confluentibusque hemisphæricis, papillam perithecii integri conici crassi nigram prominulam cingentibus, cum ejusdem parte superiori tandem elabentibus; ascis....., sporis minutis ellipticis vel oblongis quadrinucleolatis, nucleo seu pyrene fibrilloso albo seriatim nidulantibus.

HAB. Ad cortices. Cayenne : LEPRIEUR, *Coll.* nos 214, 611.

1338. V. (Pyrenula) PRÆLUCIDA M., — *Guy.*, n° 193. — crusta cartilaginea fulva, fasciis longitudinalibus nigrescentibus interrupta;

peritheciis erumpentibus magnis atro-nitentibus, apice poro pertusis, nucleo atro; ascis cylindricis magnis sporas 6-8 cymbiformes unica serie foventibus, sporis magnis inæqualibus tandem brunneis quadri-nucleolatis, nucleolis mediis apicalibus decies majoribus.

Hab. In cortice arborum infrequens. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 705.

1339. V. (Pyrenula) trypethelliformis M., — l. c., n° 195. — thallo (crusta) membranaceo tenuissimo dilute olivaceo; peritheciis atris conico-depressis, subtus deficientibus, apice poro pertusis, stromate pulverulento croceo immersis; ascis clavatis, sporas fusiformes longissimas multiannulatas foventibus.

Hab. In cortice lævigato. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 1344.

1340. V. (Pyrenula) infernalis M., — l. c., n° 197. — crusta cartilaginea stratosa gilvo-fuscescente; peritheciis sparsis vel aggregatis immersis absconditis colliculosa, ostiolo papillato tandem deciduo; ascis clavatis maximis, sporas 8 ovoideas inæqualiter binucleolatas foventibus.

Hab. Ad corticem lævem. Guyana : Leprieur, *Coll.* n°s 722, 725.

1341. V. (Pyrenula) chionea M., — *Cent.* III, n° 85, et *Guy.*, n° 199. —thallo primum membranaceo, mox lævigato nitido laminoso, tandem furfuraceo; peritheciis minutis sparsis, prima ætate subimmersis globosis integris atris, demum hemisphærio superiori nudatis poroque ad lentem perspicuo pertusis subostiolatis, nucleo albidulo; ascis clavatis, sporas 8 cymbiformes 10 nucleolatas foventibus, nucleolis lenticularibus biserialibus.

Hab. In cortice arborum. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 613.

1342. V. (Pyrenula) cinnamomea M., — *Cent.* III, n° 84, et *Guy.*, n° 198. — thallo crustaceo membranaceo late effuso cinnamomeo opaco inæquabili, lineis nigris limitato; peritheciis strato corticali collieuloso immersis, minutis ovoideis confertis, ostiolo fusco obtuso acutove prominulo instructis; ascis clavatis, sporas 6-8 hyalinas quadrinucleolatas foventibus, nucleolis seu sporulis medianis minoribus.

Hab. Ad corticem *Palmæ Parepa*. Guyana : Leprieur, *Coll.* n°s 102 et 103.

1343. V. (Pyrenula) COMPLANATA M., — *Cent.* III, n° 86, et *Guy.*, n° 203. — thallo *membranaceo tenuissimo* effuso sordide fulvo, verrucis vix elevatis ostiolo colorato (carneo) apice impressis; peritheciis subdimidiatis convexo-applanatis magnis crassis, nucleum albidum conformem tegentibus corticemque deprimentibus; ascis elongatis, cylindricis, sporas 8 oblongas uniseriales quadrinucleolatas foventibus.

HAB. Ad corticem squamatim secedentem. Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* n°s 593, 594.

1344. V. (Pyrenula) HETEROCHROA M., — *Cent.* III, n° 87, et *Guy.*, n° 204. — thallo cartilagineo-membranaceo effuso e rubiginoso fuscescente; peritheciis seriatis confertis subsphæricis minutis, crustæ concoloribus fuscisve papillatis, papillula albo-cincta, nucleo cinereo-pallescente; ascis clavatis, nucleo celluloso nidulantibus, sporas 8 oblongas quadrinucleolatas duplici serie foventibus.

HAB. In corticibus variis, imprimis *Icicæ guyanensis*. Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* n° 20 cæt.

† 1345. V. (Pyrenula) PUDIBUNDA M. et V. D. B., — *Plant. Jungh.*, mss. — minuta, subconspicua; thallo crustaceo membranaceo olivaceo-cinerascente effuso lævi nitido; peritheciis ovoideis, basi subdeficientibus supra vix prominulis, ore regulariter orbiculari; ascis obovato-clavatis, sporas 8 elliptico-oblongas quadrinucleolatas foventibus, nucleolis elliptico-lenticularibus.

HAB. Ad cortices. Java : JUNGHUHN.

1346. PYRENASTRUM MACROSPERMUM M., — *Cent.* III, n° 88, et *Guy.*, n° 207. — thallo cerato viridi-fuscescente, ambitu plicato glabro nitido, madore intense viridi, linea umbrina limitato; peritheciorum verrucis hemisphæricis, apice decolorato sulfureis; peritheciis aggregatis immersis lageniformibus ostiolatis, ostiolis convergentibus, in os commune sæpius desinentibus; ascis mature deliquescentibus; sporis maximis oblongo-ellipticis ad medium septatis, nucleolos 4 tandem 6, medianis majoribus, foventibus.

HAB. Ad corticem Palmarum. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 111.

1347. P. SUBTOMUM M., — *Cent.* III, n° 89, et *Guy.*, n° 208. — thallo (crusta) membranaceo tenui lævigato olivaceo subnitido; verrucis conoideis concoloribus apice intusque albo-farinosis; peritheciis 4-6

lageniformibus, in ostiolum commune pallidum nitidum desinentibus; ascis clavatis, sporas 8 biseriatas ellipticas hyalinas sexnucleolatas includentibus, nucleolis lenticulari-ellipticis transversis.

Hab. Ad cortices. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 179.

1348. P.? seminudum M., — *Cent.* III, n° 90, et *Guy.*, n° 210. — thallo crustaceo cartilagineo olivaceo; verrucis erumpentibus perithecia suboctona convergentia basi cingentibus, tandem seminudis, parte denudata hemisphærico-conoidea opaca fusca, apice poro singulo ad quem ostiola confluunt pertusa, nucleo gelatinoso; ascis perquam maximis clavatis duplici membrana factis, sporas 8 fusiformi-oblongas tandem quadrinucleolatas foventibus.

Hab. Ad corticem ignotum. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 588.

1349. P. fuscum M., — *Guy.*, n° 211. — thallo (crusta) membranaceo colliculoso fusco atro-limitato; peritheciorum plurium aggregatorum decumbentiumque collis ostiolo minuto carneo-areolato centrali conniventibus; ascis cylindricis, sporas oblongas quadrinucleolatas foventibus.

Hab. In cortice arborum. Guyana : Leprieur, *Coll.* n°s 801 et 803.

Tribus IV. TRYPETHELIACEÆ (1).

1350. Trypethelium megaspermum M., — *Cent.* III, n° 91, et *Guy.*, n° 213. — thallo crustaceo e luteo cinereo-olivaceo subinæquabili, lineolis atris flexuosis limitato, verrucis obsito hemisphæricis sparsis confluentibusque concoloribus intus carneis; peritheciis subglobosis apice denudatis planis marginatis, poro centrali pertusis, a verruca ocellulatis; ascis utriculiformibus, sporas 4 maximas fusiformi-ellipticas multicellulosas foventibus.

Hab. Ad cortices. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 603.

1351. T. Pyrenuloides M., — *Cent.* III, n° 92, et *Guy.*, n° 214. — crusta membranacea cinereo-olivacea, verrucis hemisphæricis apice depressiusculis confluentibus concoloribus exasperato, stromate carneo; peritheciis ovoideis crassis atris, ostiolo punctiformi fusco instructis; ascis subsacciformibus, sporas 8 oblongas utrinque attenuato-

(1) Cfr. *Ann. sc. nat.*, 2, XIX, p. 64-68, observationes nonnullas ad evolutionem et anamorphosim hujusce tribus spectantes.

obtusas, initio decies annulatas, tandem multicellulosas duplici serie foventibus.

Hab. Ad cortices. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 607.

1352. T. Leprieurii M., — *Cent.* III, n° 93, t. 2, f. 2, et *Guy.*, n° 216. — thallo crustaceo pallide fulvo cinereoque sordido lævi aut verruculoso effuso; verrucis minutis hemisphæricis confluenti-oblongis subconcoloribus; peritheciis aggregatis ovatis attenuatis atris, stromate fusco-atro immersis, ostiolis pallidis poro fusco pertusis; ascis clavatis, sporas 8 oblongas quadrinucleolatas foventibus, nucleolis sphæricis.

Hab. Ad corticem *Byrsonimæ crassifoliæ* aliosque. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 28.

1353. T. annulare M., — l.l. c.c. — thallo (crusta) cartilagineo crasso e viridi flavescenti-helvolo effuso; verrucis concoloribus hemisphærico-subglobosis confluentibusque; peritheciis ovoideis crassis intus albis, stromate aureo immersis, ostiolis fuscis punctiformibus perforatis, apice impresso verrucarum conspicuis, areola pallida demum fuscescente cinctis; ascis et sporis *Saccothecii Corni* M. et Fr.

Var. a, detrusum, verrucis abortivis, stromate obliterato subnullo; peritheciis sparsis, thallum vix colliculose sublevantibus.

Hab. In cortice *Anacardii occidentalis.* Guyana : Leprieur.

Syn. *Pyrenula annularis* Fée, *Essai*, p. 73, t. 21, f. 4.

1354. T. platystomum M., — *Cent.* III, n° 94, et *Guy.* n° 220. — thallo cartilagineo crasso olivaceo-fuscescente; verrucis confertis confluentibusque crassis hemisphærico-truncatis atro-punctatis; peritheciis ovoideis, verrucis non autem cortice immersis; ostiolo incrassato applanato nigro ad apicem verrucarum spectante instructis; stromate rubiginoso; ascis clavatis amplis, sporas 8 fusiformes biseriales nucleolis transversis oblongis 20 farctas (an tandem multicellulosas?) foventibus.

Hab. Ad corticem *Anacardii* ut prior. Guyana : Leprieur, *Coll.* n^os^ 43, 76, etc.

1355. T. cruentum M., — *Cent.* I, n° 30, et *Guy.*, n° 221. — thallo cartilagineo tenui olivascenti-umbrino aut subnullo; verrucis convexis

confluenti-seriatis difformibus cruentis, intus (stromate) atris; perithecis ovoideis vel sphæricis, ostiolo papillato demum nudo nigro, areola albidula cincto; sporis ellipticis ventricosis bilocularibus, quoque loculo sporulam maximam globosam includente.

Hab. Ad corticem rugosum arborum. Guyana : Leprieur, *Coll.*, nos 14 et 161.

1356. T. Sphæroides M., — *Cent.* III, n° 95, et *Guy.*, n° 222. — thallo crustaceo cartilagineo helvolo intus amylaceo; verrucis difformibus conico-depressis et elongato-sinuosis planiusculis supra niveis; stromate subcarneo rufo; perithecis erectis ovoideis atris intus nitidis, in ostiolum crassum ad apicem verrucæ prominulum (interdum globosum) perforatum tandem cupuliforme attenuatis; ascis mox disruptis, sporas 2-3 oblongo-ellipticas magnas tandem multicellulosas foventibus.

Hab. Ad corticem, in truncis *Bombacis globosæ*. Guyana : Leprieur, *Coll.*, n° 80.

1357. T. Cumingii M., — *Lond. Journ. of Bot.*, *Jan.* 1845, p. 5. — crusta subobliterata, stromate corticali ferrugineo; perithecis in verruca seriatis ovato-oblongis papillatis tandem erumpentibus, vertice denudatis pulvere rubiginoso adspersis; ascis clavatis, sporas 8 oblongo-ellipticas multicellulosas limbo lato cinctas foventibus.

Hab. In cortice arborum. Insulæ Philippinenses : Cuming, n° 2170.

1358. T. areolatum M., — l. c., p. 7. — crusta areolata cervina; stromate depresso concolori, tandem elevato deformi nigrescente; perithecis immersis et protrusis aggregatis, ostiolo crasso atro instructis; ascis clavatis amplis cito diffluentibus, sporas 8 fusiformes multicellulosas (*T. Sprengelii* similes) foventibus.

Hab. In cortice. Philippinæ : Cuming, n° 2164.

† 1359. T. meristosporum M. et V. d. B., — *Plant. Jungh.*, mss. — thallo cartilagineo-membranaceo lævigato e glauco stramineo, linea fusca limitato; verrucis crassis mastoideis confluentibusque concoloribus, apice pulverulento ochraceis, submonocarpis; perithecio in quaque verruca magno sphærico atro, ostiolo brevi fusco subprominulo, stromate parcissimo, nucleo albo; ascis saccatis amplissimis; sporas

8 fusiformes utroque fine obtusiusculas multicellulosas, tandem scissura transversali medio bipartitas foventibus.

Hab. In cortice. Java : Junghuhn.

† 1360. T. oligosporum M. et V. d. B. — l. c., mss. — thallo cartilagineo helvolo, tuberculis corticalibus colliculoso, lævigato fusco-limitato; verrucis complanatis ochraceo-pulverulentis confluenti-anastomosantibus vix supra crustam elevatis, sarcocarpio albido, peritheciis fuligineo-conspurcato; peritheciis ovoideo-globosis, ostiolo brevi prominulo fusco instructis; ascis breviter clavatis mono-disporis, sporis cymbiformibus, medio subconstrictis, quadrate multicellulosis.

Hab. Ad corticem. Java : Junghuhn.

1361. Astrothelium sepultum M., — *Cent.* III, n° 96, et *Guy.*, n° 224.—thallo crustaceo cartilagineo e pallide glauco olivaceo effuso; peritheciis piri-aut lageniformibus aggregatis convergentibus, stromate extus intusque pallido amylaceo immersis, ostiolis conicis in os commune albo-nitidum poro fusco pertusum desinentibus; ascis diffluentibus, sporas 2 (?) maximas multicellulosas foventibus.

Hab. Ad corticem, in truncis *Caryophylli aromatici*. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 63, etc.; Surinam : Splitgerber.

* A. conicum Eschw., *Fl. Bras.* — M., l. c., et *Ann.*, 2, XIX, p. 75. Descriptio plurium varietatum hujus speciei valde polymorphæ.

Tribus XII. LIMBORIEÆ.

STRIGULA Fries. illustrat.

Perithecia ovoidea aut subglobosa, carbonacea, leptoderma, atra, farcta, clausa, ostiolo rimoso-inæquabili collabente vel poro simplici pertusa, nucleum e gelatinoso rigescentem, nigricantem, in superficie subfatiscentem includentia. Asci e cylindrico clavati, sporas continuas aut medio septatas foventes. Thallus hypophlœodes, sæpius epiphyllus, in foliis coriaceis inter tropicos vitam degens, paucis exceptis, primo læte viridis, sensim decoloratus, pallidus aut lacteus, margine nudus aut ciliolatus.—Fries, *Syst. Myc.*, II, p. 535, et *Lichen. eur. reform.*,

p. 457. — Montag., *Cuba*, *Crypt.*, éd. fr., p. 130 et suiv., ubi observationes de structura thalli et anamorphosi *Strigularum* legendæ sunt.

Syn. *Stigmatidium* Meyer, *Flecht.*, p. 243, pro parte. — *Verrucariæ* species Eschweil., *in* Martius, *Fl. Bras.*, I, p. 140. — *Cephaleuros* Kunze, *in* Weig., *Surin. exsic.*; anamorphosis.

* Strigula Fée M., — *Cuba*, p. 125 (ubi synon.), t. 7, f. 1. — thallo crasso orbiculari integro vel sublobato interdum concentrice striatulo-zonato; peritheciis sparsis aut centro congestis, poro lato demum pertusis collabentibus; ascis amplis, sporas naviculares biloculares serie duplici foventibus.

Hab. In foliis coriaceis. Cuba : Ramon de la Sagra. — Descriptio et icon analytica.

1362. S. nitidula M., — l. c., p. 139, t. 7, f. 2. — thallo tenui applanato effuso, ambitu repando irregulari confluenti prasino; peritheciis sparsis hemisphæricis nitidulis, poro subtilissimo pertusis; ascis....., sporis minutissimis oblongis subtruncatis.

Hab. In foliis coriaceis, in iisdem cum priore locis : Ramon de la Sagra.

* S. complanata M., — l. c., p. 140, t. 7, f. 3. — Descriptio. — An Phyllocharis complanata Fée, a me haud visa? — Hujusce speciei anamorphosis genus *Cephaleuros* Kze. exhibet!

1363. S. Rotula M., — l. c., p. 142. — orbicularis, applanata, membranacea, tenuissima, albo-punctata, lineis exstantibus radiantibus percursa, demum confluens irregularis; peritheciis dimidiatis thallo elevato verrucoso immersis, caducis; ascis amplis, sporas maximas fusiformes pluriseptatas foventibus.

Hab. Ad folia, in Brasilia : Gaudichaud; in Cuba insula : Auber.

Obs. Adulta *Parmeliam* quamdam refert.

* S. Nemathora M., — l. c., p. 143. — Diagnosis et descriptio.

Syn. *Nemathora argentea* Fée, *Essai*, p. XCIV, t. 2, f. 4 et 8.

1364. S. CILIATA M., — *Cent.* VI, n° 19. — thallo stellato-radiato, initio læte virente tandem niveo, laciniis subcylindricis nodulosis ambitu divergenti-ramosis, margine ciliatis; peritheciis.....

HAB. In foliis *Crossostylis biflorœ*. Taiti : J. LÉPINE, n° 10.

1365. S. MICROTHYRIUM M., — *Cent.* VI, n° 19 bis. — thallo orbiculari convexo integro azono albo-fuscescente; peritheciis minutis dimidiatis complanatis atris, poro lato pertusis; ascis amplis diffluentibus, sporas 8 oblongas medio septatas foventibus.

HAB. In iisdem cum priori foliis. Taiti : J. LÉPINE.

† 1366. S. MELANOPHTHALMUM M., — *in* ZOLLING., *Syst. Verzeichn.*, p. 11, n° 15, et *Plant. Jungh.*, mss. — thallo orbiculari parvulo viridi-pallescente; peritheciis minimis centralibus congestis; ascis deliquescentibus, sporas exiguas oblongas medio septatas foventibus.

HAB. Ad ramos et folia. Java : ZOLLINGER, n° 1129.

1367. LEPRA RHODOCHROA M., — *Guy.*, n° 262. — crusta rosea pulverulenta tenuis nigro-marginata, granulis concoloribus conspersa, irregulariter effusa.

HAB. In cortice. Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* n° 798.

FAMILIA X. COLLEMACEÆ.

TRIBUS I. EUCOLLEMACEÆ.

1368. COLLEMA LURIDUM M., — *Cent.* III, n° 76, et *Bonite*, p. 115, t. 146, f. 3. — thallo membranaceo, humecto gelatinoso olivaceo, sicco rigido fragili lurido subruguloso, subtus cinereo appresse villosulo lobato, lobis linearibus imbricatis sinuatis, ambitu crenulatis; apotheciis sparsis sessilibus tandem planis fuscis, margine crenulato; ascis clavatis, sporas 6-8 ovoideas pellucidas foventibus.

HAB. In muscinis. Ins. Sandwich : GAUDICHAUD.

1369. C. BORYANUM (PERS.) M., — *Ann.*, 3, X, p. 133. — thallo crasso carnoso-gelatinoso glauco-cinereo e centro concreto radiatim laciniato, laciniis dilatatis sinuatis apice obtusis subtus dense fibrillosis cæruleo-atris; apotheciis sessilibus confertis rubricosis, thallo

ruguloso, marginatis; hypothecio lutescente; ascis clavatis 8 sporis, sporis α forma sphærica ad oblongam secundum ætatem variantibus, limbo hyalino cinctis.

Hab. In cortice, ad truncos arborum. Taiti : J. Lépine.

1370. C. opulentum M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 217, t. 13, f. 3. — thallo amplo crasso orbiculato, sicco corneo, madido gelatinoso, e lobis flexuosis dense contextis concretisque apice ascendente multifidis constante, lacunoso-cribroso, sordide flavo-virescente, subtus fibrilloso tomentoso; apotheciis sparsis rubricosis concavis ambitu liberis, margine concolori instructis; ascis clavatis, sporas 8 ovoideas foventibus.

Hab. In muscis, ad imos truncos arborum. Chili : Cl. Gay.

1371. C. proboscidale M., — *Nilgh.*, n° 136. — thallo foliaceo membranaceo orbiculari olivaceo, centro plicato, ambitu sinuato-lobato, lobis erectis undulatis, subtus ruguloso (corr. *Ann.*, ubi anguloso) glabro concolori; apotheciis marginalibus, primo subsessilibus planis, tandem pedicellatis concavis, disco rubricoso; ascis clavatis, sporas 8 elliptico-attenuatas foventibus.

Hab. Ad rupes, in sylvis humidis, prope Ootacamund : Perrottet.

1372. C. platycarpum DR. et M., — *Fl. Alg.*, I, p. 203, t. 19, f. 3. — hypothallo effuso atro; thallo primitus graniformi dein minuto planiusculo tandem imbricato, margine crenato denticulato obscure viridi; apotheciis maximis tandem planis, madidis convexis, margine thallode tenui subintegro cinctis; ascis amplis clavatis, sporas 8 oblongas triseptatas includentibus.

Hab. Ad laterem vetustum, in monte Gourayah, prope Bougie : Durieu.

1373. C. ferax DR. et M., — l. c., p. 206, t. 17, f. 3. — thallo foliaceo membranaceo amplo tenui lævi, ambitu lobato undulato-plicato, lobis crenulatis, sicco obscure plumbeo, madido nigrescente; apotheciis confertis subfuscis planis thallo marginatis tandem amplis, margine thallode tenui granulato; ascis clavatis, sporas 8 oblongo-attenuatas triseptatas foventibus.

Hab. Ad terram, inter et supra muscos montis Bouzaréah : Durieu.

* G. CHLOROMELUM Ach. — M., *Cuba, Crypt.*, p. 110, t. 6, f. 4; descriptio, observationes, et icon analytica cum illa Swartzii parum congruens. Videtur tamen et characteribus et loco eadem species.

1374. LEPTOGIUM BREBISSONII M., — *Canar.*, p. 130. — thallo latissimo orbiculari membranaceo, supra subtusque tenuissime rugoso-plicato, rugis reticulatis, submonophyllo, lobis crassis erectis, margine subintegris sinuoso-gyrosis, sicco atro-viridi, madido glauco-saphirino; apotheciis (in specimine gallico deficientibus) marginalibus concavis demum planis, margine thallode subgranuloso nudove; ascis amplis, sporas 6-8 aciculares longissimas acutissimas decies annulatas foventibus.

HAB. Ad arborum truncos, in Gallia, prope S. Sever : DUFOUR (sub *Collemate rugiuoso*); forêt de Briquebec : DELISE (sub *C. Brebissonii*), in utroque loco sterile; in Canaria; WEBB, DESPRÉAUX; in Nilgherries : PERROTTET; in Surinamo : SPLITGERBER; in Taiti : J. LÉPINE, fertile.

OBS. Le nom sous lequel une espèce a été publiée a pour lui le droit de priorité, mais non ceux qui ont été donnés dans des herbiers ou des manuscrits. FRIES, *Sur les noms des plantes*, trad. de M. DUCHARTRE, *Rev. Bot.*, I, p. 70.

1375. L. RETICULATUM M., — *Cent.* II, n° 86, et *Guy.*, n° 82. — thallo gelatinoso-membranaceo tenerrimo centro affixo, supra plicato-reticulato scrobiculatoque, subtus rugoso, sicco cinereo-plumbeo, humecto diaphano cærulescenti-amethystino; apotheciis raris urceolatis extus carneis, margine crasso, disco rufo; ascis clavatis inter paraphyses lineares nidulantibus et sporas nondum evolutas foventibus.

HAB. Ad cortices arborum. Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* n° 630.

* L. BULLATUM RADDI, sub *Collemate*, cum icone. — M., *Cent.* II, *Ann. sc. nat.*, 2., XVI, p. 113; diagnosis et observationes.

* L. MARGINELLUM Ach., sub *Collemate*. — M., *Cuba, Crypt.*, p. 115, t. 6, f. 2; observationes et icon analytica. Jam antea bis, a celeb. Hoffmanno Swartzioque, at nunquam cum analysi fructus depicta.

1376. L. MARIANUM M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 226. — thallo tenuissimo utrinque glabro atro-virente, ambitu laciniato-lobato, lobis planis

undulatisque; apotheciis sessilibus magnis demum carnosis, margine crasso pallidiori instructis, disco planiusculo; ascis clavatis, sporas 8 cymbiformes multicellulosas hyalinas foventibus.

Hab. Ad cortices, in ins. Sandwich : Gaudichaud; in Juan Fernandez : Bertero.

Syn. *Collema marianum* Pers., *in* Gaudichaud, *Voy. Uran. Bot.*, p. 203.

1377. L. polyschides M., — l. c., p. 227. — thallo tenuissimo imbricato planiusculo acanthiformi, margine apiceque lobato-multifido viridi-cæruleo; apotheciis.....

Hab. Ad cortices. Chili : Cl. Gay.

* L. (Mallotium) Menziesii Ach. — M., l. c., p. 223, t. 13, f. 5.

* L. (Stephanephorus) phyllocarpum M., l. c., p. 221, t. 13, f. 4.

Syn. *Collema phyllocarpum* Pers., l. c., p. 204.

†1378. L. (Stephanephorus) javanicum M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 221. — thallo foliaceo gelatinoso-membranaceo tenerrimo subdiaphano, utrinque lævi plumbeo-fuscescente, ambitu sinuoso-lobato, lobis adscendentibus undulatis integris; apotheciis sparsis, thallo inflato sulcato ad initium pedicellatis, concavis rufis, margine proprio dilutiore carneo—thallode ampliato radiatim plicato bullatoque cinctis (quod nos vernaculo *en cul de poule* vocamus), tandem convexis fuscis; ascis longe clavato-cylindricis, sporas 8 cymbiformes utroque fine acuminato cuspidatas multicellulosas includentibus.

Hab. Ad cortices arborum. Java : Junghuhn et Hb. Miquel.

LVII. OMPHALARIA Dun. et Gir.

Apothecia a thallo formata, primo clausa, dein scutelliformi-aperta, nucleum gelatinosum, tandem explanatum, strato gonimo insidentem includentia. Lamina proligera ex ascis clavatis paraphysibusque filiformibus composita. Sporæ 8 ellipticæ, simplices, ascis inclusæ. Thallus horizontalis, foliaceus, monophyllus, cartilagineus, centro affixus seu peltatus. — M., *Fl. Alg.*, I, p. 201.

1379. Omphalaria Girardi DR. et M., — l. c., p. 199, t. 18, f. a. — thallo coriaceo membranaceo lobato undulato, sicco rigido, madido lento flaccido, intus gelatinoso, supra fuliginoso, subtus æneo, puncto centrali affixo; apotheciis raris sessilibus thallo marginatis, disco rufo-badio; ascis clavatis, sporas 8 continuas foventibus.

Hab. Ad rupes calcarias, prope Monspelium : de Girard; circa Constantine et Oran : Durieu; in Longobardia : Garovaglio.

1380. O. nummularia DR. et M., — l. c., p. 200, t. 18, f. 5. — thallo cartilagineo crasso monophyllo peltato atro, ambitu minutim lobato, lobis imbricatis crenulatis; apotheciis sparsis subglobosis, thallo crasse marginatis, disco planiusculo subfusco; ascis et sporis prioris.

Hab. In Hispania, ad rupes : Léon Dufour, sub *Collemate* mss.; prope Oran : Durieu; ad Genuam : De Notaris.

1381. O. Demangeonii M. et Moug., — *Cent.* VI, n° 76 bis. — thallo parvulo orbiculari cartilagineo submonophyllo peltato, e squamis minutis, centro coalitis, ambitu liberis, imbricatis composito; apotheciis clausis poro tantum apertis; ascis clavatis, sporas 12 ad 16 ovoideo-oblongas continuas hyalinas foventibus.

Hab. Ad rupes cataractarum, in amne la Valogne, in Vogesis : Demangeon. — Moug. et Nestl., *Stirp. Voges.*, n° 1240, sub *Collemate*.

LVIII. MYRIANGIUM B. et M.

Apothecia imperfecta tuberculiformia, immarginata, perfecta vero scutelliformia, a thallo marginata, primo clausa, dein aperta, thalamium includentia crassum, concolor, fuscum, multiloculare, loculo singulo ascum singulum fovente, tandem fatiscenti-pulverulentum. Sporæ 8 oblongæ, octies annulatæ, annulis quadrate cellulosis, pellucidæ, ascis ex ovoideo sphæricis inclusæ. Thallus orbiculatus, tuberculatus aut inæquabilis, ambitu striato-plicatus, gelatinosus, madore turgescens, atro-fuscus, intus pallescens. — M., *Fl. Alg.*, I, p. 213. — B. et M., *Lond. Journ. of Bot.*, *febr.* 1845, p. 72.

1382. Myriangium Curtisii B. et M., — *in* M., *Cent.* VI, n° 70. — thallo plano orbiculari inæquabili, ambitu radioso-plicato, atro-fusco; apotheciis scutelliformibus, margine elevato integerrimo instructis, disco subconcolori; ascis obovato-oblongis, sporas 8 (immaturas) foventibus.

Hab. Ad ramos fruticum Carolinæ : Curtis, Ravenel!

Obs. Hæc est omnium hujus curiosi generis specierum perfectissima.

1383. M. Duriæi M. et B., — l. c., p. 72, et *Fl. Alg.*, I, p. 211, t. 19, f. 2. — thallo e cortice erumpente, orbiculato, convexo-hemisphærico rugoso-granuloso, polycocco, ambitu haud effigurato; ascis sphæricis, sporas 8 oblongas tandem quadrate cellulosas includentibus.

Hab. Ad corticem *Mori*, in Pyrenæis orientalibus, primus (1830) Ipse legi; dein in Algeria, ad corticem Lentisci : Durieu; apud Melodunum : Roussel; tandem in Australia, cum *Myriangio Montagnei* Berk., l.l. c.c. : Drummond.

LIX. MYXOPUNTIA M.

Thallus centripetus, fruticulosus, gelatinosus, cylindraceus, articulato-constrictus, prolifero-ramosus, madidus turgidus, olivaceus, siccitate rugosus rufo-brunneus. Structura *Leptogii*. Apothecia..... — M., *Fl. Alg.*, I, p. 211.

1384. Myxopuntia algeriensis M., — l. c., p. 212, t. 19, f. 1. — Characteres iidem ac generis.

Hab. Inter muscos, ad rupes. Alger : Durieu.

Obs. Structura a Collemate recedens, quare *C. Schraderi* analoga, sed distincta species.

Tribus II. CŒNOGONIEÆ.

* Cœnogonium Linkii Ehrenb., var. Leprieurii M.,—*Guy.*; n° 77. — thallo laxius contexto, excipulo discoque hemisphærico marginem excludente primitus lividis.

Hab. In ramis arborum : Leprieur. — Cfr. etiam *Cubæ Cryptogamiam*, p. 108, ubi observationes ad structuram spectantes inveniuntur.

LX. CHRYSOTHRIX M.

Apothecia sessilia, immarginata, excipulo proprio destituta, plana, thallo vix prominulo cincta. Lamina proligera ex ascis obovoideo-clavatis, sporas subsenas foventibus, constans. Paraphyses nullæ. Thallus glomeratus aut pulvinatus, e floccis ramosis intricatis gonidiisque globosis luteis constitutus. — M., *Fl. Chil.*, VIII, p. 212.

Obs. Genus certe byssaceum, sensu Friesiano, et Cœnogonio proximum.

1385. Chrysothrix noli-tangere M., — l. c., p. 213. — thallo pulvinato vel glomerulato luteo-virescente, fibris tenuissimis ramosis flexuosis laxe contexto, granulis (gonidiis) concoloribus insperso, disco apotheciorum sessili repando carneo-fulvo luteo-pruinoso, tandem depresso, a thallo obtuse obsolete marginato.

Hab. Inter spinas *Cactorum* et in ramis arborum. Coquimbo : Gaudichaud; Quillota : Bertero et Cl. Gay.

Syn. *Cilicia noli-tangere* M., *Ann.*, 2, II, p. 275, t. 16, f. 2.

Tribus III. LICHINEÆ.

1386. Lichina? microcarpa M., — *Guy.*, n° 83. — thallo cæspitoso filiformi-compresso, sicco atro, madido lurido, apice dilatato laciniato, laciniis planis linearibus imbricatis subdigitatis; apotheciis terminalibus minutis concoloribus; fructu.....

Hab. In rupibus circa Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 1340.

* L. pygmæa Ag. — M., *Recherches sur la structure des genres* Sphærophon et Lichina, *Ann.*, 2, XV, t. 15, f. 2, ubi analysis apotheciorum et taxonomia generis Lichinæ, in illo tempore inter algas militantis, reperiuntur.

Classis IV. HYDROPHYCEÆ.

(Algæ Auct.)

Familia XI. PHYCOIDEÆ.

Ordo I. CYSTOSIREÆ.

1387. Sargassum botryosum M., — *Alg. Yem.*, n° *h.* — caule..... (ramis primariis?) filiformi gracili undique vage ramulos e vesiculis foliisque receptaculisque constantes emittente; foliis linearibus longissimis, nervo continuo dentibusque remotis instructis; vesiculis sphæricis piso multo minoribus, petiolo foliaceo ipsis longiore fultis; receptaculis subaxillaribus minutis simplicibus ternisque ex ovoideo lanceolatis verrucosis acutis lævibus.

Hab. In littore Yemensi. Hodeida : Arnaud et Vaysière.

1388. S. Arnaudianum M., — l. c., n° 1. — caule elato compresso virgato-dichotomo, circumscriptione pyramidato aut elliptico, ramis e margine alternis sensim brevioribus; foliis lanceolato-linearibus dentatis, nervo continuo porisque sparsis instructis; aerocystis seu vesiculis globosis petiolo plano fultis; receptaculis subsolitariis minutis oblongis spinulosis; sporis maximis.

Hab. Cum priori : Arnaud et Vaysière.

1389. S. acinaciforme M., — l. c., n° 3. — caule ancipite, ramis e margine plano haud glanduloso egredientibus; foliis acinaciformibus, inferioribus binis cartilagineis latioribus subrepandis, superioribus carnosis longissimis angustissimisque spurie costatis laxissime et obtuse dentatis; vesiculis magnis ellipticis muticis aut mucronatis, cum petiolo cylindraceo-compresso confluentibus; receptaculis axillaribus ramosis brevibus cymosis.

Hab. Cum prioribus : Arnaud et Vaysière.

1390. S. filiforme M., — *Lond. Jour. of. Bot.*, decemb. 1844, p. 660, n° 16. — caule filiformi lævi ramoso, ramis spiraliter alternis; foliis linearibus angustissimis nervosis vix dentatis; vesiculis minutis subsphæricis muticis glandulosis; receptaculis filiformibus racemosis longissimis lævibus torulosis.

Hab. Ad littora insularum Philippinensium : Cuming, n° 2229. — Kg., *Spec.*, p. 614. — J. Ag., *Spec.*, I, p. 346.

1391. S. Gaudichaudii M., — *Bonite*, p. 48, t. 141, et *Cent.* III, n° 52. — caule filiformi striatulo muricato virgato-ramoso; foliis inferioribus lanceolatis obtusis, supremis angustissimis grosse irregulariterque dentatis vesiculisque petiolatis minimis sphæricis, folii apice mucronatis, poros glandulosos elevatos crateriformes sparsos gerentibus; receptaculis subterminalibus oblongis racemosis, foliis vesiculisque immixtis.

Hab. Ad oras Manillæ : Gaudichaud.

Syn. *Carpacanthus Gaudichaudii* Kg., *Spec.*, p. 622. — *Sargassum polycystum*, var. *onustum* J. Ag., *Spec.*, I, p. 311, cum signo interrogationis.

1392. S. oligocystum M., — *V. P. S.*, p. 67. — caule plano lineari ramoso, ramis conformibus; foliis lanceolatis obtusis irregulariter repando-denticulatis; vesiculis raris sphæricis muticis, petiolo plano uninervio suffultis; receptaculis axillaribus cristato-ramosis planis margine dentatis.

Hab. Ad oras sinus Lampoung. Sumatra : Hombron.

Syn. *Carpacanthus oligocystus* Kg., *Spec.*, p. 624.

1393. S. Hombronianum M., — *V. P. S.*, p. 71. — caule filiformi lævi ramoso, ramis alternis; foliis parvis obovato-oblongis, basi obliquis, evanescenti-nervosis vesiculisque minutis sphæricis breviter petiolatis porosis; receptaculis racemosis complanato-triquetris dentatis.

Hab. In mari indico, Australiam inter et Novam-Guineam : Hombron.

Syn. *Carpacanthus Hombronianus* Kg., l. c.

1394. S. heterocystum M., — *Cent.* III, n° 54, et *Bonite*, p. 43, t. 142. — caule filiformi compresso ramoso, ramis spiraliter alternis; foliis membranaceis ex obovato ellipticis seminerviis dentatis; vesiculis eglandulosis magnitudine mire variis; receptaculis quadrialatis, alis spinuloso-dentatis, axillis foliorum aggregatis.

Hab. In mari sinensi Cochinsinam alluente : Gaudichaud.

Syn. *Carpacanthus heterocystus* Kg., *Spec.*, p. 623.

1395. S. Ivani M., — *Cent.* VI, n° 53, et *in* Duchart., *Rev. Bot., nov.* 1846, p. 245. — herbaceo-viride; caule filiformi gracillimo paniculato-ramoso; foliis subsessilibus lanceolatis papyraceo-flaccidis e viridi olivaceis repando-subdentatis, nervo ante apicem evanido percursis, obsolete porosis; vesiculis solitariis sphæricis muticis, petiolo tereti fultis eporosis; receptaculis lateralibus terminalibusque elliptico-triquetris, angulis alatis, alis pro ratione latis membranaceis serratis.

Hab. In canalibus in mare confluentibus. Macao : Ivan.

Syn. *Carpacanthus Ivani* Kg., *Spec.*, p. 623.

1396. S. platycarpum M., — *Cent.* III, n° 51. — caule filiformi angulato lævi ramoso, ramis simplicibus spiraliter alternis sensim brevioribus; foliis anguste lanceolatis petiolatis nervosis, ob poros elevatos seriatos punctatis, sparsim dentato-spinosis; vesiculis nullis; receptaculis compressis oblongis truncatisque margine cristato-dentatis racemosis.

Hab. Ad oras Martinicæ : Duperrey. — J. Ag., *Spec. Alg.*, I, p. 322.

Syn. *Carpacanthus platycarpus* Kg., *Spec.*, p. 623.

1397. S. Vaysierianum M., — *Alg. Yem.*, n° 2. — caule filiformi teretiusculo prolixo, cum ramis conformibus vagis pyramidato; foliis raris et rarissimis, inferioribus basi inæqualibus oblongis, supremis lanceolatis vix repandis papyraceis olivaceis, nervo continuo porisque minutis instructis; aerocystis elliptico-attenuatis muticis aut mucronatis, petiolo plano ipsis æquali aut 4-plo longiori suffultis; receptaculis oblongo-linearibus inermibus, cum vesiculis in racemos axillares dispositis.

Hab. Ad littora Yemensia, prope Hodeida : Arnaud et Vaysière.

1398. S. Boryanum M., — *Fl. Alg.*, I, p. 45, t. 1, f. 3. — caule e basi teretiuscula ramisque virgatis compressis alterne subdistichis lævibus aut muricatis; foliis lineari-lanceolatis basi attenuatis rotundatisve, irregulariter repando-dentatis vel serratis, sparsim glandulosis; vesiculis sphæricis muticis, mucronatis, imo interdum foliolo coronatis, brevius longiusve petiolatis, petiolo planiusculo quandoque apice dilatato serrato; receptaculis teretiusculis ramosis, racemis axillaribus nonnunquam foliolis intermixtis.

Hab. Ad rupes. Alger : Durieu, Bory. — Kg., *Spec.*, p. 613.

Syn. *Sargassum vulgare* var. α, β et δ, Ag., *Spec.*, *Alg.*, p. 3 et 4. — *S. linifolium* J. Ag., *Spec.*, p. 613.

Var *a*, longifolium M., — l. c., — caule simplici longissimo flexuoso vix muricato, circumscriptione late lanceolato; foliis lineari-lanceolatis utroque fine præsertim inferiore attenuatis, repando-vel-erosodentatis fuscis; vesiculis raris, mucrone vel foliolo dentato coronatis, petiolo subtereti longiusculo suffultis; receptaculis ramosis foliis immixtis. An species?

Hab. Cum typo : Bory, Deshayes. — Kg., l. c., p. 614.

Var. *b*, amygdalifolium M., — l. c., p. 5. — caulibus ex eadem basi pluribus brevibus compresso-angulatis flexuosis muriculatis, circumscriptione anguste lanceolatis; foliis petiolatis e basi hinc rotundata, illinc subexcisa lanceolatis obtusiusculis, margine undulato repando-dentatis; vesiculis rarissimis mucronatis; receptaculis ramosis contractis spinulosis.

Hab. Ad rupes. Alger : Bory, Monard.

Syn. *Sargassum amygdalifolium* Bory, ex parte. — *Carpacanthus Turneri* Kg., *Spec.*, p. 624.

Var. *c*, confertum M., — l. c., — caule brevi teretiusculo muricato ramoso, circumscriptione suborbiculari; foliis confertis brevibus lanceolatis undulato-crispulis inciso-serratis; vesiculis crebris muticis, petiolo sursum dilatato margine spinuloso fultis; receptaculis racemoso-contractis.

Hab. La Calle : Durieu; Bone : Steinheil. — Kg., l. c., p. 614.

Syn. *Sargassum vulgare* v. *confertum* Ag., l. c.

Var. *d*, holocarpum M., — l. c., t. 1, f. 3. — subaphyllum; caule teretiusculo elongato, circumscriptione late ovato aut lanceolato, læviusculo; foliis (residuis) lineari-lanceolatis dentatis fuscis; vesiculis fere nullis; receptaculis teretibus filiformibus torulosis divaricato-ramosissimis totos ramos occupantibus.

Hab. Alger : Bory et Roussel. — Kg., l. c.

* S. comosum M., — *Canar.*, p. 185, t. 8, f. 2, *d-g*. — caulibus e stipite cylindraceo cicatricoso oriundis, basi compressis, sursum filiformi-angulatis bipinnato-ramosis, ramis iterum ramulosis, ramulis

spiraliter alternis; foliis dichotome divisis, linearibus aut setaceis, ob nervum præsentem exstantemque triquetris aut planiusculis; vesiculis sphæricis plerumque muticis, petiolo plano suffultis; receptaculis axillaribus cylindraceis tuberculosis, dichotome aut furcato-ramosis, foliolo bracteali simplici stipatis; sporis ovoideis magnis, perisporio amplo receptis, limbo lato cinctis.

Hab. In oris omnium insularum Fortunatarum vulgare, præsertim vero prope portum qui Gando audit, in Canaria : Despréaux, et ad promontorium *Punta de Teno* dictum : Webb et Berthelot. — Kg., *Spec. Alg.*, p. 616.

Syn. *Fucus comosus* Poiret, *Encycl. Méth. Bot.*, *Supplém.*, VIII, p. 375. — *F. Desfontainesii* Turn., *Hist. Fucor.*, III, t. 190. — *Sargassum Desfontainesii* J. Ag., *Spec. Alg.*, I, p. 339.

1399. S. polyporum M., — *Cent.* III, n° 55, et *Bonite*, p. 45. — caule anguloso in spiram contorto, foliis petiolisque vesicularum poris glandulosis innumeris onustis, ramis confertis spiraliter alternis; foliis basi hinc dentatis pinnatifido-laciniatis, laciniis linearibus alternis subintegerrimis, ob poros confertos secus nervum continuum utrinque uniseriales regulariter punctatis; vesiculis pisum æquantibus sphæricis muticis, petiolo longo plano nervoso glanduloso fultis; receptaculis immaturis racemose dichotomis filiformibus subtorulosis.

Hab. In mari Sinensi et prope Macao : Gaudichaud. — Kg., *Spec. Alg.*; p. 607. — J. Ag., *Spec.*, I, p. 346.

S. compactum Bory, — *Coquille*, p. 126, et M., *Fl. Chil.* VIII, p. 234, ubi descriptio. — caule filiformi, undique ramos breves foliosissimos emittente; foliis oblongis vel ovato-lanceolatis undulato-crispis petioloque brevissimo irregulariter dentatis, nervo evanescente percursis, sparsim glandulosis; aerocystis minutis sphæricis muticis, petiolo tereti ipsis breviore fultis; receptaculis teretibus furcato-ramosis cymosis, petiolo vesicularum insidentibus, apice compresso dilatato crasse dentato-spinosis.

Hab. Ad oras Chilenses : d'Urville.

Syn. *Sargassum complicatum* Bory, mss., *in Collectione Urvilliana.*

* S. pacificum Bory, — *Coquille*, p. 123, et M., *Fl. Chil.*, VIII, p. 235, ubi descriptio.—caule filiformi, undique ramoso, ramis adpres-

sis, subpyramidatis; foliis lanceolatis, irregulariter dentatis incurvis, costa integra percursis porisque glandulosis raris sparsis signatis; aerocystis sphæricis, petiolo tereti æquali fultis; receptaculis semel aut bis furcatis, petiolo foliorum insidentibus, oblongo-ovoideis verrucosis; conceptaculis poro amplo pertusis.

Hab. Ad oras Chilenses : Lesson et d'Urville.

* S. gracile J. Ag., *Spec. Alg.*, I, p. 310, et M., *Fl. Chil.*, VIII, p. 236, cum descriptione.

Hab. In littore Chilensi, præsertim ad Conceptionem : d'Urville.

Syn. *Sargassum glanduliferum?* Bory, *Coquille*, p. 125.?— *S. miliaceum* Bory, mss., *in Collectione Urvilliana.!!*

1400. S. megalophyllum M., — *Crypt. Alg.*, n° 171, et *Fl. Alg.*, p. 7, t. 1. — caule tereti filiformi longissimo ramisque virgatis elongatis simplicibus iterumque ramosis dense muricatis, muricibus furcato-subuncinatis; foliis longissime angustissimeque lineari-lanceolatis, inæqualiter serrato-ciliatis, simplicibus bifurcis pinnatifissisve uninerviis porosis; vesiculis sphæricis, adultis muticis, petiolo plano hinc vel utrinque unidentato, tandem filiformi suffultis; receptaculis racemosis brevibus ovato-lanceolatis ramulosis torulosis interdum spinulosis.

Hab. In oris Algeriensibus : Monard, Bory. — Kg., *Spec.*, p. 615.

Syn. *S. linifolium* var. *pinnatifolium* J. Ag., *Spec.*, I, p. 341.

1401. S. polyceratium M., — *Cent.* I, n° 26, et *Cuba*, p. 72, t. 1. — caule angulato muricato; foliis parvulis ovato-oblongis breviter pedunculatis grosse irregulariterque dentato-spinosis, nervo continuo percursis; vesiculis (raris), sphæricis, petiolo foliaceo dentato fultis; receptaculis in racemum subdichotomum foliis vesiculisque immixtum dispositis, filiformibus longissimis subincurvis torulosis spinosisque, spinulis patentibus.

Hab. In littore Cubensi : Ramon de la Sagra.

Syn. *Carpacanthus polyceratius* Kg., *Spec.*, p. 624.

1402. S. cystophyllum M., — *Cent.* III, n° 53, et *Bonite*, p. 46. — caule filiformi compresso nudo, ramis alternis remotis; vesiculis mediocribus sphæricis reticulatis eglandulosis petiolo dilatato suffultis et

foliorum omnino deficientium vice fungentibus; receptaculis linearibus filiformibus furcatis spinulosis ad basin petiolorum sitis.

Hab. Ad oras Manillæ : Gaudichaud. — J. Ag., *Spec.*, I, p. 345.

Syn. *Carpacanthus cystophyllus* Kg., *Spec.*, p. 623.

* S. decurrens (R. Brown.), M.,—*V. P. S.* (1842), p. 73, t. 10, f. 2. — fronde plana lineari costata pinnatifida, pinnis linearibus alternis integerrimis; vesiculis sphæricis receptaculisque racemosis in paniculam elongatam vesiculis foliisque onustam evolutis axillaribus.

Hab. In freto Torres : Hombron.

1403. Carpophyllum macrophyllum M., — l. c., p. 76. — caule plano alato; foliis late lanceolatis subpetiolatis margine serratis pinnatimque laciniatis; vesiculis sphæricis maximis foliiferis receptaculisque minutis paniculato-dichotomis axillaribus.

Hab. In littoribus insularum Auckland : d'Urville. — Kg., *Spec.*, p. 637. — J. Ag., *Spec.*, I, p. 265.

* MARGINARIA A. Rich. restaur.

Radix fibrosa. Frons cartilagineo-coriacea, plana, sursum flabellato-pinnata. Pinnæ lineares aut lanceolatæ, dichotomæ, spinuloso-dentatæ, e margine superiore vesiculas receptaculaque emittentes. Vesiculæ globosæ aut piriformes, petiolatæ, receptacula magna simplicia, cylindracea aut compressa, stipitata, conceptaculis tuberculosa, altero margine pinnularum seu laciniarum frondis seriatim affixa. Conceptacula globosa ellipticave plus minus exstantia, poro hiantia. Sporæ magnæ, obovoideo-piriformes. — M., *Prodr. Phyc. Antarct.*, p. 10, et *V. P. S.*, p. 77, t. 2 et 3 (1842-1845).

Obs. Viro false insimulato culpam imaginariam æque ac immeritam diluere refellereque liceat. Celeb. J. Agardh (*Spec. Alg.*, I, p. 255 (1848) his verbis me carpit : « Montagne, qui » dein (post A. Rich.) de his plantis scripsit et diversitatem » Marginariæ atque Scytothaliæ exposuit, *de evolutione unila-* » *terali segmentorum Marginariæ nihil attulit.* » Quod si phy-

cologus eruditissimus causam putavisset, quæ in extremâ parte observationum ad hoc genus spectantium monui, cur attente legeret, certo certius nunquam illo animus fuisset me tantæ prætermissionis arguere. Sic enim (*V. P. S.*, l. c., 1842-45) de hac re satis clare elocutus sum : «Le genre *Marginaria* offre enfin une particularité remarquable dans le mode de division de ses lanières ou pinnules, et qui tient probablement à la disposition essentielle des réceptacles sur le bord supérieur de ces divisions. Celles-ci poussent donc uniquement de leur bord inférieur, ou, pour parler plus exactement, de leur côté extérieur, des pinnules semblables à elles-mêmes, mais plus courtes et placées de distance en distance, de sorte qu'on peut les dire tournées du même côté (extrorsum secundæ). »

* Marginaria Urvilliana A. Rich. — M., *V. P. S.*, p. 80, t. 3, f. 1. Descriptio et icon fructus analytica, qui nondum innotuerat. — Kg., *Spec.*, p. 637. — J. Ag., l. c., p. 257.

* M. Boryana M., — l. c. p. 82, t. 2, et t. 3, f. 2. — fronde compresso-plana distiche pinnata pinnisque corneo-cartilagineis linearibus longissimis secunde divisis fusco-nigrescentibus, margine subdenticulato undulatis; vesiculis oblongis receptaculisque cylindricis subulatis, siliquæformibus, sescuncialibus, vix torulosis, marginalibus.

Hab. In rupibus insulæ Leyden, in ipso ore portus Bataviæ : Hombron. — Kg., *Spec.*, p. 637. — J. Ag., *Spec.*, I, p. 256.

Syn. *Sargassum Boryanum* A. Rich., *Astrol.*, II, p. 138.

1404. Scytothalia Jacquinotii M., — l. c., p. 86, t. 5. — fronde elongata coriacea lineari plana dichotoma, laciniis pinnatifidis, pinnulis alternis oblongis, axillis rotundatis; vesiculis globosis axillaribus; receptaculis marginalibus linearibus simplicibus aut rarissime racemosis sulcato-rugosis.

Hab. Ad terram Louis-Philippe : d'Urville. — J. Ag., *Spec.*, I, p. 259.

Syn. *Marginaria Jacquinotii* Kg., *Spec.*, p. 637.

* Hormosira Billardierii M., *V. P. S.*, p. 62, cum observationibus.

Syn. *Fucus moniliformis* Labillard. — *Moniliformia Billardieri* Bory.

* Cystosira concatenata Ag. — M., *Fl. Alg.*, p. 15, t. 6, icon analytica.

* C. Montagnei J. Ag. — M., l. c., p. 13, t. 4, f. 2.

Syn. *C. granulata*, var. *Turneri* M., *Crypt. Alg.*, n° 170, non Meneghini.

* C. opuntioides Bory. — M., l. c., p. 14, t. 5, f. 1; descriptio et icon analytica.

* C. abrotanifolia Ag. — M., l. c., p. 19, t. 7; icon analytica et observationes.

* C. amentacea Bory. — M., l. c., p. 10, t. 2, f. 2, icon analyt. typi et var.

Var. *a*, stricta M., l. c., atra, spinis confertis strictis julum elongatum cylindricum echinulatum nudumve constituentibus.

Var. *b*, laxa, fulvo-brunnea, spinis laxiusculis patenti-incurvis recurvisve in receptaculum ovoideum coalescentibus.

Hab. Typus, ad rupes, Alger, Cherchell : Durieu, Bové; ad Massiliam : J. Agardh; ad Niceam et insulam Capriariæ : Dntrs. — Var. *b*. In littore Peloponesiaco, cap Matapan : Bory.

* C. crinita (Desf.) Duby. — M., l. c., p. 12, t. 3, f. *a-b*; excl. *d*, quæ receptacula *C. barbatæ* magn. natur. offert.

Ordo II. FUCEÆ.

1405. Fucus limitaneus M., — *Syn. Fl. Canar.*, mss. — pusillus, vix digitalis; fronde simplici aut a basi ramosa, evesiculosa, poris pertusa, ad receptaculum sæpe reducta.

Hab. Ad rupes maritimas Canariæ : Webb et Berthelot.

Syn. *F. vesiculosus*, var. *limitaneus* M., *Canar.*, p. 139, ubi descriptus.

LXI. XIPHOPHORA M.

Frons sterilis, ex qua surgit fertilis, dichotoma, huic brevior, compressa, flexuosa (*en zigzag*), apice truncata. Pars maxima frondis in receptaculum planum, elongatum, dichotomum, papulosum, apicibus incurvis xiphoideis insigne, abiens. Conceptacula per totam frondem fertilem sparsa, immersa, sphærica, poro hiantia, intus fructum dimorphum foventia; in altero scilicet observantur sporæ obovatæ, luteo-brunneæ, limbo hyalino cinctæ, e cellulis parietalibus ortæ, paranematibus gracilibus simplicibus articulatis stipatæ; in altero, fila ramosa, articulata, articulo extremo vesiculam oblongam granulis faretam, in antherozoidia tandem mutandis referente. Habitus *Fuci*, receptaculum *Himanthaliæ*. — M., *Prodr. Phyc. Antarct.*, p. 12, et *V. P. S.*, p. 55, observationes (1842).

Syn. *Fucodium* J. Ag., *Spec.*, I, p. 200 (1848).

Xiphophora Billardierii M., — *V. P. S.*, p. 59, t. 7, f. 1. — fronde brevi enervi receptaculoque elongato tuberculoso compressis dichotomis, segmentis frondis flexuosis truncatis, receptaculi incurvis obtusis.

Hab. Ad oras insularum Auckland : Hombron. — Descriptio et analysis utriusque fructus.

Syn. *Fucus gladiatus* Labill., *Pl. Nov. Holl.*, t. 256. — *Himanthalia gladiata* Kg., *Spec.*, p. 587. — *Fucodium gladiatum* J. Ag., l. c., p. 202.

Ordo III. SPOROCHNEÆ.

1406. Desmarestia Gayana M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 242, t. 14, f. 1. — fronde plana deorsum cornea, sursum membranacea cartilaginea angustissima costata, distiche decomposito-pinnata, pinnis conformibus subdistantibus oppositis patenti-erectis obtusis, margine obtuse dentatis, penicillorum (an fructus in endochromatibus evolvendus?) filis callithamnoideis roseis.

Hab. Ad oras insulæ Chiloe : Cl. Gay.

1407. D. PINNATINERVIA M., — *Cent.* III, n° 57, t. 7, f. 2. — fronde stipitata tenuissime membranacea latissima, margine denticulis distantibus instructa, nervo pertenui longitudinali aliisque transversis oppositis parallelis percursa.

HAB. Ad oras Hispaniæ. S. Sébastien : IPSE. — J. AG., *Spec.*, p. 170; KG., *Spec.*, p. 572.

OBS. Meo judicio ab omni varietate *D. herbaceæ* specifice distincta.

SYN. *D. Dresnayi* LAMX., var. *simplex* ex CROUAN, *Alg. Mar. du Finist.*, n° 95.

1408. D. PERUVIANA M., — *Cent.* I, n° 24, et *Fl. Boliv.*, p. 35, t. 5, f. 3. — fronde plana membranacea ecostata, margine dentata, tripinnata, pinnis pinnulisque oppositis lanceolatis; substantia membranacea arcte chartæ adhærente.

HAB. In littore, juxta Callao : DU PETIT-THOUARS. — KG. *Spec.*, p. 571. — J. AG., l. c.

1409. D. ANCEPS M., — *Prodr. Phyc.*, p. 13, et *V. P. S.*, p. 51. — fronde cartilaginea ancipite flabelliformi-tripinnata, pinnis pinnulisque oppositis carnosis lanceolatis dentato-spinulosis.

HAB. Mari antarctico terram Louis-Philippe alluenti innatans : D'URVILLE. — KG., l. c. — J. AG., l. c.

† 1410. SPOROCHNUS BOLLEANUS M. mss. : radice discoidea stuposa; fronde tereti ramosissima; receptaculis elliptico-subpiriformibus in pedicellum ipsis triplo longiorem abrupte attenuatis; sporis minutis ad paranemata apice globoso-obovoideo vesiculifera sparsis oblongo-attenuatis 1-2 bracteolatis.

HAB. Ad rupes insulæ *de los Lobos*, in Canariis : BOLLE.

DESC. Frons cylindracea, sesquipedalis et ultra, pennam anserinam ad basin, ubi in discum parce stuposum dilatata,—cæterum corvinam crassa, ramosissima. Rami virgati, inferiores longissimi, sensim ascendendo breviores, iterum ramosi, eamdem crassitudinem fere ad apicem servantes. Receptacula oblonga aut breviter piriformia, millimetro et quod excedit vix longiora, pedicello 3-5 millimetra metiente suffulta, in sicco sub apice constricta. Sporæ, pro ratione magnitudinis algæ, minutæ, oblongo-attenuatæ seu clavæformes, $0^{mm},025$ longæ, centimillimetrum in parte incrassata diametro haud superantes, granulosæ, olivaceæ, haud confertæ, ad genicula paranematorum dispositæ

et filis seu bracteolis tenuissimis concomitatæ. Paranemata quartam millimetri partem longa, valde ramosa, articulata. Articuli cylindrici, extremo, qui cellulam globosam obovoideamve vesiculiformem refert, excepto.

Obs. Habitu, ramificatione, formaque receptaculi, capsulæ *Leptostostomi erecti* R. Brown simillimi, a congeneribus valde discrepat.

Paucis abhinc diebus, quum jam codex mss. hujusce familiæ in eo esset, ut typis traderetur, in meas manus casu fausto inciderunt *Algæ Müllerianæ* a cl. Sonder in *Linnæa* X, 4, p. 510, 1854, elaboratæ atque descriptæ. Cl. auctor ibidem nimis expedite, mea quidem sententia, statuit, ut hic noster cum *Sporochno radiciformi* una et eadem sit species. Probabile est autem virum celeberrimum ab ipso inventore specimina Algæ canariensia accepisse. Dubium est vero utrum phycologo laudato contigeret necne ut videat exemplaria authentica plantæ Browniauæ. *Sporochnus Bollei* enim a *S. radiciformi* (Cfr. iconem Turneri, *Hist. Fucor.*, t. 189) non solum habitu, magnitudine, ramificatione frondis, forma et dimensione receptaculorum, etc., characteribus scilicet sub oculos uniuscujusque cadentibus, sed etiam notis microscopicis, exempli gratia ramificatione diversissima paranematorum toto cœlo differt. Si igitur hæc organa comparandi causa investigamus, illa *S. Bollei* autem graciliora, ramosiora, e quoque fere geniculo sporas fusiformes granulosas obtusas, ramulo singulo vel duplici hyalino bracteolatas promentia, contra vero illa *S. radiciformis* minora minusque ramosa, sporas nudas, nempe ebracteolatas, non nisi ad basin procreantia, videbimus. Hæ differentiæ tam graves, *meo sensu*, *aciem oculorum cujusvis utramque algam intuentis*, *multo* magis funditus scrutantis vix effugere potuerunt.

Facilius enim profecto, voce *videtur* interjecta, botanicos in dubitationem de legitimitate et autonomia cujusdam speciei adducere, quam rationes dubii afferre firmissimas.

Si tandem cum alia nostram speciem componere licet, magis affinem esse *Sporochno Gærtneri* quam *S. radiciformi* illam fateri debemus, quamvis ab utraque, habitu notisque e fructu depromptis, hinc minus fallacibus, facillime diagnosci possit.

Ordo IV. LAMINARIEÆ.

1411. Lessonia Berteroana M., — *Cent.* III, n° 56, et *Fl. Chil.*, VIII, p. 253. — stipite lignoso compresso, in segmenta secunda plana

pluries dichotome diviso, segmentis membranaceis lanceolato-ensiformibus angustis glanduloso-subdentatis basi apiceque attenuatis; sporis clavatis apice acuminatis, perisporio conformi inclusis.

Hab. Ad oras Coquimbo : Bertero et Gaudichaud. — Kg., l. c., p. 582.

Syn. *Chordaria spicata* Suhr, *Flora*, 1830, f. 41, non bona. — *Lessonia Suhrii* J. Ag., *Spec.*, 1, p. 150.

1412. Macrocystis Orbigniana M., — *Sert. Pat.*, p. 12, t. 1, et t. 2, f. 1 (structura caulis). — caule tereti; foliis anguste ensiformibus obsolete undulato-rugulosis in vesiculam elongato-clavatam, ipsorum basi duplo latiorem, longissime attenuatis.

Hab. Ad oras Patagoniæ : Alc. d'Orbigny; in freto Magellanico, et ad oras Australiæ. — Kg., l. c., p. 583. — J. Ag., l. c., p. 158.

Syn. *M. Dubeni* Aresch., *Icon.*, I, t. 10, fide Ag. jun. et iconis.

LXII. CAPEA M.

Sori maculæformes, elongato-elliptici, prominuli, amphigeni, obscuriores, intensius scilicet colorati, juxta basin pinnularum folii primarii seu laminæ collocati. Sporæ oblongo-clavæformes, granulosæ, lutescentes, perisporiis inclusæ hyalinis et inter paranemata cuneiformia inarticulata dense stipatis. Frons stipitata, fulcris radiciformibus instructa, coriaceo-membranacea, mox in laminam expansa simplicem, lanceolatam, margine discoque spinulosam tandem pinnato-compositam, pinnis patenti-decurvis. Pinnulæ non a scissura laminæ, sed ab evolutione normali incrementoque ipsarum spinularum, quibus ejus margines instructi sunt, originem ducunt. Hac præsertim nota ut et fructificationis forma, illæ *Macrocystidis* simillima, nititur character diagnosticus.

Genus hocce novum nomine viri ornatissimi amicissimique P.-A. Cap, pharmacopolæ lectissimi, Academiæ Imperialis Medicinæ Pariensis socii, ornatum volui, ut mea erga illum benevolentia omnibus sicut illi ipsi manifestius pateat. — M.,

Considér. sur la trib. des Laminariées et établiss. du genre Capea, *Bull. Soc. Phil.*, 11 juill. 1840, et *Ann.*, 2, XIV, p. 48, et *Canar.*, p. 140, t. 7. — Kg., *Spec.*, p. 578.

Syn. *Ecklonia* J. Ag.

* Capea exasperata M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 256. — stipite tereti aut compresso brevi, in laminam ovato-lanceolatam pinnatim decompositam expanso, pinnulis appressis linearibus aut ellipticis margine superficieque spinulosis.

Hab. Hanc algam ad littora Chilensia primus omnium legit celeb. navarchus Dumont-d'Urville; postea ad promontorium Gorgoneum (*Cap-Vert*) prope pagum *Dutur*, rupibus nunquam recessu maris nudatis adnascentem perfectamque, sterilem vero, julio 1827, legit Leprieur; tandem ad rupes maritimas insulæ Canariæ specimina fructifera a Despréaux lecta sunt.

Syn. *Capea biruncinata* Montag., *Canar.*, p. 140, t. 7. — Hook. fil. et Harv., *Crypt. Antarct.*, p. 160. — Kg. l. c., — *Laminaria biruncinata* Bory, *Coquille*, p. 101, t. 10. — *Ecklonia exasperata* J. Ag., *Spec. Alg.*, 1, p. 146.

Obs. Non dubium mihi nunc est quin hic lateant duæ species distinctissimæ.

* Laminaria cæpestipes M., — *Sert. Patag.*, p. 11, t. 2.

Hab. Ad rupes maritimas insularum Maclovianorum (*Malouines*) specimen perfectum at junior : Gaudichaud.

Syn. *Durvillea utilis* Bory, *Coquille*, p. 65, t. 1, et 2, f. 1. — Kg., *Spec. Alg.*, p. 585. — J. Ag., l. c., p. 188.

* L. reniformis Lamx. — M., *Fl. Alg.*, p. 22, t. 8; icon analytica et descriptio vernacule conscripta.

Syn. *L. brevipes* C. Ag., *Spec.*, 1, p. 116, et J. Ag., l. c., p. 133.

1413. L. elliptica M., — *Fl. Alg.*, p. 24, t. 9, non C. Agardh. — coriacea; stipite e tereti compresso brevissimo, deorsum in discum integrum aut ambitu attenuato-repandum dilatato et in laminam crassam ellipticam integram tandem lacerato-fissam, e fusco-luteo olivaceam punctatam sursum abeunte.

Hab. In littore Algeriensi, in primis loco *la Cortadura* dicto : Bory, Monard, Roussel.

Obs. Si *Laminariæ brevipes*, *purpurascens* et *reniformis* inter se non differunt, liceat mihi a celeb. J. Agardh postulare ut benigne rationem reddere velit cur, nomine antiquiori Lamourouxii spreto, derelicto, ne in synonymia quidem memorato, posterius admiserit? Præterea auctor laudatus immerito, mea saltem sententia, conjungit *Laminariam ellipticam* meam, quæ fronde coriacea, crassissima stipiteque discoideo-affixo gaudet cum *Laminaria reniformi* Lamx., cui frons est papyracea et stipes fibris ramosis adhærens, species scilicet ita dissimillimas ut cl. Le Jolis, monographus hujus generis peritus, Laminariam algeriensem paucis abhinc diebus intuens in meo phycophylacio, illam se haud novisse unquam ingenue confessus sit.

Quum vero algam ill. ejus Patris, quæ secundum eum formam quamdam *Laminariæ* (Saccorhizæ) *bulbosæ* sistere videtur, in plantam algeriensem a me eodem nomine nuncupatam haud agnoverit, eamdem legitimam autonomamque habere statui.

Ordo V. DICTYOTEÆ.

1414. Haliseris plagiogramma M.,—*Cent.* 1, n° 25, et *Cuba*, p. 63, t. 3, f. 3. — fronde lineari dichotoma integerrima, lineis exstantibus obliquis parallelis a costa ad marginem utrinque percursa; soris ad costam aggregatis.

Hab. Ad oras insulæ Cubæ : Ramon de la Sagra.—Kg., l. c., p. 563. — Aresch, *Icon.*, t. 8. — J. Ag., *Spec.*, 1, p. 119.

1415. Dictyota phlyctænodes M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 260. — fronde e basi plana stuposa, tenuissime membranacea, e luteo olivacea, irregulariter dichotomo-flabellata, segmentis linearibus obtusis emarginatis, margine grosse eroso-dentatis; soris antheridiophoris (?) confertis oblongis confluentibusque pustulosis; antheridiis (?) clavatis apice truncatis polygonimicis.

Hab. Ad oras insulæ Juan Fernandez : Bertero.

Obs. Confer Thuret, *Sur la fécond. des Fucacées*, *in Ann.*, 4, III, p. 8.

1416. D. spiralis M., — *Fl. Alg.*, p. 29. — fronde membranacea a basi spiraliter torta lineari dichotoma, margine ramentacea, seg-

mentis æqualibus integerrimis, supremis longissimis rotundato-obtusis; sporis et filis articulatis in soros minutos seorsim aggregatis et in utramque paginam longitrorsum effusis.

Hab. Ad Pointe-Pescade, prope Alger : Bory ; La Calle : Durieu. — Kg., *Spec.*, p. 555. — J. Ag., *Spec.*, I, p. 93.

* D. dentata Lamx., *Essai*, p. 58. — M., *Cuba, Crypt.*, p. 65, cum descriptione et observationibus.

* HYDROCLATHRUS Bory. emend.

Frons membranacea, primo viridi-olivacea, convexa, hemisphærica, hinc inde foraminibus eximie orbicularibus magis magisque dilatatis pertusa, clathrato-reticulata, tandem ob margines foraminum involutos incrassata retemque irregularem fuscescentem subexplanatam referens. Sporæ minutæ globosæ in soris minimis punctiformibus sparsis innatis aggregatæ, filis clavatis articulatis stipatæ. — Montag., *Fl. Alg.*, p. 35.

« This is a very remarkable plant, and of so peculiar a habit, as well as distinct structure, that I can hardly imagine a person who has had opportunity of seeing it alive on its native rocks, placing it in the same genus with *Asperococcus sinuosus*. » Harvey, *Nereis Bor. Amer.*, part. I, p. 119.

* Hydroclathrus cancellatus Bory. — M., l. c., p. 36. — Harv., l. c., p. 120, t. 9, A, *cum* descriptione bona et absoluta.

Syn. *Asperococcus clathratus* J. Ag. et Kg.

Ordo VI. SPHACELARIEÆ.

† 1417. Cladostephus Bolleanus M., mss. : fronde solida setacea, pedali, virgato-ramosissima, rigida fragili, spurie articulata, basi denudata, rufo-brunnea, ramis patenti-erectis ramulisque furcatis, ramentis brevibus æqualibus pinnulatis apice nec incrassatis nec incurvis densissime vestitis ; articulis frondis ramentorumque diametro æqualibus.

Hab. In portu Arecifæ insulæ Lancerotæ : Bolle.

Obs. Frons colore fulvo insignis, 3 decim. et ultra longa, seta porcina basi crassior, sensim ad apicem usque attenuata, di-trichotoma, divisionibus ascendentibus, ultimis subulatis. Ramificatio autem *Cladostephi myriophylli*, ramenta *Cladostephi spongiosi*, ita ut media inter utramque speciem dici possit, rectitudine tamen et crassitudine eorumdem dimidio minore, articulis diametro æqualibus, haud duplo brevioribus, fragilitatem totumque habitum ut taceam, toto cœlo ab utraque diversa. Hancce nostram *Cladostepho tomentoso* Kuetzg. affinem quum censerem, celeberrimum amicum, specimine in litteris misso, qui se algam canariensem haud agnoscere et eam ab illa, cui æquipararem prorsus alienam denuntiavit, consulere curavi.

1418. Sphacelaria compacta Bory, inss. — M., *Fl. Alg.* p. 40, *Atl.*, t. 5, f. 2. — fusco-nigrescens; radice frondibusque vage ramosis basi stuposis, ramis circumscriptione obovatis compactis fuscis tomentoso-spongiosis, basi radicellas et undique (nec distiche) ramellos breves spinulosos emittentibus, supremis longe sphacelatis; articulis diametro duplo brevioribus multistriatis.

Hab. In oris Algeriæ, loco *Fort des Anglais* dicto : Bory de Saint-Vincent. — J. Ag., *Spec.*, I, p. 37.

Syn. *Styocaulon compactum* Kg., *Spec. Alg.*, p. 467.

Obs. Præter sic dictas sphacellas terminales congestasque, ad basin ramorum inveniuntur spinellæ, quarum ultimus articulus in sporam fuscam globulosam mutatus est. An verus fructus?

1419. S. divaricata M., — *Cent.* VI, n° 54. — fronde minutissima olivacea virgato-ramosa, ramis dichotomis divaricatis obtusis, articulis inferioribus tristriatis diametro æqualibus, ramulorum confervoideis subduplo longioribus.

Hab. Ad Sargassa, in freto Torres : Le Guillou.

1420. S. funicularis M., — *Prodr. Phyc.* et *V. P. S.*, p. 38, t. 14, f. 1. — fronde stuposa caulescente ramosa, ramis conformibus subverticillatis fasciculatisque, ramellis distiche pinnatis, pinnulis apice sphacelatis dichotomis fastigiatis; articulis diametro dimidio brevioribus, striis 5-6 notatis.

Hab. In littore insularum Auckland, ad Akaroa Nov. Zeel.: d'Urville et Hombron. — J. Ag., *Spec.*, I, p. 38.

Syn. *Stypocaulon funiculare* Kg., l. c.

1421. S. BRACHYGONIA M., — *Cent.* IV, n° 69. — cæspitulosa, parvula; filis vage ramosissimis, ramis supremis subfasciculatis fastigiatis apice sphacelatis; articulis diametro plus quam dimidio brevioribus 4-8-siphoniis, medio obscure fuscis, geniculis pellucidis.

HAB. Ad littora insulæ Divæ Catharinæ, Brasilia : GAUDICHAUD. — KG., *Spec.*, p. 464. — J. AG., *Spec.*, I, p. 39.

ORDO VII. CHORDARIEÆ.

Cfr. Observationes ad *Chordariam* et *Mesoglœam* a se invicem discriminandas spectantes in M., *Bonite*, *Crypt.*, p. 18 et sq.

1422. MESOGLŒA BRASILIENSIS M., — *Bonite*, p. 28. — fronde subcartilaginea cylindrica atrovirente, a basi irregulariter ramosissima, ramis elongatis alterne ramulosis, contextu filiformi centro densissime intricato, filamentis irradiantibus longissimis eximie cylindricis subramosis æqualibus articulatis; articulis diametro sublongioribus, propagula (*Antheridia!*) lanceolata singula vel plura longissime superantibus.

HAB. In littore Brasiliensi : GAUDICHAUD. — J. AG., *Spec.*, I, p. 58.

SYN. *Thorea americana* KG., *Spec* , p. 534.

1423. M. MICROCARPA M., — *Lond. Journ. of. Bot.*, dec. 1844, p. 660. — fronde gelatinosa lubrica, a basi ramosissima, ramis virgato-dichotomis sensim attenuatis, ramulis lateralibus subulatis obsessis; sporis piriformibus omnium congenerum minimis, prope apicem filorum positis.

HAB. Ad oras insularum Philippinensium : CUMING, n° 2221. — J. AG., l. c., p. 59. — KG., *Spec.*, p. 546.

1424. CHORDARIA ERYTHRÆA M., — *Cent.* VI, n° 74. — fronde cylindracea, mucoso-gelatinosa, basi verrucis confluentibus tuberculosa, luteo-viridi, dichotomo-ramosissima, ramo altero breviore, axillis rotundatis, filis periphericis subsimplicibus; articulis inferioribus subcylindricis, superioribus brevioribus sphæricis; sporis piriformibus.

HAB. In mari Rubro : LALLEMAND.

1425. CHORDA RIMOSA M., — *Prodr. Phyc.* et *V. P. S.*, p. 44. — fronde carnoso-membranacea nigra tubulosa contorta, intus nonsep-

tata, spiraliter plicato-rugosa, hinc inde rimis pertusa, filis clavatis simplicibus et articulatis basi sporam obovatam gerentibus tota vestita.

Hab. In littore insularum Auckland : D'Urville.—Kg., *Spec.*, p. 548.

Ordo VIII. BATRACHOSPERMEÆ.

1426. Batrachospermum Requienii M., — *Cent.* IV, n° 72. — æruginosum; fronde crassa cylindrica subpinnato-virgata ramisque æqualibus patenti-erectis ceratoideis calce incrustatis apice obtusis, verticillis omnibus confluentibus.

Hab. Ad Fucos, in mari Rubro : Requien.

Syn. *Trichoglæa Requienii* Kg., *Spec.*, p. 544.

1427. B. cayennense M., — *in* Kg., l. c., p. 537. — vage ramosissimum, purpurascens, verticillis primariis remotis nodiformibus, ramulorum confluentibus subcontinuis, interstitiis frondis primariæ ramelliferis.

Hab. In aquis dulcibus rivulorum, circa Cayennam : Leprieur.

Syn. *B. moniliforme*, var. *guyanense* M., *Cent.* II, n° 8.

1428. B. excelsum M., — *Guy.*, n° 20. — maximum, cæruleo-viride; fronde crassa ramosissima, ramis alternis patenti-erectis iterum et iterum ramosis, ramulis verticillatis cymosis subflabellatis.

Hab. Ad caules plantarum in flumine Oyak immersos. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 1104.

1429. B. torridum M., — l. c., n° 21. — elatum, gracile, cærulescens; fronde setacea irregulariter virgato-ramosa, ramis inferioribus longissimis, verticillis ellipticis distinctis ramulorum confluentibus; sporarum glomerulo inter ramellos verticillorum ad genicula sessili.

Hab. Ad rupes, in aquis rivuli, prope montem *Tigre*. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 833.

1430. B. macrosporum M., — l. c., n° 22. — procerum, plumbeo-griseum; fronde setacea tandem denudata, vage ramosissima, ramis longis et brevibus intermixtis patenti-erectis, verticillis turbinatis aut (in ramulis) subconfusis; sporarum maximarum glomerulo stipitato, stipite articulato.

Hab. Lignis adhærens in fundo fluminum Orapu et Comté : Leprieur, *Coll.* n° 1105.

1431. B. oxycladium M., — l. c., n° 23. — atro-cæruleum; fronde capillari laxe virgato-ramosa, ramis longissimis e quoque geniculo breves et alternos ramulos oppositosque patentes conicos vel lanceolatos emittentibus, verticillis ramorum sphæricis subdistantibus, ramulorum confluentibus.

Hab. Ad truncos arborum, in medio flumine La Comté. Cayenna ; Leprieur, *Coll.* n° 1106.

1432. B. nodiflorum M., — l. c., n° 24. — elatum, gracillimum, atro-cærulescens; fronde setacea basi denudata irregulari modo ramosissima, ramis virgatis ramulos breves patentes incurvos aut recurvos apice subincrassatos proferentibus, verticillis omnibus confusis; glomerulo sporarum subgloboso nudato.

Hab. Ad rupes, in rivulo montis *Tigre* prope Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 1107.

1433. B. equisetifolium M., — l. c., n° 25. — minusculum, capillaceum; fronde violacea basi ramosiuscula, sursum subsimplici; articulis diametro 4plo longioribus, verticillorum ramellis omnibus incurvis; fructu.....

Hab. Ad rupes, loco *Crique-Gravier* dicto, in montibus *Kau* Guyanæ: Leprieur, *Coll.* n° 1109.

1434. B. ambiguum M., — l. c., n° 27. — fronde primaria fusca, verticillis globosis subconfluentibus cæruleo-violaceis; sporarum glomerulis frondi sessilibus crassis numerosis.

Hab. Radicibus vulgo aereis dictis, in flumine Orapu, adhærens : Leprieur, *Coll.* n° 1110.

1435. B. vagum Ag., var. guyanense M., — l. c., n° 26. — fronde setacea æruginosa virgato-dichotoma; articulis 8plo-3plo diametrum superantibus, verticillorum fere omnium confusorum filamentis ovoideo-moniliformibus, apice botryoideo-proliferis.

Hab. In aquis dulcibus fluentibus. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1103.

1436. Liagora decussata M., — *Cent.* VI, n° 58. — fronde calce incrustata filiformi tereti virgato-ramosa, ramis oppositis, ramulis decussatis erectis subulatis, apice nudo vinoso-lilacinis.

Hab. Ad oras insulæ S. Vincent. Cap-Vert : Hb. Webb. — Item in insula S. Nicolai, una ex Gorgoneis, ad littus *de Prainha* dictum : Bolle. — Kg., *Spec.*, p. 538. — Barker Webb, *Spicileg. Gorgonea* in Hook., *Niger Flora*, p. 196.

Obs. Facies *Taxi baccatæ*.

Trentepohlia polycarpa N. et M., — *Ann.*, 2, V, p. 75.

Syn. *Mycinema flavum* Hook. et Arn. — *Chroolepus flavum* Kg., l. c., p. 428, et *Tabul. Phycol. Band* IV, p. 22, t. 96, f. 1.

1437. Thorea chilensis M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 270, t. 15, f. 2. — fusco-virens; fronde a basi ramosa gelatinosa crassa apice ramulosa, longe villosa; sporis ex ovoideo ellipticis axillaribus lateralibusve.

Hab. In aquis (an dulcibus?) Chiles : Cl. Gay.

Ordo IX. ECTOCARPEÆ.

1438. Ectocarpus spinulosus M., — *Cent.* II, n° 5, et *Guy.*, n° 28. — filis a basi ramosis, ramis erectis longis distiche ramulosis, ramulis inæqualibus patentibus brevibus spinæformibus alternis oppositisque, ultimis secundis; articulis diametro sesquilongioribus; antheridiis? axillaribus oblongis pedicello suffultis uniarticulato.

Hab. Ad scopulos. Mont-Joli, prope Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 358.

1439. E. Berteroanus M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 272. — pygmæus; filis intricatis crassis parce ramosis, ramis alternis erectis abbreviatis; articulis fili primarii diametro subduplo longioribus, ramulorum æqualibus ad septa leniter constrictis; antheridiis lanceolatis sessilibus obtusiusculis multicellulosis.

Hab. Ad oras Chilenses, in *Corallina Berteroana* : Bertero.

1440.? E. minutulus M., — *Cuba*, p. 69. — filis capillaceis vix semuncialibus a basi ramosissimis, ramis alternis elongatis corymbosis ramulos breves simplices secundos oppositosque emittentibus;

articulis fili primarii et ramorum diametro duplo triplove longioribus, ramulorum subæqualibus; fructu..... Color glauco-viridis.

Hab. Ad Algas majores, in portu Havanensi : Ramon de la Sagra. — Kg., *Spec. Alg.*, p. 450, et *Tabul. Phycol.*, Band V, p. 16, t. 50, f. 1.

Obs. Cel. Kützing suspicatur hanc speciem ad Cladophoras pertinere. Ipse loco citato *Cryptogamiæ insulæ Cubæ* idem dubium movebam, cum in observatione hæc verba scriberem : « N'ayant pas vu la fructification de cette algue, je ne suis rien moins que certain du genre où elle doit entrer. C'est sur le port, le *facies*, comme aussi sur certaines aspérités verruqueuses éparses sur les filaments, que j'ai cru devoir la rapporter plutôt aux Ectocarpes qu'aux Conferves. »

1441. Chroolepus ianthinum M., — *Canar.*, p. 188. — filis subsimplicibus apice tantum furcatis erectis densissime cæspitosis specie continuis brevissimis violaceis.

Hab. In Teneriffa (*Barranco del Infierno*), ad incrustationes calcareas : Webb et Berthelot.

Syn. *Leptothrix ianthina* Kg., *Spec.*, p. 263, et *Tabul. Phycol.*, Band I, p. 38, t. 60, f. 2.

C. flavum Hook. et Arn., sub *Mycinemate*, est *Trentepohlia polycarpa* N. et M. — Vide supra.

1442. C. Tuckermanianum M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 274, obiter memoratum. — filis dense cæspitosis viridibus, subfasciculato-ramosis, ramis fastigiatis; articulis diametro 3plo-4plo longioribus sporisque globosis lævibus.

Hab. In rupibus, Texas : Tuckerman.

1443. Chantransia cærulescens M., — *Guy.*, n° 29. — investiens; filis cærulescentibus crassis ramosis, ramis erectis strictis fastigiatis; articulis diametro 2plo 3plove longioribus; sporis didymis.

Hab. In aquis fluentibus rivulorum. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1103.

1444. Bulbochæte pedicellata M., — *Guy.*, n° 30. — filis a basi ramosis articulatis; articulis sursum incrassatis seta basi bulbosa hyalina instructis, diametro subtriplo longioribus; sporis sphæricis pedicellatis lutescentibus.

Hab. In rivulis montium, ad folia decomposita : Leprieur, *Coll.* n° 1096.

Ordo X. ACTINOCLADEÆ.

LXIII. CHAMÆDORIS M.

Frons initio clavata, dein cylindrica, tubulosa, erecta, pallida, opaca, deorsum tandem cornea, annulato-constricta, radices promens continuas ramosas nodoso-contortas, rigido-corneas, quibus in arena adhærescit, sursum lævigata, hyalina, materia viridi-granulosa (gonimica) referta, in ætate vero profecta apice filis brevibus confervoideis ramosis articulatis non incrustatis fasciculatis coronata. — M., *Comptes rendus de l'Académie des sciences de l'Institut*, séance du 25 juillet 1842, et *Ann.*, 2, XVIII, p. 261.

* Chamædoris annulata M., — l. c., — Characteres iidem ac generis.

Hab. Ad oras Martinicæ : Duperrey. — Kg., *Spec.*, p. 509.

Syn. *Nesea annulata* Lamx. — Sol. et Ellis, p. 127, t. 7, f. 5-8.

Ordo XI. SPONGODIEÆ.

1445. Codium filiforme M., — *Fl. Alg.*, p. 50, t. 10, f. 2. — fronde tereti gracillima, regulariter dichotoma fastigiata; fructu.....

Hab. In littore Algeriensi rejecta : Bory de Saint-Vincent.

* C. elongatum Ag.,—M., l. c., p. 49, t. 13, f. 1.—Valde variabile.

Ordo XII. VAUCHERIEÆ.

1446. Bryopsis ramulosa M., — *Cuba*, p. 16, t. 3, f. 2. — filis cæspitosis simplicibus, mox dichotome fasciculato-ramosis, ramis fastigiatis, ramenta brevissima basi attenuata clavata subsecunda gerentibus.

Hab. In portu Havanensi. Cuba : Ramon de la Sagra. — Kg., *Spec.*, p. 491.

---

* Chara (Nitella) stelligera (Bauer) Kg., *Spec.*, p. 518. — M., *Mémoire sur la multiplication des Charagnes par division; Ann.*, 3, XVIII, p. 65, *cum icone analytica structuram et naturam stellarum demonstrante.*

Familia XII. FLORIDEÆ.

Ordo I. DELESSERIEÆ.

1447. Plocamium cincinnatum M., — *Alg. Yem.*, n° 15. — fronde angusta plano-compressa subcostata, distiche ramosissima, ramis basi dilatatis ramulisque alternis erecto-patentibus, supremis involutis; conceptaculis in plano frondis sessilibus, sporas ovoideo-oblongas foventibus.

Hab. Ad oras Yemenses maris Rubri : Arnaud et Vaysière. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 406.

Syn. *Porlieria* Zanard., *in litt. et in Flora.*

Obs. Alga in aqua dulci immersa brevi tempore tota solvitur.

1448. P. magellanicum (H. et H.) M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 291. — fronde membranacea basi cartilaginea latiuscula plana, costata, decomposito-pinnatifida, pinnis pinnulisque alternis, ultimis subulatis acutis serratis suboppositis; conceptaculis globosis sparsis sæpissime pedicellatis.

Hab. Ad Port-Famine, in freto Magellanico : Jacquinot.

Syn. *Thamnophora magellonica* M., *V. P. S.*, p. 162, t. 8, f. 2, absque fructu. — *Thamnocarpus magellanicus* Kg., *Spec*, p. 887.

* AGLAOPHYLLUM M.

Frons membranacea, plana, reticulata, rosea aut rubra, non nisi deorsum quandoque costato-stipitata, venis tenuissimis sæpius percursa. Structura frondis cellulosa, cellulis amplis rotundis aut pressione mutua polyedris. Conceptacula hemisphærica, frondi sessilia aut immersa, intus glomerulum sporarum piriformium, angulatarum, in filis clavatis e placenta basilari radiantibus ortarum, foventia. Tetrasporæ in soris definitis lateralibus aut marginalibus collectæ, tandem triangule divisæ, quadrigeminæ. Antheridia in fronde propria : maculæ lacteæ a cellulis decoloratis (in A. *ocellato*) formatæ. Cellulæ pallidæ, superficiales, utriculis rotundis granula grisea,

tandem libera et mobilia foventibus superpositæ. E quaque cellula superficiali erumpit ad maturitatem antherozoidium appendice flagelliformi munitum, quod in variis directionibus motu proprio agitatur. — M., *Fl. Boliv.*, p. 33; *Canar.*, p. 150, et *Fl. Chil.*, VIII, p. 283. — Kuetzing, *Spec. Alg.*, p. 867. — Derbès et Solier, *Mém. sur la Physiol. des Algues* (Prix de l'Instit.), p. 67, t. 21, f. 8 à 12.

Syn. *Delesseria* C. Ag. — *Nitophyllum* Grev., nomen contra leges grammaticæ simul et botanicæ factum, quod ideirco mutandum erat. — J. Ag., *Spec. Alg.* — Harvey, *Phyc. Brit.*

1449. Aglaophyllum leiphæmum M., — *Cent.* I, n° 19 (sub *Halymenia*), *Fl. Boliv.*, p. 21, t. 6, f. 2, et *Fl. Chil.*, VIII, p. 285. — fronde membranacea tenuissima a basi stipitata filiformi ramosa, in lacinias obovatas vage fissa, amœne rosea, segmentis ambitu decoloratis.

Hab. Ad oras Chilenses. Valparaiso : Du Petit-Thouars. — Kg., *Spec.*, p. 869.

Syn. *Halymenia leiphæmia* J. Ag., *Spec.*, II, p. 671.

1450. A. serpentinum M., — *Fl. Chil.*, l. c., p. 286, t. 14, f. 2. — fronde membranacea rosea decoloranti, elongata, subcuneata, basi stipite brevissimo instructa, margine undulata, costata, costis crassis dichotomis, eximie flexuoso-serpentinis, ad apicem frondis profunde fissam productis; conceptaculis inter aut supra costas sparsis hemisphæricis, poro pertusis, demum deciduis.

Hab. Ad littora insulæ Chiloe : Cl. Gay.

1451. A. peruvianum M., — *Cent.* I, n° 20, *Cent.* III et *Fl. Boliv.*, sub *Delesseria*. — fronde elongata, basi cuneata, nervosa, bis bifida, segmentis lanceolatis acutis; soris tetrasporarum in disco frondis sparsis.

Hab. Ad oras Peruvianas. Callao : Alc. d'Orbigny.

Syn. *Cryptopleura peruviana* Kg., *Spec.*, p. 871.

1452. A. phylloloma M., — *Cent.* I, n° 21. et *Fl. Bol.*, p. 32 (sub *Delesseria*). — fronde tenuissima avenia oblonga e margine prolifera, ramentis substipitatis, basi rotundatis, apice vage fissis, lobis emarginatis; soris in disco frondis sparsis.

Hab. In eodem loco cum priori : Du Petit-Thouars. — Kg., *Spec.*, p. 869.

1453. **A. americanum** M., — *Cent.* VI, p. 56. — fronde ampla membranacea, simplici, lineari-oblonga, basi rotunda, costa ad medium evanida percursa, purpurea, margine undulata, tota punctata ; tetrasporis triangule divisis, in soros minutos aggregatis.

Hab. Ad oras Americæ fœderatæ, Rhode Island : Bailey.

Syn. *Cryptopleura americana* M., *in litt. ad celeb.* Kuetzing, *Spec.*, p. 872. — *Delesseria americana* C. Ag., *Spec.*, I, p. 173. — *Grinellia americana* Harv., *Ner. Bor. Amer.*, p. 92, t. 21, B.

LXIV. ASPIDOPHORA M.

Frons membranacea, hyalino-punctulata, venulosa, venulis ramosis anastomosantibus tenuissimis. Conceptacula exserta, basi coarctata, peltæformia. Sporæ in perisporiis innatæ continuis, e placenta basilari erectis. Cætera *Aglaophylli*.—M., *Fl. Chil.*, VIII, p. 287.

1454. **Aspidophora Gaudichaudii** M., — l. c., p. 288, t. 15, f. 3. — fronde minuta membranacea sessili obovata oblongave, simplici aut apice divisa, rubro-sanguinea ecostata, venulis tenuissimis percursa ; conceptaculis prosilientibus marginato-peltatis, sporis oblongo-linearibus, in fila brevia continua (perisporia) e fundo erecta inclusis ; tetrasporis in soros minutos confertos confluentes congestis.

Hab. Parasitans in *Chondro* et *Polysiphonia*, ad oras Chilenses : Gaudichaud.

1455. **Delesseria denticulata** M., — *Ann.*, 3, XII, p. 290. — fronde membranacea roseo-purpurea, alterne decomposito-pinnatifida, costata, segmentis linearibus, primariis alternis, secundariis oppositis, a costa ad margines acute denticulatos subciliatosque, venis obliquis percursis, axillis acutis ; soris linearibus ad utrumque costæ latus subterminalibus.

Hab. In oris maris Labrador alluentis : Lamarepicquot (1849). — Harv., *Ner. Bor. Amer.*, II, p. 94, non *West. Austral.*, n° 171.

Syn. *D. alata* v. *denticulata* M., *Ann.*, 3, XI, p. 62. — *D. Beringiana* var. *spinulosa* Rupr., *Alg. Ochot.*, p. 56, ex specim. misso.

1456. D. BIPINNATIFIDA M., — *Fl. Boliv.*, p. 31, t. 6, f. 1. — fronde elata, tenuissime membranacea, costata, lineari, vage bipinnatifida, pinnis elongatis pinnulisque lineari-lanceolatis nervosis patenti-erectis; sporophyllis marginalibus dentatis tetrasporas in soros oblongos aggregatos foventibus.

HAB. Ad oras Chilenses. Valparaiso : ALC. D'ORBIGNY. — J. AG., *Spec.*, II, p. 688.

SYN. *Hypoglossum bipinnatifidum* KG., *Spec.*, p. 876.

1457. D. LEPRIEURII M., — *Cent.* II, n° 1, t. 5, f. 1, et *Guy.*, n° 1. — repens; fronde costata lineari dichotoma, articulato-constricta, articulis oblongo-lanceolatis; conceptaculis hemisphæricis sessilibus, sporas piriformes includentibus sorisque tetrasporarum utroque costæ latere in lineas parallelas, oblique a costa ad marginem spectantes, in apice segmentorum positis.

HAB. Ad culmos gramineos, in flumine Sinnamari. Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* nos 356 et 362; West-Point, Americæ fœderatæ : BAILEY; Nova-Zeelandia : Dr HOOKER; Australia, Port-Fairy : HARVEY. — J. AG., l. c., p. 682. — HARV., *Ner. Bor. Amer.*, II, t. 22, C. bona.

SYN. *Hypoglossum Leprieurii* KG., l. c.

1458. D. CRASSINERVIA M., — *Prodr. Phyc.*, p. 3, et *V. P. S.*, p. 164, t. 8, f. 1. — fronde lineari valide costata, limbo angustissimo sæpius hinc inde deficiente instructa, vage ramosa, ramis distichis utrinque sporophylla ovato-lanceolata e costa prodeuntia emittentibus; conceptaculis.....

HAB. Ad insulas Auckland : D'URVILLE. — J. AG., l. c., p. 694.

SYN. *Hypoglossum crassinervium* KG., l. c.

* SOLIERIA CHORDALIS J. AG. — M., *in* WEBB, *Otia Hisp.*, p. 14, t. 7, *cum descriptione locupletissima.* — HARV., *Ner. Bor. Amer.*, II, p. 121, t. 23, A.

SYN. *Gigartina gaditana* M., *olim in Pent.*, II, EJUSD. — LEL. et PROUH., *Hydroph. du Morbih.*, nos 99 et 100.

LXV. ACROPELTIS M.

Frons inferne caulescens, filiformis, irregulariter ramosa. Divisiones (seu rami) mox complanatæ, lineares, subfastigiatæ, margine denticulatæ, apice in peltam orbiculatam proligeram paululum dilatatæ. Structura : stratum medullare e filis longitudinalibus hyalinis intricatis anastomosantibusque, in fila horizontalia, dichotoma, articulata, endochromatibus coloratis, stratum corticale constituentia abeuntibus, formatum. Sori tetrasporarum positi in apicibus frondium clypeiformibus, in sicco, apothecciorum *Peltigeræ* ad instar, longitrorsum semirevolutis. Tetrasporæ initio continuæ, piriformes, tandem quadrigeminæ rectangulæ seu cruciatim quadridivisæ, inter fila corticalia radiantia in utraque peltarum facie nidulantes. — M., *Fl. Boliv.*, p. 33, *et emend.*, *Fl. Chil.*, VIII, p. 327.

1459. Acropeltis chilensis M., — *Cent.* I, n° 23 (male), dein *Fl. Boliv.*, p. 34, t. 6, f. 3 (fructus erroneus), tandem *Fl. Chil.*, l. c. — fronde lineari plana, e basi filiformi modo divisa, divisionibus subfastigiatis margine denticulatis, apice truncato interdum proliferis; peltis tetrasporophoris terminalibus.

Hab. Ad oras Chilenses. Coquimbo : Du Petit-Thouars. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 610. — Kg., *Spec.*, p. 786.

Ordo II. RHIZOPHYLLINEÆ.

* RHIZOPHYLLIS Kg. emend.

Frons linearis, compresso-plana, anceps, rosea, subpinnato-dichotoma, spurie costata, fasciculis radicellarum alias algas adrepens. Segmenta patentia, obtusa, margine irregulariter dentata, obscure venulosa, venis erecto-patentibus. Conceptacula aut potius nemathecia hemisphærica, purpurea, in costa posita, inter fila dichotoma, e placenta basilari quoquoversum irradiantia, colorata, apice dense stipata, favellidia plura sphærica foventia. Sporæ minutæ, ovoideæ, roseo-pur-

pureæ, perisporio membranaceo tenuissimo hyalino inclusæ. Tetrasporæ (fide KUETZINGII) in fronde sparsæ, a me haud observatæ. — M., *Fl. Alg.*, p. 62, t. 15, f. 2, icon analytica et descriptio.

* RHIZOPHYLLIS DENTATA M., — l. c. — Characteres iidem ac generis.

HAB. In frondibus *Peyssonelliæ* et *Flabellariæ*. Alger : ROUSSEL, DURIEU.

SYN. *Delesseria alata* var. *dentata* M., *Crypt. Alg.*, n° 76 (1838). — *Wormskioldia Squamariæ* MENEGH. (1840). — *Rhizophyllis Squamariæ* KG., *Spec.*, p. 877.

LXVI. FAUCHEA M. et BORY.

Frons gelatinoso-cartilaginea, plana, linearis, dichotoma, verrucis repens. Structura : cellulæ magnæ, oblongo-cylindraceæ, gelatina hyalina aut materia granulosa facile diffluente repletæ, in fila moniliformia densissime stipata peripheriam versus abeuntes. Conceptacula in processibus marginalibus intra pericarpium e filis anastomosantibus constans, glomerulum sporarum includentia. Sporæ congestæ, in filis articulatis dichotomis moniliformibus, ut videtur, oriundæ, perisporio proprio vestitæ. Tetrasporæ inter fila articulata tenuissima, in soros lineares confluentes, longitudinales, medio paginæ pronæ insidentes aggregata, oblongæ, maximæ, tandem cruciatim quadridivisæ. — M., *Fl. Alg.*, p. 64, t. 16, f. 1.

* FAUCHEA REPENS M. et BORY, l. c., cum descriptione et icone analytica.

HAB. Ad littora Tingitana : SCHOUSBOE; prope Cornuam Hispaniæ; FAUCHÉ; apud Alger : MONARD. — J. AG., *Spec.*, II, p. 218. — KG., *Spec.*, p. 787.

SYN. *Sphærococcus repens* C. AG. — *Fucus furcatus* ESPER.

Ordo III. PLOCARIEÆ.

PLOCARIA N. ab E. emend.

Frons subcarnosa vel cartilaginea, cylindracea aut compresso-plana, subdichotome ramosissima. Structura frondis : cellulæ magnæ, oblongo-cylindraceæ, gelatina hyalina aut materie granulosa facile diffluente repletæ, in fila moniliformia densissime stipata peripheriam versus abeuntes. Conceptacula lateralia, in ramis sessilia, apiculata aut papillata, glomerulum sporarum e placenta centrali celluloso irradiantium intra pericarpium e filis articulatis densissimis compositum foventia. Tetrasporæ oblongæ, in cellulis periphericis frondis nidulantes, raro inter fila moniliformia occultæ, denique in sporas quatuor cruciatim divisæ. — Nees ab Esenbeck, *Hor. Phys. Berol.*, p. 42, cum icone. — M., *Fl. Chil.*, VIII, p. 294.—Endlich., *Gener. Plantar. Suppl.*, III.

Syn. *Sphærococcus* C. Ag. — Kg. — *Gracilaria* Grev. — J. Ag., pro parte. — *Ahnfeltiæ* spec., J. Ag.

1460. Plocaria divergens M., — *Fl. Alg.*, p. 72. — fronde cartilaginea tereti-compressa filiformi, a basi ramosissima, ramis primariis dichotomis secundariisque subdistichis divaricatis ramulosis, ramulis divergentibus, apice bi-multifidis; conceptaculis confertis lateralibus sessilibus hemisphæricis acuminato-mamillatis, intus sporas ovoideo-gigartoideas foventibus.

Hab. Ad oras Algerienses : Monard.

Syn. *Sphærococcus divergens* C. Ag.? — Kg., *Spec.*, p. 773.

1461. P. heteroclada M., — l. c., p. 73, t. 16, f. 4. — fronde cartilaginea plana laxe dichotoma, segmentis linearibus patenti-erectis obtusiusculis, e margine ramenta subsecunda compressa apice ovoidea fructigera emittentibus; tetrasporis oblongis in strato corticali ramentorum nidulantibus, cruciatim quadridivisis.

Hab. In littore. Alger : Monard; Cherchell : Bory. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 705.

Syn. *Sphærococcus heterocladus* Kg., l. c., p. 774.

1462. P. FURCELLATA M., — *Alg. Yem.*, n° 12. — fronde cartilagineo-gelatinosa filiformi gracili repetito-dichotoma fastigiata, spithamea, apicibus furcatis; conceptaculis.....

HAB. Ad littora Yemensia maris Rubri : ARNAUD et VAYSIÈRE.

1463. P. DURVILLÆI M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 295, t. 16, f. 2. — fronde tereti cartilaginea regulariter aut vage dichotoma, axillis acutis, segmentis erectiusculis compressis fastigiatis, interdum fasciculatis, fertilibus torulosis; conceptaculis hemisphæricis.

HAB. In oris Peruvianis : GAUDICHAUD, D'URVILLE.

SYN. *Plocaria concinna* M., *Bonite*, p. 100. — *Polyides Durvillæi* BORY, *Coq.*, n° 38. — *Ahnfeltia Durvillæi* J. AG., *Spec.*, II, p. 313.

1464. P. CONFERTA M., — *Fl. Alg.*, p. 72. — fronde cartilaginea, sicca cornea, filiformi, vage ramosa, ramis fasciculatis confertis, ramulos abbreviatos adscendentes apice incrassato-ovoideos undique emittentibus; tetrasporis oblongis, triangule divisis, strato corticali ramulorum immersis.

HAB. In portu Tingitano : SCHOUSBOE, et in oris Algeriæ : DESHAYES.

SYN. *Gigartina conferta* SCHOUSB. mss. — M., *in* WEBB, *Otia Hisp.*, p. 14, t. 9. — *Hypnea conferta* KG., *Spec.*, p. 760. — *Cordylecladia conferta* J. AG., *Spec.*, II, p. 704.

* P. WRIGHTII TURN., sub *Fuco.*—M., *Ann. sc. nat.*, 2, XX, p. 353; structura frondis et conceptaculi in illo tempore vix illustrata.

1465. ? HYPNEA RUGULOSA M., — *V. P. S.*, p. 151, t. 13, f. 1. — fronde cartilaginea compressa longitrorsum ruguloso-sulcata, sicca hinc canaliculata, irregulariter dichotomo-ramosa, ramentis aculeiformibus simplicibus aut bifurcis subsecundis acutis obsessa.

HAB. Ad rupes insulæ Toud : D'URVILLE. — KG., *Spec.*, p. 759.

1466. ?H. MULTICORNIS M., — l. c., p. 153, t. 9, f. 1. — fronde filiformi tereti-compressula inordinate corymboso-ramosissima, ramis ultimis subdistichis alternis aut subsecundis furcatis, ramulis patenti-recurvis ramulosis, pluribus apice conformi incrassatis fertilibus.

HAB. Ad insularum Auckland littora : D'URVILLE.

SYN. *Lophura multicornis* KG., *Spec.*, p. 851.

1467. ? H. SECUNDIRAMEA M., — *Cent.* III, n° 66. — fronde carnoso-gelatinosa filiformi cylindrica, vage subdichotomeque ramosa, ramis ramulisque uno latere versis, axillis obtusis, ultimis brevissimis bi-trifidis obtusiusculis; fructu.....

HAB. Ad oras insulæ Martinicensis : DUPERREY. — KG., *Spec.*, p. 761.

* H. VALENTIÆ M., — *Canar.*, p. 161. — KG., *Spec.*, p. 758. — J. AG., *Spec.*, p. 450.

SYN. *Fucus Valentiæ* TURN., *Hist. Fuc.*, t. 78.

1468. RHODYMENIA HOMBRONIANA M., — *Prodr. Phyc.*, et *V. P. S.*, p. 157, t. 1, f. 2. — fronde cartilagineo-membranacea plana, a basi substipitata dichotome pinnatifissa, pinnis ob axillas obtusas patenti-erectis obtusis, margine fimbriato seu ramenta dentata capsuligera emittente; conceptaculis hemisphæricis, papillula instructis.

HAB. Ad oras Novæ-Zeelandiæ. Akaroa : HOMBRON; ad insulas Auckland : D'URVILLE.

SYN. *Calophyllis Hombroniana* KG., *Spec.*, p. 746. — J. AG., *Spec.*, II, p. 303.

1469. R. CENTROCARPA M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 302, t. 15, f. 1. — fronde primaria membranacea tenuissima plana lineari, basi attenuato-stipitata, margine apiceque prolifera, laciniis cuneatis subpedicellatis iterum proliferis margineque dentato-spinulosis; conceptaculis sphæricis spinuloso-cristatis, in ipso margine vel in dentibus marginalibus utrinque prominulis nidulantibus.

HAB. Ad oras Chilenses. Valparaiso : ALC. D'ORBIGNY.

* R. VARIEGATA (BORY). — J. AG., *Symb.*, I, p. 15. — *Halymenia variegata* M., *Fl. Boliv.*, p. 22, observationes, *Fl. Chil.*, l. c., p. 301, descriptio.

1470. R. CHILENSIS M., — *Fl. Chil.*, l. c., p. 300. — fronde membranacea roseo-purpurea basi cuneata, scutulo rupibus affixa, mox dilatata repetito-dichotoma, axillis rotundatis, laciniis elongatis, apice rotundato margineque sinuato-crenatis; conceptaculis magnis limbatis poro pertusis, utrinque prominulis; tetrasporis in nubeculam congregatis cruciatim divisis.

HAB. Ad littora Chiloensia : CL. GAY.

1471. R. ORNATA M., — *Prodr. Phyc.* et *V. P. S.*, p. 159, t. 11. — fronde carnoso-membranacea oblongo-lanceolata latissima plana vivide purpurea, utrinque margine prolifera, foliolis seu pinnis obovatis substipitatis, tandem cuneatis maximis palmatifissis; conceptaculis per totam frondem sparsis.

HAB. In oris insularum Auckland : D'URVILLE.

SYN. *Calophyllis ornata* KG., *Spec.*, p. 746.

1472. R. MAMILLARIS M., — *Cent.* III, n° 58. — fronde carnoso-membranacea deorsum subfiliformi substipitata, mox plana irregulariter dichotoma, segmentis basi angustatis suboblongis linearibusque apice obtusis, axillis rotundatis; conceptaculis ad superficiem frondis utrinque sparsis hemisphæricis poro pertusis.

HAB. Ad oras Martinicenses : DUPERREY. — J. AG., *Spec.*, II, p. 381.

1473. CAULACANTHUS HORRIDULUS M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 304, t. 15, f. 4. — fronde roseo-purpurea, filiformi, sicca compressa fragilissima, intricato-ramosa, ramis spinescentibus, ramulis extremis congestis tenuissime myriacanthis implexisque, fertilibus succoso-inflatis; tetrasporis roseis clavato-oblongis, tandem zonatim divisis.

HAB. Ad oras Chiloenses : CL. GAY.

OBS. Alga parvula et curiosissima.

1474. OLIVIA USTULATA M., — *Fl. Alg.*, p. 126 et 127, t. 16, f. 3, icon analytica.

SYN. *Caulacanthus ustulatus* KG., *Phyc. gen.*, p. 395. — J. AG., *Spec.*, II, p. 433.

* STENOGRAMME INTERRUPTA M., *in* WEBB, *Otia Hisp.*, 1853, p. 16, t. 8. Descriptio ampla et observationes historiam et structuram hujusce speciei complectentes.

SYN. *Delesseria interrupta* C. AG. — M., *Pent.*, II, p. 15. — Cfr. DUCHART., *Rev. Bot.*, 1846, p. 483, HARV., *Phyc. Brit.*, t. 157, et *Ner. Bor. Amer.*, II, p. 162, 163, t. 19, C, et RUPRECHT, *Die Veget. des roth. Meeres*, p. 40.

Ordo IV. RHODOMELEÆ.

1475. Polyzonia cuneifolia M., — *Prodr. Phyc.* et *V. P. S.*, p. 143. — caule filiformi ramosissimo articulato polysiphonio; foliis distichis alternis basi attenuata cuneatis aut cultriformibus, apice incisis vel saltem irregulariter grosseque denticulatis, erecto-patentibus; conceptaculis ovoideo-acuminatis stichidiisque lanceolatis serie simplici tetrasporophoris, ad basin foliorum in ramulis propriis obviis.

Hab. Ad insulas Auckland : d'Urville.—Hook. fil. et Harv., *Crypt. Antarct.*, p. 69, t. 76, eximie. — Kg., l. c., p. 882.

1476. Volubilaria mediterranea Lamx.—M., *Fl. Alg.*, p. 77, t. 16, f. 2; descriptio et icones utriusque fructus.—Duby, *Bot. Gall.*, p. 946.

Syn. *Dictymenia volubilis* Grev. — J. Ag. — Kg.

Obs. Nomen Lamourouxianum prioritate certo certius gaudet, ut *Grammita* Bonnem. *Polysiphoniam* præcesserat. At sua fata habent quoque nomina et libidine interdum agunt botanici, non autem ratione.

* Lenormandia dorsifera M., *Observ. sur la struct. de quelques Florid.*, *Ann.*, 3, I, p. 130 et suiv., cum icone analytica, t. 11, f. 2.

Syn. *Thysanocladia dorsifera* Endl., *Suppl.* III.

LXVII. MELANTHALIA M.

Conceptacula (*Coccidia*) subsphærica, cartilaginea, crassa, apice mamillata. Nucleus sporarum sphæricus. Centrum nuclei ex iisdem cum strato frondis medullari cellulis, placentæ vice fungentibus constat. Hæ cellulæ autem in fila dichotoma sporigena undique irradiantia solvuntur. Sporæ minutæ, ovoideæ, intus granulosæ, roseo-fuscescentes, in filis radiantibus primitus inclusæ (?), dein liberæ, et tum, ut videtur, gelatina in series moniliformes revinctæ, denique poro apicali delabentes. Frons cartilaginea, plana vel quandoque deorsum cylindracea, enervia, dichotoma, apicibus segmentorum obtusatis, nigerrima, fragilis. Structura : stratum centrale seu medullare e cellulis elongato-subhexagonis (polyedris) crassis, materia glo-

merulbsa (collapsa) repletis et, prout quæque peripheriæ magis accedit, sensim decrescentibus constans. Stratum corticale seu periphericum inferne multo crassius quam medullare, superne videlicet in ramis tenuius, totum e cellulis minutissimis endochromata quadrata includentibus, seriatim et horizontaliter radiantibus arcte coalitis, constitutum. Color in humido fusco-purpureus, siccus nigerrimus. — M., *Cent.* IV, *in Ann.*, 2, XX, p. 296.

1477. Melanthalia Jaubertiana M., — l. c., n° 65, t. 12. — fronde deorsum cylindracea sursum plana angustissima (vix 1/2 linea), subfasciculato-ramosa, ramis crebre dichotomis, segmentis fastigiato-subflabellatis, margine integerrimis; coccidiis marginalibus vel in dichotomia sessilibus.

Hab. Ad littora Van-Diemen : Hb. Jaubert. — Kg., *Spec.*, p. 785. — J. Ag., *Spec.*, p. 613.

* M. Billardierii M., — l. c. — fronde latiori lineari, plana, erosocrenulata, prolifera, subvirgato-dichotoma, segmento altero breviori; coccidiis submarginalibus.

Hab. Cum priori : Labillardière, *Nov. Holl. Plant.*, t. 255, sub *Fuco obtusato*. — Kg., l. c. — *M. obtusata* J. Ag., l. c., p. 614.

* Thamnophora Ag. — M., *Cuba*, *Crypt.*, p. 54; observationes. — *Alsidium* J. Ag.

* Thamnophora triangularis Ag. — M., l. c. p. 56, t. 5, fig. 1, f-i.; fructus tetrasporicus et structura thalli.

* T. Seaforthii Ag.—M., l. c., p. 59, t. 5, fig. 1, a-e. k, l.; fructus conceptacularis et structura thalli.

1478. Rhodomela episcopalis M., — *Cent.* III, *in Ann.*, 2, XVIII, p. 253. — fronde basi nuda, continua, pennam anserinam æquante, elata, ramosissima, ramis ramulisque subulatis rectis spurie articulatis, ramentis secundis fasciculatis, more helicis involutis; conceptaculis globosis sessilibus mucronatis, demum submuticis, in dorso ramenti involuti seriatis, intus sporas angulatas, fuliginoso-fuscas, limbo perisporii cinctas foventibus.

Hab. Ad littora Canariensia : Webb. — *Lophura episcopalis* Kg., l. c., p. 851.

Syn. *Rhodomela pinastroides* var. *episcopalis* M., *Canar.*, p. 153, t. 8, f. 3.

1479. R. glomerulata M.,—*Prodr. Phyc.*, p. 4, et *V. P. S.*, p. 141. — fronde tereti filiformi, siccitate longitrorsum striata, ramosissima, ramis circumscriptione corymbosis iterum ramosis, ramentis lateralibus simplicibus aut bifidis corniformibus, fasciculum sessilem stichidiorum oblongorum vel ovato-lanceolatorum sinu foventibus.

Hab. Ad insulas Auckland : d'Urville.

Syn. *Polysiphonia rhodomeloides* Kg., l. c., p. 829.

LXVIII. BOSTRYCHIA M.

Frons filiformis, cylindrica, continua, violacea, distiche pinnatim vel sparse ramosa, ramellis specie articulatis, sæpius incurvis aut circinatis. Structura : filum centrale articulatum e cellulis oblongis nucleo colorato faretis, peripheriam versus sensim minoribus circumdatum. Stratum corticale e cellulis minutis quadratis constans. Conceptacula subglobosa, lateralia aut terminalia, sporas e fundo erectas clavatas foventia. Tetrasporæ globosæ, quadrigeminæ aut triangule divisæ, stichidiis siliquæformibus duplici serie inclusæ. Antheridia subaxillaria (in *B. Harveyi*) e fronde erumpentia, undique radiantia, clavulata, granulisque hyalinis (an Antherozoidiis?) farcta. — M., *Cuba*, p. 39, et *Fl. Chil.*, VIII, p. 305.—Genus eximium operibus præsertim Harveyanis meisque locupletatum.

1480. Bostrychia Calliptera M., — *Cent.* II, n° 3, t. 5, f. 2, sub *Rhodomela*, et *Guy.*, n° 4. — plumosa ; fronde tereti filiformi inordinate ramosa, ramis pinnatis corymbosis, ramulis capillaribus pinnato-pectinatis patenti-erectis alternis incurviusculis; tetrasporis in stichidia lanceolata subterminalia, fine ramuli mucronato-aristata, biseriatis.

Hab. Ad basin truncorum *Rhizophoræ Mangles*. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 355. — Kg., *Spec.*, p. 839.

1481. B. RADICANS M., — *Cent.* II, n° 4, t. 5, f. 3, et *Guy.*, n° 5. — pusilla; fronde tenui filiformi, a basi ramosissima, ramis inordinatis incurvo-secundis, ramulis supremis divaricato-decurvis multifidis radicantibus; tetrasporis in stichidia globoso-elliptica transversim seriatis; sporis piriformibus inter fila ramoso-fastigiata nemathecii caulem amplectentis nidulantibus.

HAB. Ad rupes littoris. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 361. — KG., l. c., p. 839.

1482. B. PILULIFERA M., — *Cent.* III, n° 59, et *Guy.*, n° 6. — fronde continua repente filiformi tereti distiche tripinnata, pinnis pinnulis ramentisque setaceis, subulato-decurvis, inarticulatis alternis; conceptaculis globoso-subovoideis ramenta terminantibus; sporis clavatis perisporio amplo inclusis.

HAB. Ad oras Cayennæ (sterilis) : LEPRIEUR; Surinam : SPLITBERGER, cum conceptaculis. — KG., l. c.

1483. B. CALAMISTRATA M., — *Cuba*, p. 36, t. 4, f. 1, sub *Rhodomela*. — fronde filiformi tereti-compressa continua, tenuissime punctata, bipinnata, ramis ramulisque alternis distichis secundis involuto-setaceis, conspicue articulatis, articulis diametro æqualibus; stichidiis lanceolatis rectis aut incurvis terminalibus, seriem duplicem tetrasporarum foventibus.

HAB. In *Gelidio rigido* parasitans. Cuba : RAMON DE LA SAGRA; ad oras Floridæ, Key-West : HARVEY. — KG., l. c.

1484. B. CORNIGERA M., — *Guy.*, n° 7. — cæspitosa; fronde capillari vage ramosa, ramis ramulisque alternis distiche pinnulatis, secundariis corniformi-reflexis, ramellis erectis setaceis, rigidulis, in stichidia lanceolata intumescentibus; articulis inferioribus diametro 2plo brevioribus 6-8-siphoniis, superioribus diametrum subæquantibus oligosiphoniis.

HAB. Ad rupes, in aquis dulcibus torrentis *Remire*. Guyana : LEPRIEUR, *Coll.* n° 835.

OBS. Initio a me cum *B. monosiphonia* confusa, at revera distincta.

1485. B. LEPRIEURII M., — *Guy*, n° 8. — pusilla; fronde capillari corymboso-ramosissima, ramis ramellisque subfastigiatis, tandem

patentibus, in stichidia lanceolata aut conceptacula ovoidea apice intumescentibus; articulis polysiphoniis diametro 3plo-4plo brevioribus.

Hab. In locis aqua dulci et salsa alternatim obrutis, ad radices montis *les Gémeaux* dicti, in consortio sequentis. Guyana : Leprieur, *Coll.* n° 1113.

1486. B. monosiphonia M., — *Guy.*, n° 9. — cæspitosa; fronde tenuissima elatiori vage ramosa, ramis virgatis undique oriundis, ramellis distichis longissimis setaceis alternis rigidulis monosiphoniis, ad genicula constrictis; articulis inferioribus ecorticatis 6-siphoniis; fructus.....

Hab. Cum priori : Leprieur, *Coll.* n° 1115.

1487. B. leptoclada M., — *Guy.*, n° 10. — amnicola, cæspitosa, elata; fronde ramosissima, ramis corymbosis, ramulis ramellosis, primariis reflexis, ramellis disticho bipinnatis, pinnulis tenuissimis; articulis frondis diametrum subæquantibus decasiphoniis — ramellorum multo superantibus subtrisiphoniis; fructus.....

Hab. In rivulo loci *Crique Cacao* dicti, in Comitatus montibus cum *Gymnogongro amnico* M. : Leprieur, *Coll.* n° 1116.

1488. B. Harveyi M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 307, t. 16, f. 4. — fronde corymbosa unciali tereti gracili geniculato-flexuosa, verrucosa, vage dichotomo-ramosa, ramis alterne pinnatis pinnisque patentibus subulatis bi-trifidis, supremis involutis; stictis multiseriatis; stichidiis lanceolatis, acuminatis, duplice serie tetrasporas foventibus; antheridiis e fronde erumpentibus.

Hab. In aquis subsalsis, ad oras Chilenses : Cl. Gay.

1489. B. intricata M., — l. c., p. 309. — fronde primaria repente, fila plura uncialia crinalia spinescentia vage dichotoma emittente, ramis circumscriptione corymbosa patenti-erectis (interdum simul intricatis concretisque), iterum ramellosis, ramellis rigidis pro ratione crassiusculis, alternis, obtuse subulatis, rectis, appressis; stictis subquaternis; fructu.....

Hab. Ad oras Chilenses, ad Conceptionem : Cl. Gay; ad insulas Maclovianas : d'Urville.

Syn. *Scytosiphon intricatus* Bory, *in* d'Urv., *Fl. Mal.*, n° 8.

LXIX. HETEROSIPHONIA M.

Frons filiformis, compresso-subtrigona, articulata, polysiphonia, e cellulis tubum centralem minimum cingentibus summopere inæqualibus, lateralibus crassioribus, anticis posticisque angustioribus composita. Conceptacula in ramis lateraliter aggregata, longe pedicellata, pedicello continuo, sphærica, hinc mucronata, basi bracteata. Sporæ ovato-globosæ. Tetrasporæ in stichidiis serie triplici dispositæ. — *Prodr. Phyc.*, p. 4, *V. P. S.*, p. 186, et *Fl. Chil.*, VIII, p. 311. — Si fructus conceptacularis, quem descripsi, normalis, genus distinctissimum est.

1490. HETEROSIPHONIA BERKELEYI M., — l. l. c.c., et *V. P. S.*, t. 5, f. 1. — filo primario membranaceo setaceo triquetro articulato valde ramoso, ramis virgatis erecto-patentibus, axillis rotundatis, ramulis ultimis binis secundatis incurvis; articulis fili primarii diametro subæqualibus, ramulorum longioribus brevioribusque.

HAB. Ad *Rhodymeniam Palmettam* parasitans in freto Magellanico : D'URVILLE.

SYN. *Polysiphonia Berkeleyi* KG., *Spec.*, p. 817.

1491. POLYSIPHONIA DENDROIDEA M., — *Cent.* I, n° 14, et *Fl. Bol.*, p. 16, t. 5, f. 1. — fronde setacea cartilaginea articulata compressa, e roseo-coccinea fuscescente, vage ramosa, bi-tripinnata, pinnis corymboso-subfastigiatis, pinnulis distichis alternis erecto-patentibus; articulis diametro triplo brevioribus polysiphoniis; fructus.....

HAB. Ad oras Peruvianas et Chilenses : GAUDICHAUD et ALC. D'ORBIGNY. — KG., *Spec.*, p. 803.

1492. P. CAMPTOCLADA M., — *Cent.* I, n° 13, et *Fl. Boliv.*, p. 19, t. 5, f. 2. — fronde cæspitosa magna roseo-purpurea, laxe dichotoma subfastigiato-corymbosa, ramis virgatis ramulisque initio erectis strictis, demum patenti-recurvis; articulis frondis primariæ diametro sesquitriplo longioribus, ramorum duplo triplove — ramulorum multoties brevioribus; fructu....

HAB. In portu Callao : ALC. D'ORBIGNY. — KG., l. c.

seu virgatis, ramis patenti-erectis sparsim spinulosis, sensim attenuatis ultimisque strictis fastigiatis lubricis; articulis inferioribus supremisque di-trisiphoniis diametro æqualibus, mediis 2plo longioribus, geniculis pellucidis; tetrasporis magnis ad ramulos subsolitariis.

Hab. In portu Havanæ : Ramon de la Sagra; in oris insulæ Rottnest Tasmaniæ : Harvey. — Kg., l. c., p. 818.

1503. P. ceratoclada M., — *Prod. Phyc.* et *V. P. S.*, p. 130, t. 5, f. 2 (incompl.). — filo primario repente, ramis erectis compressis, ramulos alternos emittentibus, ramis ramulisque brevibus subulatis patentissimis vel (ut plurimum) recurvis; articulis inferioribus diametro subæqualibus, mediis subduplo longioribus, ramulorum brevissimis; conceptaculis sessilibus ovoideis; stichidiis subulatis, tetrasporas uniseriatas foventibus.

Hab. Ad oras insularum Auckland, in *Ulva reticulata* : Hombron; in *Laurencia pinnatifida* : J. D. Hooker. — Cfr., *Crypt. Antarct.*, ubi, t. 75, f. 2, icon splendidissima.

1504. P. curta M., — *Cent.* IV, n° 66. — cæspite minuto; filo primario a basi repente articulato polysiphonio virgato-dichotomo, ramis sensim brevioribus ramulisque erectiusculis attenuatis; articulis inferioribus superioribusque diametro brevioribus, mediis æqualibus 8-siphoniis, geniculis pellucidis.

Hab. In oris Peruvianis : Alc. d'Orbigny. — Kg., l. c., p. 811.

Syn. *Polysiphonia polymorpha* M., *Fl. Boliv.*, p. 20, non Grev.

P. secunda M., — *Cuba*, p. 33, t. 5, f. 2.

Syn. *Hutchinsia secunda* C. Ag., *Spec. Alg.*, II, p. 106.

1505. P. monocarpa M., — *Cent.* III, n° 62, et *Bonite*, p. 89, t. 143, f. 3. — parvula, velutina; filis brevissimis capillaribus subsimplicibus attenuato-subulatis miniatis; articulis diametro subæqualibus 5-siphoniis; conceptaculis ovato-acuminatis in medio filo breviter pedicellatis; tetrasporis moniliformiter uniseriatis.

Hab. Ad Fucos majores, quos strato velutino obducit. P. B. S. : Gaudichaud. — Kg., l. c., p. 807.

P. complanata Spreng. — M., *Bonite*, p. 93, t. 144. Icon Algæ et analytica utriusque fructus, quæ phycologis videtur ignota.

1506. Dasya lophoclados M., — *Cent.* III, n° 60. — fronde subarticulata tereti basi nuda dichotomo-ramosa, ramis elongatis divaricatis ramulisque erecto-patentibus articulatis tristriatis, filis spiraliter alternis elongatis virgato-dichotomis, monosiphoniis; articulis cylindricis, inferioribus superioribusque brevibus, mediis longissimis; fructu.....

Hab. Ad littora insulæ Haitensis : Hb. Maille.

Syn. *Polysiphonia lophoclados* Kg., l. c., p. 834.

1507. D. acanthophora M., — *Canar.*, p. 167, t. 8, f. 5. — fronde filiformi basi tereti cartilaginea repente intricata, demum erecta laxe et subdistiche ramosissima, ramis elongatis erectis supremisque compressis strictis, ramulis subdistichis spinæformibus brevissimis penicillatis tota obsita; conceptaculis ovoideo-acuminatis sublanceolatis; tetrasporis in ramulo immersis.

Hab. In portu *Gando* insulæ Canariæ, e profundo maris ducta : Despréaux.

Syn. *Polysiphonia acanthotrichia* Kg., l. c., p. 833.

1508. D. sanguinea M., — *Fl. Alg.*, p. 88, t. 15, f. 5. — fronde sanguinea continua tereti filiformi, crebre dichotoma ramosa, ramis spiraliter alternis patentibus, undique ramellos dichotomos articulatos emittentibus; articulis diametro 2plo-4plo longioribus; fructu.....

Hab. In oris Algeriæ : Monard. — Kg., l. c., p. 796.

1509. D. Lallemandi M., — *Cent.* VI, n° 75. — frondibus cæspitosis roseis dichotome ramosis subfastigiatis 4-siphoniis, ramellis superioribus fila dichotoma monosiphonia tenuissima longissime articulata emittentibus; articulis frondis diametro subæqualibus, filorum 8-10plo longioribus.

Hab. In maris Rubri solo arenoso adhærens cum *Hypnea Valentiæ* : Dr Lallemand; ad oras Rottnest : Harvey.

1510. D. Hussoniana M., — l. c., n° 76. — fronde elata subcorymbosa continua tereti, vage ad apicem usque dichotomo-ramosa, ramis flexuosis erecto-patentibus subfastigiatis, undique filis laxissime dichotomis articulatis monosiphoniis obsessis; articulis cylindricis diametro 2plo 3plove longioribus; fructu.....

Hab. In mari Rubro : Hb. Giraudy, Husson. Lallemand.

* D. ORNITHORHYNCHA M., — *Crypt. Alg.*, n° 17, t. 8, icon analytica et descriptio, est *D. plana* C. AG. — *Eupogodon* KG., l. c., p. 801.

ORDO V. LOMENTARIEÆ.

1511. LOMENTARIA IMPUDICA M., — *Cent.* II, n° 2, et *Guy.*, n° 13. — repens; fronde dicho-trichotoma constricto-articulata, articulis lanceolatis, e quaque dichotomia appendicem (fulcrum) phalloideum subtus emittente; tetrasporis 4-geminis ut in *Hypneis* et perisporio amplo limbato involutis.

HAB. Ad scopulos maritimos. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 354. — KG., *Spec.*, p. 863.

SYN. *Catenella impudica* J. AG., *Spec.*, II, p. 701.

1512. LAURENCIA CONCINNA M., — *Prodr. Phyc.* et *V. P. S.*, p. 126, t. 14, f. 3. — fronde membranacea plana subtripinnata, pinnis secundi tertiique ordinis oblongis vel oblongo-lanceolatis pinnulisque incrassatis oppositis; conceptaculis globosis terminalibus.

HAB. Ad rupes insulæ Toud : D'URVILLE. — KG., *Spec.*, p. 857. — J. AG., *Spec.*, II, p. 764.

1513. L. BAILEYANA M., — *Cent.* VI, n° 55. — fronde setacea basi ramosa, ramis elongatis virgatis erectis subsimplicibus, ramentis subternis lineari-lanceolatis, utrinque attenuatis, erectis obsessa; conceptaculis subpedicellatis, ad ramulos lateralibus; tetrasporis apici ramentorum nidulantibus.

HAB. In oris insulæ Long-Island Americæ fœderatæ : BAILEY. — KG., l. c., p. 853.

SYN. *Chondria Baileyana* HARV., *Ner. Bor. Amer.*, p. 20, t. 18, A.

1514. L. FASTIGIATA M., — *Crypt. Alg.*, n° 38, et *Fl. Alg.*, p. 95. — frondibus subgelatinosis teretibus parce ramosis, ramis vagis fastigiatis, ramulos brevissimos apice incrassato pertusos emittentibus.

HAB. In rupibus submarinis. Alger : ROUSSEL.—KG., l. c.—J. AG., *Spec.*, II, p. 770.

1515. L. CANARIENSIS M.,— *in* KG., *Spec.*, p. 853 et 856, n° 15 et 30 (duas formas ejusdem complectens). — fronde 2-3-unciali cartilaginea

teretiuscula filiformi, basi plerumque denudata simplici, sursum ramosa, ramulis suboppositis aut interdum subsecundis clavatis turgidis et in conceptacula obtusissima perforata incrassatis.

Hab. Ad oras Canarienses : Webb. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 769.

Syn. *Laurentia cæspitosa* M., *Canar.*, p. 154, non Lamx.

1516. L. perforata M., — l. c., p. 155. — cæspitosa, intricata, repens; fronde cartilaginea tereti recurva vage ramosa, ramulis abbreviatis cylindricis secundis erectis apice excavatis, ore corrugato.

Hab. In rupibus, ad littora Canariensia : Webb. — Kg., l. c., p. 853.

Syn. *Fucus perforatus* Bory, *Essai sur les îles Fortunées*, p. 305, t. 5, f. 1, B, C., excl. A.

Obs. Planta *Speciei* J. Agardhii, ex specimine ipsius, diversa. Bory duas species commiscuisse videtur.

1517. L. patentiramea M., — *Notice etc., in Ann. Dec.*, 1837, n° 3, sub *Chondria*, t. 18, f. 3. — fronde filiformi ad axillas leviter incrassata irregulariterque pinnata, pinnis primariis longis surrectis, secundariis patentissimis deflexisque, ultimis tandem vel pinnulis brevissimis obtusis oppositis subternisque.

Hab. In littore maris Mediterranei, prope Mèze, Galliæ narbonensis : Ipse. — Kg., l. c., p. 854.

Delisea fimbriata Lamx.— M., *Obs. sur la struct. de quelques Floridées, in Ann.*, 3, I, p. 138 et suiv., cum icone analyt., t. 11, f. 1. — Genus restauratum et illustratum. — Kg., *Spec.*, p. 771.

Cfr. Ruprecht, *Die Vegetation des rothen Meeres*, p. 35.

LXX. ASPARAGOPSIS M.

Conceptacula sphærica, primo mucronulata, demum mutica, longe pedicellata, sporas piriformes, placentæ basilari filis articulatis affixas, includentia, demum poro pertusa. Surculus seu caudex, repens, cartilagineus, sursum frondes erectas, teretes, filiformes, continuas, pinnato-ramosas emittens. Rami sparsi, penicilliformes, patentes. Ramuli membranacei tenuissimi, subcomplanati, pinnati et bipinnati, pinnulis distincte articulatis.

Endochromata e cellulis ternis, media angustiori, lateralibus crassioribus composita. Color roseo-purpureus, interdum violaceus. — M., *Canar.*, p. XV.

Syn. *Lictoria* (olim) J. Ag.

* Asparagopsis Delilei M., — *Canar.*, p. 166, t. 8, f. 6, sub *Dasya*. — fronde e surculo repente erecta, ramis circumscriptione thyrsoidea pinnatis, apice penicillatis, ramellis oppositis aut vage pinnulatis.

Hab. Ad oras Canarienses : Webb; ad oras Tasmaniæ : Gunn; insularum Philippinensium : Cuming, n° 2236.—Harv., *Ner. Aust.*, p. 89, t. XXV. — Kg., l. c., p. 802. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 776.

Syn. *Fucus taxiformis* Delile, *Ægypte*, p. 151, t. 57. — *Chondria taxiformis* C. Ag. — *Lictoria taxiformis* J. Ag. olim.

Ordo VI. CORALLINEÆ.

1518. Corallina Berterii M., — *in* Harv., *Ner. Austr.*, II, p. 103, et *Fl. Chil.*, VIII, p. 318. — fronde brevi gracili, basi simplici, apice decomposito-pinnata, pinnis elongatis patentibus applanatis, pinnulis brevissimis; articulis infimis cuneatis, caulinis sensim latioribus, mediis superioribusque deltoideis, lateribus alæformibus, apicibus crenato-truncatis, margine simplicibus vel crenatis, ramulorum brevissimis obovatis sæpe incrassatis vel in conceptacula mutatis, apicibus obtusissimis.

Hab. Ad oras Chilenses : Bertero. — Kg., l. c., p. 709. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 566.

1519. C. Deshayesii M., — *Fl. Alg.*, p. 130. — fronde pallida basi fasciculata, dein trichotomo-pinnata, corymboso-expansa; articulis inferioribus superioribusque rachios teretibus, mediis subcuneatis diametro sesqui-quadruplo longioribus, ramulorum antennæformium cylindricis subulatis longissimis; fructus.....

Hab. In rupibus, prope Alger : Deshayes.

1520. C. microptera M., — l. c. — cæspitosa, amethystina; fronde tereti simplici aut semel inferne furcata, ramulis distichis cylindricis erectis subobtusis plumulosa, circumscriptione lineari-lanceolata aut taxiformi; articulis rachios inferioribus oblongo-cylindricis, mediis

supremisque apice parum incrassatis, cæterum conformibus; conceptaculis ovoideis crebris terminalibus.

Hab. In insula Teneriffa, in portu Orotava : Webb.

1521. C. Hombronii M.. — *V. P. S.*, p. 146, sub *Jania.* — ramosissima, tripinnata, pinnis confertis flabellatis; articulis rachios inferne teretibus, superne obcuneato-truncatis compressis, longitudine diametro subæqualibus, ramulorum teretibus apice aut ovato-globosis conceptaculigeris, aut filiformibus sterilibus diametro duplo triplove longioribus.

Hab. Ad littora insularum Auckland : Hombron. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 574. — Kg., *Spec.*, p. 707.

Syn. *Jania Hombronii* Harv., *Ner. Austr.*, II, p. 105.

1522. C. pistillaris M., — l. c., p. 147, sub *Jania.* — laxe bipinnata; pinnis pinnulisque remotis patenti-erectis; articulis rachios compressis subparallelogrammis, apice parum dilatatis, diametro duplo longioribus, pinnulis simplicibus teretibus apice discoideo- vel capitato-incrassatis tetrasporophoris.

Hab. Ad oras Novæ-Zeelandiæ, *Baie-des-Iles* : Hombron. - J. Ag., l. c. — Kg., l. c.

Syn. *Jania pistillaris* Harv., l. c.

1523. Jania cubensis M., — *in* Kg., l. c. p., 709. — intricata, subsetacea, filiformis, teres, alterne ramosa vel subdichotoma; ramis subpinnatis, pinnis ciliiformibus paucis patentibus subulatis; articulis elongatis diametro 4plo-6plo longioribus, primariis clavatis, pinnarum cylindricis.

Hab. Ad oras insulæ Cubæ : Ramon de la Sagra. — J. Ag., l. c., p. 560.

1524. Amphiroa polyzona M.,—*Fl. Alg.*, p. 136. — cinereo-vinosa; fronde a basi tereti repetito-dichotoma, ramis virgatis adscendentibus longissimis fastigiatisque, iterum crebre dichotomis, segmentis compressis erecto-patentibus, supremis complanato-dilatatis densissime zonatis; articulis inferioribus diametro sesqui—superioribus 3plo-4plo longioribus; conceptaculis per frondem sparsis, sporas piriformes zonatim 4-divisas foventibus.

Hab. Ad oras Algerienses : Deshayes.

1525. A. Cumingii M., — *Lond. Journ. of Bot. Dec.*, 1844, p. 662. —repetito-dichotoma; articulis omnibus ancipitibus oblongo-cuneatis, utroque fine truncatis, mediis longioribus (6 millim.), supremis obtusis inferioribusque brevioribus; conceptaculis minutis convexis pustuliformibus in mediis articulis positis.

Hab. In oris insularum Philippinensium : Cuming, n° 2232. — Kg., *Spec.*, p. 702. — J. Ag., l. c., p. 541.

1526. Melobesia grandiuscula M., — *Fl. Alg.*, p. 138. — pallide purpurea; fronde planiuscula orbiculari crassa fragilissima, undulato-repanda, medio tantum affixa, verrucis vix conspicuis poro pertusis; conceptaculis frondi immersis, sporas oblongas zonatim 4-divisas foventibus.

Hab. In Florideis parasitans apud Alger : Durieu.

1527. Mastophora macrocarpa M., — *V. P. S.*, p. 149. — frondibus coriaceo-membranaceis palmato-laciniatis, laciniis flabelliformibus subzonatis, margine revoluto instructis; conceptaculis perithecioideis conoideis obtusis, sporas obovoideas foventibus.

Hab. Ad Algas parasitans in oris insulæ Guham : Hombron. — Kg., *Spec.*, p. 697. — J. Ag., l. c., p. 528.

Syn. *Phlyctidium* M. mss. — Vide, l. c., characterem generis.

Ordo VII. EUCTENODONTEÆ.

* Euctenodus Billardierii Kg. — M., *Obs. sur la struct. de quelques Floridées*, in *Ann.*, 3, 1, p. 138, cum icone analytica fructus, t. 10.

Syn. *Ctenodus* Kg. olim, *Phyc. gen.* — *Seirospora* Harv., *in litt.* — Conf. Ruprecht, *Die Vegetation des rothen Meeres*, u. s. w., p. 37.

LXXI. POLYCLADIA M.

Frons filiformis, ramosa, undique vestita ramellis spiniformibus rigidis brevibus, apice obtusis, subincrassatis, in conceptacula olim mutandis? Structura : cellulis omnibus firmis arcte conjunctis, minoribus, medullaribus elongatis, diametro minori, peripheriam versus oblongo-ovalibus, corticalibus

minutis, granulosis, rotundatis, substantia grumulosa fusca repletis. —M., *in* Kg., *Spec.*, p. 769, et *Fl. Chil.*, VIII, p. 328.

1528. Polycladia Commersonii M., — l. l. c.c. — Characteres iidem ac generis.

Hab. In freto Magellanico? : Commerson. — *Fucus* Lamx. Hb. M.

Ordo VIII. CHÆTANGIEÆ.

LXXII. NOTHOGENIA M.

Frons cartilaginea, linearis, cylindraceo-compressa, solida, dichotoma, flabellato-expansa vel corymboso-fastigiata, sicca interdum canaliculata, e stratis binis composita : 1° stratum medullare e filis longitudinalibus longissimis densissime intricatis peripheriam versus in fila brevia horizontalia submoniliformi-articulata et 2° stratum corticale constituentia abeuntibus, formatum. Conceptacula in strato medullari nidulantia, ampla, pustuliformia, tandem poro pertusa. Pericarpium e filis medullaribus densius contextis constans; e tota ejus peripherica parte intus oriuntur fila ramosa articulata in centro conceptacula convergentia et in quoque extremo endochromate sporam obovatam purpuream, mox liberam, perisporio proprio vestitam, foventia. — M., *V. P. S.*, p. 108, et *Fl. Chil.*, VIII, p. 325. — Kg., l. c., p. 793.

1529. Nothogenia variolosa M., — *V. P. S.*, p. 109, t. 10, f. 3. — fronde compressa lineari subcanaliculata repetito-dichotoma, segmentis apice obtusis corymboso-fastigiatis, axillis dilatatis rotundatis.

Hab. Ad oras Chilenses : Cl. Gay; Peruvianas : Gaudichaud. — Kg., l. c.

Syn. *Sphærococcus fragilis* M., *Fl. Boliv.*, p. 27, t. 6, f. 4 (non Ag.).

Ordo IX. COCCOCARPEÆ.

1530. Gelidium decipiens M., — *Cent.* III, n° 64, et *Bonite*, p. 76, t. 145, f. 2. — chondriformis; fronde cartilaginea a basi compressa,

dein plana repetito-dichotoma, segmentis linearibus transversim rugosis, supremis sinuque dichotomiarum acutis, hinc inde aculeis brevibus distichis horizontalibus pectinata.

Hab. Ad oras Peruvianas. Payta : Gaudichaud.—Kg., *Spec.*, p. 763.

Syn. *Prionitis decipiens* J. Ag., *Spec.*, II, p. 188.

* G. corneum Lamx. — M., *Fl. Alg.*, p. 184, t. 16, f. 6; icon analytica conceptaculi hactenus vix noti.

1531. G. pectinatum M., — l. c., p. 108, t. 10, f. 1. — fronde cartilaginea submembranacea elongato-lanceolata, inferne subdichotoma, superne irregulariter pinnatim ramosa, ramis conformibus distiche (nonnunquam ex utraque pagina) pinnulas horizontales attenuato-subulatas (fructiferas palmulari-dilatatas) emittentibus; tetrasporis oblongis cruciatim 4-divisis.

Hab. Apud Alger : Monard, Roussel. — Kg., l. c., p. 765.

Syn. *Sphærococcus corneus*, v. *pristoides* C. Ag., *Spec.*, I, p. 279. — *Gelidium corneum*, v. *pristoides* J. Ag., *Spec.*, II, p. 470.

* G. radicans M., — *Cuba*, p. 47, t. 3, f. *h*, cum descriptione. — Kg., *Spec.*, p. 767.

Syn. *Sphærococcus radicans* Bory, *in* Bél., *Voy. Ind. Or.*, p. 165.

* G. filicinum Bory, *Coquille*, p. 162. — M., *Fl. Chil.*, VIII, p. 330, t. 16, fig. 3, cum descriptione.

1532. Grateloupia denticulata M., — *Bonite*, p. 65, t. 145, f. 1. — fronde gelatinoso-cartilaginea plana, mox a basi dichotomo-subpalmata, aculeis minutis subseriatis utrinque exasperata, segmentis lanceolatis margine denticulato proliferis.

Hab. In oris Peruvianis, ad Payta : Gaudichaud.—Kg., l. c., p. 742.

Syn. *Rissoella (?) denticulata* J. Ag., *Spec.*, II, p. 242.

1533. G.? auckLandica M., — *V. P. S.*, p. 115, t. 10, f. 2. — fronde cartilaginea filiformi tereti vage ramosissima, ramis ramentisque confertis fasciculatisque subcompressis basi attenuatis, sæpius ex insigni frondis tuberculo singulis pluribusve enatis.

Hab. In rupibus, ad insulas Auckland : d'Urville. — Kg., l. c. — J. Ag., l. c., p. 185.

1534. G. FIMBRIATA M., — *Fl. Alg.*, p. 102, t. 15, f. 3. — cæspitosa; fronde gelatinoso-cartilaginea plana, dilatato-cuneata, apice irregulariter multifida, segmentis plerumque acutis.

HAB. Ad littora Algeriensia : BORY.—KG., l. c.—J. AG. l. c., p. 184.

† 1535. G. LANCIFERA M. mss. : fronde filiformi gracili, basi et apice attenuata ramulisque paucis subsimplicibus brevibus patentibus cilia minuta lanceolata undique emittentibus; tetrasporis blepharogenis, oblongis, cruciatim divisis.

HAB. In littore insulæ Martinicæ *la Trinité* nuncupato, mense martio 1854 : BÉLANGER, n° 938.

DESC. Frons elatior, filiformis, teres, 3 decim. longa, 2/3 millim. medio vix crassior, basi et apice attenuata, ramulos sparsos rariores emittens. Ramuli crinales, 15-30 millim. longi, haud pinnati, patentes et patentissimi, raro apice bifurcati, ciliis numerosis, ovato-lanceolatis, basi constricta pedicellatis aut subsessilibus, undique orientibus, 1-3 millim. longis, seminillimetrum medio crassis, acutis vel acuminatis succulentis, onusti. Structura : stratum medullare e filis elongatis articulatis dense intricatis et inter sese anastomosantibus, centralibus longitudinalibus, intermediis peripheriam versus sensim inclinatis et in stratum corticale e filis radiantibus axi perpendicularibus dichotomis moniliformibus fastigiatis constans, abeuntibus. Tetrasporæ inter fila moniliformi-dichotoma obviæ, oblongæ, purpureo-roseæ, 3 centimillim. longæ, 15 millimillim. crassæ, primo transversim, tandem cruciatim divisæ.

OBS. Hæcce alga genuina faciem induit propriam nec cum ulla hujus generis specie confundenda, imo comparanda. Prima specie eandem ad *Grateloupiam Pennatulam*, mihi de visu ignotam, referri posse credebam, quæ vero notis diagnosticis a cel. Kützing datis, maxime diversa videtur.

1536. G. CUNEIFOLIA J. AG., fronde polymorpha, cartilagineo-membranacea, e violaceo viridescente, a basi breviter stipitata, stipite compresso, in laminam linearem vel lineari-cuneiformem, planam, apice interdum dilatato palmatifissam, laciniis elongatis lanceolatis acutis margine ciliiferis, aut nudis, expansa; conceptaculis tetrasporisque in disco frondis. NOBIS.

HAB. Ad oras maritimas insulæ Martinicæ, locis variis, imprimis in

littore *du Prêcheur*, *du Carbet et de la Trinité*, 1854 : Bélanger, nos 890-897.

Desc. Alga distinctissima, maxime polymorpha et suimet, in individuis pluribus, quæ nunc ante oculos habeo, dissimillima, hinc ad absolute describendum difficillima. Quum celeberrimi J. Agardh, qui speciem publici juris fecit, et Kützing, de utriusque fructus loco et forma nihil attulerunt, supplere id, quod deficit, conabor.

Frondes plures ex eadem basi persæpe cæspitosæ, erectæ, deorsum cartilagineæ, crassæ, sursum a medio—imo totæ interdum membranaceæ, gelatinosæ, nunc in stipitem breviusculum, 4-5 millim. longitudine adæquantem compressum basi attenuatæ, nunc statim in laminam planam lineárem cuneiformemve, 2-3 centim. latam, plus minus (1 decim. et ultra) longam, dilatatæ, apice truncato aut iterum attenuato ut plurimum, non semper, palmato-fissæ. Laciniæ membranaceæ, 2-7 decim. longæ, 5 millim. ad 1 centim. et quod excedit latæ, dichotome nec pinnatim (in exemplaribus nostris) divisæ, quandoque et iterum palmatifissæ, raro perforatæ, margine undulatæ, nudæ aut ciliis prolificationibusque ornatæ. Individua nonnulla utramque paginam laminæ cuneiformis prolificationibus brevissimis ciliiformibus exasperatam præbent. Structura generis. Color e violaceo *localiter* viridescens. Conceptacula in lamina immersa, punctiformia, miniato-purpurea, decimillimetrum diametro adæquantia, vix prominula, glomerulum fragiformem sporarum foventia. Sporæ in utriculis seu perisporiis brevibus e puncto medullæ ortis, basi radiantibus sensim medio erectis, initio inclusæ, obovoideæ, gigartinæ, mox liberatæ et oblongæ, majori diametro 2-3 centimillim. metientes. Tetrasporæ, pro more, in individuis diversis obviæ, oblongæ, inter fila moniliformia paralleliter nidulantes, diametro longitudinali fere 4 centimillim. — transversali 25 millimillim. æquantes, initio transversim, dein cruciatim quadridivisæ.

Obs. *Grateloupiam cuneifoliam* typicam non contigit mihi videre, sed characteres propositi sic bene cum nostra quadrant ut vix dubium est quin sit eadem species.

Lamina hujusce algæ hirta est, ut ita dicam, frondiculis *Bangiæ* cujusdam novæ, quam in *Tabulis phycologicis* Kützingianis deficientem suo loco describere in animo est.

1537. Gigartina ancistrocladа M., — *Prodr. Phyc.* et *V. P. S.*, p. 121, t. 7, f. 4. — cæspitosa; fronde cartilaginea lineari-compressa

canaliculata, violacea, irregulariter bi-tripinnata, pinnulis alternis oppositis vel et fasciculatis uncinato-incurvis recurvisve.

Hab. Ad insulam Akaroa : d'Urville. — Kg., *Spec.*, p. 751. — J. Ag., l. c., p. 272.

* G. gaditana M., *in* Webb, *Otia Hisp.*, *Pent.* II, p. 13, t. 7. — Vide *Solieria.*

1538. G. Gaudichaudii M.,—*Bonite*, p. 69, t. 143, f. 1, et *Cent.* III, n° 63. — heteroclita; fronde gelatinoso-cartilaginea elata, tereti filiformi gracili, simplici aut furcata, ramosa, ramis elongatis vagis lineari-lanceolatis explanatis, fructigeris mamillosis; conceptaculis pustuliformibus sparsis, poro pertusis.

Hab. Ad oras Peruvianas, circa Payta : Gaudichaud.

Syn. *Cystoclonium Gaudichaudii* Kg., l. c., p. 756.

1539. G. polyacantha M., — *Cent.* VI, n° 57. — fronde cartilaginea compressa, lineari, dichotoma, divisionibus subalternis vage pinnatis, sensim minoribus acutis, utrinque pinnulas brevissimas basi haud attenuatas spiniformes ferentibus.

Hab. Ad Campeche, in peninsula Yucatan : Linden.

1540. Corallopsis Sagræana M. inss. : — fronde tereti (exsiccatione longitrorsum sulcata) carnosa, succoso-gelatinosa, sursum dichotomo-ramosa, ramulis insuper onusta abbreviatis sub axilla solitariis aut et fasciculatis, omnibus apice subhiulco plicato-rugosis.

Hab. Ad littora Cubæ insulæ : Ramon de la Sagra.

Syn. *Sphærococcus Corallopsis* M., *Cuba*, p. 49, t. 3, f. 1. — Kg., *Spec.*, p. 777.

LXXIII. HYDROPUNTIA M.

Frons cartilaginea, basi teres, inæqualis, longitrorsum sulcata, vage prolifero-ramosissima, ramis spinulosis in pyramides tri-tetraquetras ex ipsorum angulis apiceve proles consimiles stipitatas multoties emittentes abeuntibus. Structura *Hypneæ*. Color in speciminibus vivis e viridi lutescens seu

chlorinus. — M., *Prodr. Phyc. Antarct.*, p. 7, et *V. P. S.*, p. 166.

1541. Hydropuntia Urvillei M., — *V. P. S.*, p. 166, t. 1, f. 1. — Characteres iidem ac generis.

Hab. Ad oras insulæ Toud, in freto Torres : d'Urville et Hombron. — Kg., *Spec.*, p. 752.

Syn. *Corallopsis Urvillei* J. Ag., *Spec.*, II, p. 483.

Obs. Alga Torresiana certissime sui generis ac inter *Corallopsides* militans ululare miserabiliter non cessat.

1542. Chrysymenia radicans M.,—*Fl. Alg.*, p. 98.—fronde rosea, gelatinosa, tereti, tenerrima, tubulosa, ramosissima, ramis primariis subopppositis secundariisque alternis ramulosis erecto-patentibus, basi apiceque attenuatis radicantibus; tetrasporis ramis ramulisque immersis, ocellatis, triangule 4-divisis.

Hab. Apud Alger : Monard.

Syn. *Chondrosiphon radicans* Kg., *Spec.*, p. 861.

Ordo X. GASTEROCARPEÆ.

LXXIV. GINANNIA M.

Frons cylindracea aut triquetra, membranaceo-gelatinosa, pluries dichotoma, fastigiata, intus filamentis intricatis ad centrum densioribus, costam in alga exsiccata simulantibus, mox in fila laxiora obliqua, dichotoma, articulata, tandem in cellulas horizontales rotundato-angulatas stratum peripherieum seu corticem constituentes abeuntibus composita. Fructus : glomeruli sporarum; nucleus e filis constat articulatis clavatis a placenta centrali cellulari quoquoversum radiantibus, in articulo quorum extremo spora oblonga gigartoideave continetur et infra corticem positus, globosus. Membrana tenerrima, pericarpium fungens, diaphana, e filis medullaribus contexta, ad speciem hexagono-areolata, massam filorum radiantium certe involvit. Tetrasporæ ignotæ. — M., *Canar.*, p. 162, *Bonite*, p. 58, et *Fl. Chil.*, VIII, p. 348.

Obs. Non qui modo nominat, sed qui characterem enucleat, is verus generis fundator existimari debet. Quis autem phycologus, quæso, antequam structuram fructus *Ginanniæ* revelarem, genus Bivonianum curabat, imo cognoscebat? Si lex definita et omnibus eadem observanda sit, cur igitur nomen *Grammita* ante decem annos publici juris a Bonnemaison factum plerique phycologi neglexerunt ad illum *Polysiphonia* multo recentius adoptandum?

1543. Ginannia (1) undulata M., — *Bonite*, p. 59, t. 45, f. 3, et *Fl. Chil.*, VIII, p. 342. — fronde membranaceo-gelatinosa, tereti, repetito subvirgatoque-dichotoma, axillis subrotundatis, segmentis linearibus haud constrictis, margine undulatis, supremis acuminatis.

Hab. Ad oras Chilenses : Bertero; Peruvianas : Gaudichaud. — Kg., *Spec.*, p. 715.

Syn. *Scinaia furcellata* J. Ag., *Spec.*, II, p. 422, var. *undulata*. — *Halymenia undulata* J. Ag. mss. olim.

* G. furcellata M., *Bonite*, l. c., t. 145, f. 3, l et m, structuram favellidii exhibens. — Kg., l. c.

Obs. Cel. J. Agardh asserit (*Spec.*, II, p. 421) se haud valuisse membranam areolatam nucleum favellidii involventem et a me l. c. descriptam et depictam cernere. Ex observationibus recentioribus clarissimi G. Thuret (*Note sur un nouveau genre d'Algues. Mém. de la Soc. imp. des sc. nat. de Cherbourg*, tome III, 1855) constat attamen, pace celeberrimi viri, pericarpium adesse evidentissimum : « Je citerai encore (2), comme fort incomplète, la description du fruit du *Scinaia furcellata* Bivoni. M. J. Agardh n'a point vu le péricarpe celluleux dans lequel les spores sont renfermées, et qui avait déjà été indiqué par M. le docteur Montagne. L'existence de cet organe est cependant très facile à constater sur la plante vivante, et des coupes transversales bien dirigées font voir qu'il s'ouvre à la surface de la fronde par un étroit carpostome. » Talia fatur eximius phycologus noster.

(1) *Ginannia* non autem *Gisnania* ut plerique vitiose scribunt.

(2) Dans l'exposition des caractères génériques faite par M. J. Agardh, dans son *Species Algarum*, l. c.

1544. Callymenia sanguinea M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 343. — fronde magna, cartilagineo-membranacea, madida carnosa, rubro-sanguinea difformi, in lacinias late lineari-attenuatas, margine incrassato-canaliculato eroso-denticulatas, sinu amplo rotundato, vage divisa; conceptaculis in fronde sparsim confertis, utrinque hemisphærico-prominulis, tandem apice varie disruptis, nucleolos plures foventibus; sporis binis ternisve angulatis, primitus in extremo filorum articulo perisporium fungente, inclusis, tandem liberis; tetrasporis in strato corticali immersis, oblongis, obscure cruciatim quadridivisis.

Hab. Ad oras meridionales Chiles : Cl. Gay.

* C. Requienii J. Ag. — M., *Fl. Alg.*, p. 112, t. 10, f. 4, structura frondis et tetrasporæ.

1545. C. papulosa M., — *Alg. Yem.*, n° 21. — fronde membranacea, gelatinosa, papulosa, polymorpha, rubra, lineari, margine apiceque, axillis rotundatis, lobata, lobis aut confornibus, aut cuneatis, aut attenuato-acutis, ambitu ciliatis; conceptaculis e margine vel e superficie frondis sphæricis, spinulosis.

Hab. In mari Rubro, ad oras Yemenses : Arnaud et Vaysière. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 293.

1546. Halymenia cyclocolpa M., — *Canar.*, p. 163 (descriptio), et *Fl. Alg.*, p. 116, t. 11, f. 1, a-f. — fronde basi attenuata, scutatim affixa, gelatinosa, carnoso-membranacea, mox in laminam planam circumscriptione orbicularem, irregulariter subdichotome inciso-laciniatam expansa, laciniis linearibus, apice corniculato-multifidis, axillis amplis rotundis; conceptaculis sparsis, strato corticali nidulantibus; sporis ovoideis, tandem per porum hiantem evacuatis.

Hab. In littore Africæ borealis, apud Tanger : Schousboe; apud Alger : Monard, Roussel; ad insulam Teneriffæ : Webb. — Kg., *Spec.*, p. 716.

Syn. *Nemastoma multifida* (Schousb., sub *Platoma*) J. Ag., *Spec.*, II, p. 166, et *N. cervicornis*, l. c., p. 167.

1547. H. cystophora M., — *Cent.* III, n° 67, sub *Dumontia*, et *Fl. Alg.*, p. 114. — fronde pallide rosea, gelatinosa, cylindracea, multoties dichotoma, segmentis membranaceis subinflato-ventricosis, ulti-

nis acutis, vix fastigiatis, siccitate collapsis; conceptaculis sphæricis sparsis, congeriem sporarum minutissimarum angulatarum foventibus.

Hab. In littore Monspeliensi : Delile, et Algeriensi : Bory, Monard.

Syn. *Halarachnion cystophorum* Kg., l. c., p. 721.

1548. H. Monardiana M., — *Crypt. Alg.*, n° 50 (descriptio), et *Fl. Alg.*, p. 115, t. 11, f. 2, g-q. — fronde basi scutatim affixa, gelatinosa, coriacco-membranacea, roseo-purpurea, in lurido-viridem vergente, plana, dichotoma, segmentis cuneato-dilatatis, axillis obtusis, ultimis ceranoideo-attenuatis spathulatisve; conceptaculis in segmentis sparsis pustuliformibus; sporis ovoideo-oblongis.

Hab. Ad littora Algeriensia: Monard, Roussel. — Kg., *Spec.*, p. 717. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 203.

1549. H. Novæ-Zeelandiæ M., — *V. P. S.*, p. 107, t. 12, f. 2. — fronde plana, gelatinoso-carnosa, spiraliter convoluta, dichotomo-pinnata, pinnis basi attenuata subtereti patentibus lanceolatis, iterum pinnulatis acutis integerrimis.

Hab. In littore insulæ Akaroa : d'Urville. — Kg., l. c.

Syn. *H. Urvilliana* M., *Prodr. Phyc.*, p. 8.

* H. algeriensis M., *Crypt. Alg.*, n° 48, t. 9, f. 2, est *Chrysymenia pinnulata* J. Ag., *Spec.*, II, p. 213.

1550. H. marginata Roussel mss., — *in* M., *Crypt. Alg.*, n° 46, et *Fl. Alg.*, p. 124, t. 10, f. 2, sub *Iridæa*. — fronde carnoso-membranacea, gelatinosa, sicca coriacea, sanguineo-rubra, plana, oblonga vel suborbiculari, margine repando-lobato, subtiliter incrassato, duplicato affixa; conceptaculis frondi subimmersis; sporis ovoideo-oblongis in glomerulum pericarpio laxe anastomosante circumdatum collectis, per porum elabentibus. Nobis.

Hab. Ad oras Algerienses : Roussel, Monard. — Kg., l. c.

Syn. *Schizymenia marginata* J. Ag., l. c., p. 171.

1551. H. doryphora M., — *Fl. Boliv.*, p. 21. — fronde coriaceo-membranacea, palmato-fissa, segmentis integerrimis acutissime angusteque lanceolatis, undulato-crispis, spiraliter tortis. Color violaceo-purpureus.

Hab. Ad oras Peruvianas, prope Callao : Du Petit-Thouars. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 207.

1552. Dumontia canariensis M., — *Canar.*, p. 165. — stipite abbreviato in frondes pluries inflato cylindricas, obovatas, intus cavas, simplices aut e peripheria ramenta consimilia emittentes; tetrasporis per frondem sparsis.

Hab. In littoribus insulæ Canariæ, ad Isletam : Despréaux. — Kg., *Spec.*, p. 720.

Syn. *Halosaccion canariense* J. Ag., *Spec.*, II, p. 360.

1553. D. pusilla M., — *Prod. Phyc.*, p. 9, et *V. P. S.*, p. 105, t. 13, f. 2. — fronde cylindracea, gelatinoso-membranacea, tubulosa, laxe ramosa, ramis furcatis, ramulos laterales subbinos gerentibus; tetrasporis per frondem sparsis.

Hab. Ad *Gigartinam ancistrocladam* parasitans. — Kg., *Spec.*, p. 719.

Syn. *Chylocladia pusilla* J. Ag., *Spec.*, II, p. 368.

LXXV. DASYPHLOEA M.

Frons cylindracea, membranacea, gelatinosa, rosea, undique ramosissima, pilis continuis hyalinis densis tota vestita. Fructus : verrucæ superficiales, hemisphæricæ, e filis radiantibus ad normam nematheciorum paralleliter junctis compositæ, quibus nidulantur tetrasporæ oblongæ, in quatuor sporas tandem zonatim divisæ. Structura *Halymeniæ*. — M., *Prodr. Phyc.*, p. 8, et *V. P. S.*, p. 10. — Kg. — J. Ag.

1554. Dasyphloea insignis M., — *V. P. S.*, p. 102, t. 8, f. 3. — fronde gelatinoso-membranacea, tenerrima, roseo-purpurea, subtubulosa, undique vage decomposita, pilis continuis densis tota obsita.

Hab. Ad littora insulæ Akaroa : d'Urville.—J. Ag., *Spec.*, II, p. 215. — Kg., *Spec.*, p. 757.

Ordo XI. CRYPTONEMEÆ.

1555. Peyssonnelia capensis M., — *Enum. Fungor.*, n° 41. — Species a *P. squamaria* fructificatione (an normali)? diversa.

Hab. Ad littora Africæ meridionalis : Drège, n° 44. Descriptio et observationes naturam nematheciorum illustrantes.

1556. PHYLLOPHORA COCCOCARPA M., — *Fl. Chil.*, p. 347, t. 16, f. 1. — fronde stipitata, stipite cylindraceo nudo aut alato, in laminas planas membranaceo-cartilagineas, basi cuneatas, mox late lineares enerves, apice bifidas, lobis rotundatis, expanso; conceptaculis ad apices segmentorum sessilibus globosis, centro in sicco depresso-cupulari, tandem perforatis.

HAB. In freto Magellanico : D'URVILLE.

SYN. *Rhodymenia Palmetta* M., *V. P. S.*, p. 156, p. p., non GREV.

* P. HEREDIA J. AG. — M., *Fl. Alg.*, p. 122, t. 16, f. 5, a-e; icon analytica nematheciorum structuram exhibens.

* P. NERVOSA GREV. — M., l. c., p. 121, t. 16, f. 5, f. g; conceptaculi analysis.

1557. CHONDRUS PUSILLUS M.,—*in* STEINH., *Crypt. Barbar.*, *Ann.*, 2, I, p. 287, t. 13, f. 9. — minimus, 12 millim. altus; fronde lineari subdichotoma, segmentis patentibus, ultimis bifurcis palmatisve, apice obtusis; conceptaculis sphæricis in utraque pagina prominulis ocellatis, demum fronde lacerata elabentibus eamdemque perforatam relinquentibus; sporis ovoideis congestis. — Cfr. *Fl. Alg.*, p. 118.

HAB. In littore apud Bone : STEINHEIL. — KG., *Spec.*, p. 739.

* C. DUBIUS M., *Fl. Alg.*, p. 117, est *C. norvegicus* LAMX., cum fructu conceptaculari. — Observationes.

SYN. *Gymnogongrus norvegicus* J. AG., *Spec.*, II, p. 320.

1558. GYMNOGONGRUS AMNICUS M., — *Guy.*, n° 14. — rhodomeloides; fronde cæspitosa gracillima, unciali et ultra, atro-violacea, irregulariter dichotome virgato-ramosa, divisionibus extremis bifurcis; nematheciis amplectentibus sparsis.

HAB. Ad rupes, in torrentibus aquæ dulcis montium Kau dictorum : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1112.

* G. GRIFFITHSIÆ MART. — M., *Canar.*, p. 160, ubi morphosim tetrasporarum e nucleo endochromatorum transformato evenire in nematheciis primus observavi et descripsi. — Cfr. Iconem *Phyllophoræ herediæ* in *Fl. Alg.*, t. 16, f. 5, a-c.

1559. Ahnfeltia elongata M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 333. — fronde sicca cornea, tereti filiformi, decomposito-dichotoma, segmentis inferioribus longissimis, supremis brevioribus; nemathecciis? basin frondium circumdantibus.

Hab. Ad oras meridionales Chiles : Cl. Gay.

† 1560. Nemastoma canariensis M. mss. : fronde elongata filiformi tereti-compressa, articulato-subconstricta, exsiccatione longitrorsum sulcata dichotoma, segmentis sensim brevioribus supremis subfastigiatis; conceptaculis depresso-sphæricis minutis sparsim aggregatis initio inter fila corticalia radiantia — dein erumpentibus et sub cuticula nidulantibus, sporas ovoideo-polyedras intra periderma gelatinosum hyalinum foventibus.

Hab. In littoribus insulæ Canariæ : Despréaux, Broussonet.

Syn. *Halymenia capensis* M., *Canar.*, p. 164, cum descriptione. — *Gymnophlœa canariensis* Kg., l. c., p. 712. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 168.

1561. Iridea Montagnei Bory Hb., — *in* M., *Fl. Alg.*, p. 124, t. 12. — fronde coriaceo-membranacea brevistipitata, stipite in laminam polymorpham obovato-lanceolatam, basi obliqua inæqualiter cuneatam cordatamve, margine undulatam, in vivo vivide purpuream, exsiccatione sordide purpureo-violascentem nigrescentemve explanato; conceptaculis per totam frondem confertim sparsis, sporas oblongas pericarpio celluloso inclusas foventibus.

Hab. In littore Algeriensi : Bory.

Syn. *Schizymenia minor* J. Ag., *Spec.*, II, p. 721, perperam.

1562. I. yemensis M., — *Alg. Yem.*, n° 19. — fronde (mediocri) membranacea gelatinoso-cartilaginea informi, ambitu angulato ciliata, basi in stipitem brevissimum attenuata; tetrasporis cruciatim divisis.

Hab. In maris Rubri littore Yemensi : Arnaud et Vaysière. — J. Ag., *Spec.*, p. 259.

1563. I. (?) reticulata M., — l. c., n° 20. — fronde e basi attenuata stipitata, sursum dilatata, margine lobata, lobis sinu rotundo divisis, purpureo viridique variegata, superficie tenuissime reticulato-rugulosa; fructu.....

Hab: In iisdem cum priori locis : Arnaud et Vaysiere. — J. Ag., l. c., p. 260.

Ordo XII. HALOPLEGMEÆ.

LXXVI. HALOPLEGMA M.

Frons e filis composita tubulosis articulatis seu septatis ramosissimis inter sese anastomosantibus et dense intertextis in membranam planam rubram, initio flabelliformem, demum elongatam spathulatam, margine apiceque proliferam, ramentis frondi primariæ conformibus. Fila centralia crassiora, magis pellucida, endochromatibus roseis omnino callithamnioideis prædita, inferne subparallela, apicem versus frondis flabellatim divergentia, sensim decomposito-ramosa, anastomosantia, apice libera, nullo scilicet epidermide religata nec dense conjuncta, ad utramque superficiem frondis tomentum spongiosum efformantia. « Conceptacula (*Favellæ*) in pustulis hemisphæricis in disco frondis sparsis plura, filis adnata, sphærica, perisporio inclusa. Sporæ numerosæ, subpiriformes, angulatæ. Tetrasporæ in filis frondis marginantibus liberis terminales, subpedicellatæ, 3-angule 4-divisæ.» — M., *Cent.* III, *in Ann. sc. nat.*, 1842. — Endl. — Sonder, *Pl. Preiss.*, II, p. 171. — Kg., *Spec. Alg.*, p. 672. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 112. — *Rhodoplexia* Harv., *in* Hook., *Icon.*, XIII, t. 613.

1564. Haloplegma Duperreyi M., — *Cent.* III, n° 69, t. 7, f. 1. — fronde e basi incrustante plana rubra, flabelliformi-expansa, tandem spathulata, ex ambitu undulato fimbriatoque prolificationes sibi conformes emittente.

Hab. Ad littora insulæ Martinicæ, frondes *Amansiæ multifidæ* investiens : Duperrey. — Kg., *Spec.*, p. 672. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 111.

Ordo XIII. CERAMIEÆ.

1565. Ptilota formosissima M., — *Prod. Phyc.*, p. 8, et *V. P. S.*, p. 97, t. 9, f. 3. — jugamento (frondis) articulato basi tereti filiformi

subdichotome decomposito-pinnato, pinnis planis subcostatis pinnulisque utrinque serratis alternis patentibus, « favellis sessilibus involucratis, foliis involucri pinnatifidis; tetrasporis marginalibus pedicellatis. »

Hab. Ad oras insularum Auckland : d'Urville; J. D. Hooker. — Hook. fil. et Harv., *Crypt. Antarct.*, p. 78, t. 77, splendidissima. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 102.

Syn. *Euptilota formosissima* Kg., *Spec.*, p. 671.

1566. Spyridia Berkeleyana M., — *Fl. Alg.*, p. 141, t. 15, f. 6. — fronde primaria deorsum continua, sursum articulata, tessellato-striata, corymbose decomposito-ramosissima, ramellis monosiphoniis, ad apicem mucronatum hyalino-uncinatis; tetrasporis ad basin ramellorum lateralibus.

Hab. Ad oras Algerienses : Bory, Roussel, Monard. — Kg., *Spec.*, p. 667.

Syn. *S. aculeata* Un. Itin. mss., ex J. Ag., var. a., *Spec.*, II, p. 343.

1567. Wrangelia Argus M. mss. : minima, 10-12 millim. alta; fronde primaria nuda, vage ramosa, ramis sciuroideis ad genicula verticillatim ramellosis penicillatis, ramellis subternis densis dichotomis patenti-erectis; articulis frondis diametro 2plo, ramellorum 3plo-4plo longioribus, extremo inferiorum obtuso, superiorum acuto; tetrasporis sphæricis, ad genicula sitis, ramello 4-5 articulato simplici incurvo involucratis.

Hab. Ad rupes (Roque del Gando), in littore Canariensi : Despréaux.

Syn. *Griffithsia Argus* M., *Canar.*, p. 176, t. 8, f. 4. — Kg., *Spec.*, p. 662. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 710.

* Ballia callitricha M., *in* Ch. d'Orbigny, *Dict. univ. d'hist. nat.*

Syn. *Sphacelaria callitricha* C. Ag. — M., *in* Alc. d'Orbigny, *Voy. Amér. mérid.*, *Sert. Patag.*, p. 7, t. 4, f. 2, descriptio et icon.

1568. B. Hombroniana M., — *Prodr. Phyc.*, p. 9, et *V. P. S.*, p. 94, t. 12, f. 1. — caule hirto vinoso-purpureo vage di-trichotomo, divisionibus pinnato-decompositis, pinnis pinnulisque densis breviter lanceolatis strictis (!); articulis pinnarum supremis acutis diametro plus duplo — pinnularum sesquilongioribus.

Hab. Ad Akaroa : Hombron. — Kg., *Spec.*, p. 663.

1569. B. PYGMÆA M., — *Guy.*, n° 18. — callithamnioides, microscopica, irregularis, roseo-purpurea; filis subsimplicibus (apice nudis) simpliciterque pinnulatis, pinnulis oppositis patenti-erectis acutis; articulis cylindricis, omnibus diametro subduplo longioribus.

HAB. In filis *Batrachospermi equisetifolii* parasitans. Cayenne : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1109. — An potius *Callithamnii* species?

1570. CENTROCERAS RHIZOPHORUM M., — *Guy.*, n° 16. — sescunciale, purpureum, inerme; filis dichotomis, divisionibus longis incurvo-forcipatis; articulis cylindricis, inferioribus diametro 3plo longioribus, apicem versus sensim brevioribus; cellulis corticalibus longitrorsum seriatis subrotundis mediocribus; annulis geniculorum inermibus radicellas hyalinas promentibus.

HAB. In oris Guyanensibus : LEPRIEUR, *Coll.* n° 359.

* C. CLAVULATUM M., *Fl. Alg.*, p. 140. — *Ceramium* AG., *Sp. Alg.*, — M., *Canar.*, p. 173 et 174, ubi primus dispositionem, imo præsentiam tetrasporarum hactenus ignotarum demonstravi.

Var. CRISPULUM M., — *Cuba*, p. 26, t. 2, f. 1. — filis flexuoso-crispatis, ramulis forcipatis, articulis plus minus ciliatis.

HAB. Ad Algas majores, in portu Havanensi : RAMON DE LA SAGRA.

SYN. *Centroceras hyalacanthum* KG., *Spec.*, p. 689.

* CERAMIUM NITENS (AG.) J. AG., — *Spec.*, II, p. 130, et HARVEY, *Ner. Bor. Amer.*, p. 213. — fronde setacea vage dichotomo-ramosa, ramis patentibus, ramulis subterminalibus vivide purpureis rectiusculis vel subulatis fructigeris; articulis ubique corticatis, hinc obsoletis, inferne diametro æqualibus, superne subquinquies brevioribus; tetrasporis totum ramellum occupantibus, transversim subquaternis et strato corticali immersis, triangule divisis, e cellula matricali facile elabentibus. NOBIS.

HAB. In oris insulæ Martinicæ fructiferam legit BÉLANGER, n° 960.

OBS. Celeberrimis C. et J. Agardh nec Harveyo quidem, qui hancce notabilem æque ac difficilem speciem descripserunt, fructus nondum innotuerat. Quamobrem casu fausto speciminis tetrasporophoris mihi obvenientibus hanc formam fructificationis illustrandam existimavi.

† 1571. Corynespora Belangeri M. mss. : parasitica, cæspitosa, pygmæa; fronde tenerrima, rosea, ecorticata, ramosissima, corymboso-fastigiata, ramis ramellisque spiraliter alternis virgato-dichotomis, apice penicillatis; articulis frondis diametro 3plo — ramellorum 6plo-8plo longioribus cylindricis, geniculis pellucidis; tetrasporis ellipsoideo-piriformibus purpureis.

Hab. In fronde *Acanthophoræ Thierii* parasitantem, ad oras Martinicæ, detexit amicus Bélanger, n° 968.

Desc. Frons rosea, gelatinosa, centim. alta, decomposito-ramosissima, 6 ad 8 centimill. diametro metiens. Rami virgato-dichotomi, apice fastigiati, penicillos truncatos referentes et chartam, cui adhæret alga, purpureo tingentes. Cæterum color roseus in viridem an exsiccatione? vergens. Tetrasporæ ellipsoideæ attenuato-subpedicellatæ, hinc subpiriformes, ad latus interius ramellorum paulum infra genicula oriundæ, 5 centimill. longæ, crassitudine dimidio minores. Cum nulla alia confundenda.

1572. C. flexuosa J. Ag., *Spec.*, II, p. 69.

Hab. Ad oras Tingitanas : Schousboe.

Syn. *Griffithsia flabellata* M., *in* Webb, *Otia Hisp.*, *Pent.* II, p. 9, t. 6. — *Monospora flabellata* M., *in* ejusd. oper., edit. 1853, p. 12. — *Ceramium flabellatum* Schousb. mss. — *Callithamnion flexuosum* C. Ag.

1573. Griffithsia Schousboei M., — *in* Webb, *Otia Hisp.*, *Pent.* II, p. 11, t. 10, et ejusd. oper., edit. alter. 1853, p. 13. — fronde cæspitosa repente, dichotoma fastigiata, ramis erectiusculis articulato-constrictis; articulis inferioribus oblongis, superioribus elliptico-sphæricis diametro duplo longioribus; conceptaculis, tetrasporis antheridiisque (Cfr. Derb. et Sol., *Ann.*, 3, XIV, p. 276, t. 36, f. 1-9) circa genicula positis involucroque brevi verticillato cinctis.

Hab. Ad oras Tingitanas, Canarienses, Algerienses, etc. : Schousboe, Despréaux, Durieu, J. Agardh, Solier, Giraudy aliique. — Kg., *Spec.*, p. 661. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 78.

1574. G. chilensis M., — *in* Kg., *Spec.*, p. 660, et *Fl. Chil.*, VIII, p. 360. — fronde setacea vage ramosa, ramis alternis, inferioribus elongatis, superioribus abbreviatis patentibus axillisque obtusiusculis; articulis diametro 6plo-8plo longioribus cylindraceis; fructu.....

Hab. Ad oras Chilenses et Peruvianas, in consortio *Callithamnii Orbignioni* : Du Petit-Thouars. — Kg., *Spec.*, p. 660. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 88.

1575. G. Duriæi M., — *Fl. Alg.*, p. 143. — fronde cæspitosa, unciali, tenui, roseo-coccinea, dichotoma fastigiata, apicibus inæqualiter furcellatis acutis, segmentis patenti-erectis; articulis cylindraceis diametro 2plo-4plo longioribus, geniculis haud constrictis; fructu.....

Hab. In *Gelidio corneo*. La Calle : Durieu. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 89.

1576. Callithamnion Orbignianum M., — *Cent.* I, n° 9, et *Fl. Boliv.*, p. 7, t. 7, f. 4. — fronde erectiuscula elata ramosissima, dense pinnata, pinnis oppositis vel verticillatis tetrastichis, inferioribus opposite pinnulatis, pinnulis secunde pinnellatis; articulis diametro 2plo-3plo longioribus; tetrasporis in pinnula subaxillaribus, cruciatim quadridivisis.

Hab. Ad oras Peruvianas : Alc. d'Orbigny. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 30. — Kg., *Spec.*, p. 647.

1577. C. Thouarsii M., — *Cent.* I, n° 10, *Fl. Boliv.*, p. 9, t. 7, f. 5, et *Fl. Chil.*, VIII, p. 363. — fronde a basi pinnato-decomposita, pinnis pinnulisque oppositis patenti-erectis, ultimis subsecundis; articulis inferioribus diametro 4plo longioribus, superioribus subæqualibus.

Hab. Ad oras Chilenses, prope Valparaiso : Du Petit-Thouars. — Kg., l. c., p. 648.

1578. C. Pylaisæi M., — *Cent.* I, n° 11. — fronde capillari vage ramosa, ramis circumscriptione lanceolatis, ramellis decussatis seu tetrastiche oppositis inæqualibus patenti-erectis pinnulatis, pinnulis brevibus acutissimis sæpius secundis, sed et oppositis, rarius alternis; articulis inferioribus diametro 8plo — superioribus sesquilongioribus æqualibusve; tetrasporis subglobosis secundum pinnulas dispositis, tandem cruciatim 4-divisis.

Hab. Ad oras insulæ Terræ-Novæ : La Pylaie. — Harv., *Ner. Bor. Amer.*, II, p. 239, t. 36, B.

Syn. *Wrangelia Pylaisæi* J. Ag., *Spec.*, (III?) p. 705!

1579. C. planum M., — *Cent.* I, n° 8, et *Fl. Boliv.*, p. 14, t. 7, f. 3. — frondibus (an collapsu) planis, pluries dichotomo-ramosis, ramis

ultimis pinnatis, pinnis iterumque dichotomis, supremis elongatis, incurvis, obtusis, corymboso-fastigiatis; articulis frondis primariæ diametro 10plo — ramorum 2plo longioribus, pinnularum subæqualibus; tetrasporis in axillis ramulorum sitis.

Hab. Ad oras Chilenses, Circa Valparaiso : Alc. d'Orbigny. — Kg., l. c., p. 644. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 64.

1580. C. dasytrichum M., — *Ann.*, 2, II, p. 74, sub *Ceramio*, et *Bonite*, p. 51. — cæspitosum; frondibus capillaribus inferne hirtis tetrastiche ramosis, ramis erecto-patentibus, sensim attenuatis, circumscriptione linearibus ramulisque alternis, supremis fastigiato-corymbosis; articulis diametro 2plo-3plo longioribus.

Hab. Ad oras Brasiliæ, ad Rio de Janeiro : Gaudichaud. — Kg., l. c. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 59.

1581. C. micropterum M., — *Ann.*, 2, XVIII, p. 261. — cæspitosum, roseum, microscopicum; frondibus primariis repentibus, secundariis surrectis simplicibus non nisi apice pinnulatis, pinnulis omnibus furcatis; tetrasporis ellipticis pinnulas terminantibus.

Hab. In oris Canariensibus, ad *Sphærococcum coronopifolium* : Webb.

Syn. *C. Pluma* var. *micropterum* M., *Canar.*, p. 177. — Kg., l. c., p. 648. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 26.

1582. C. pectinatum M., — *Prodr. Phyc.*, p. 9, et *V. P. S.*, p. 90. — microscopicum; fronde primaria repente pinnata, pinnis pinnulisque oppositis patentibus; articulis cylindraceis diametro duplo longioribus vel æqualibus; tetrasporis axillaribus.

Hab. In oris insularum Auckland, alias algas perreptans. — Kg., l. c., p. 647. — J. Ag., *Spec.*, II, p. 22.

1583. C. clandestinum M., — *Cent.* I, n° 7, et *Fl. Boliv.*, p. 15, t. 7, f. 2. — frondibus cæspitosis arachnoideis irregulariter ramosissimis, ramis intricatis ramulisque remotis ascendenti-strictis; articulis inferioribus diametro 5plo — superioribus subduplo tantum longioribus.

Hab. Ad oras Peruvianas : Alc. d'Orbigny. — Kg., l. c., p. 643. — J. Alg., *Spec.*, II, p. 63.

1584. C. LEPTOCLADUM M., — *V. P. S.*, p. 91. — minutum; fronde primaria repente bipinnatim ramosa, ramis ramulisque oppositis brevibus (interdum abortu secundis) triplo gracilioribus; articulis cylindricis diametro 2plo-4plo longioribus, supremis æqualibus.

HAB. Ad *Rhodymeniam Palmettam*, in freto Magellanico : D'URVILLE. — KG., l. c., p. 647. — J. AG., *Spec.*, II, p. 22.

1585. C. ELLIPTICUM M., — *Canar.*, p. 167. — nanum; fronde primaria valida striata, vage ramosa, ramis virgatis sensim brevioribus pyramidatis; articulis diametro subbrevioribus aut æqualibus; tetrasporis ellipticis subpedicellatis limbo hyalino lato cinctis.

HAB. In *Sphacelaria scoparia*, ad oras Canarienses : WEBB.

SYN. *Phlebothamnion? ellipticum* KG., l. c., p. 658.

C. GRANULATUM AG. — M., *Fl. Alg.*, p. 147, t. 4, f. 1, utrumque fructum exhibens.

FAMILIA XIII. ZOOSPOREÆ.

ORDO I. — ULVACEÆ.

1586. PHYCOSERIS LIGULA M., — *in* KG., *Spec.*, p. 476. — fronde herbaceo-viridi subcoriaceo-membranacea, angusta, plus minusve perforata et irregulariter lacerata, cellulis verticalibus elongatis.

HAB. Ad insulam Toud, in freto Torres : D'URVILLE.

SYN. *Ulva reticulata* M., *V. P. S.*, p. 33, non FORSK.

1587. P. FASCIATA M., — *Fl. Alg.*, p. 151; synonymia, descriptio et icon, t. 14, f. 1 et 2.

SYN. *Ulva fasciata* DELILE, *Égypte*, t. 58, f. 5.

† 1588. P. BELANGERI M. mss. : fronde cartilaginea obscure viridi, a basi breviter dilatata in lacinias angustissimas, longissimas, undulatas, crenato-subdentatas divisa.

HAB. In littore insulæ Martinicensis, loco *Côte du Prêchcur* dicto, aprili 1854 : BÉLANGER, n° 889.

DESC. Frons cartilaginea, rigidiuscula, vix stipitata, basi discoidea affixa, dilatata, mox in lacinias divisa senas octonasve angustissimas,

2-3 millim. latas, 15-20 centim. longas, iterum furcatas, margine undulato crenato-dentatas et sæpe spiraliter contortas. Frons e duobus stratis et stratum utrumque e cellulis quadrato-oblongis, 0mm,015 longis, centimillimetrum crassis, constans. Color intense viridis.

Obs. Hæc species ad modum *Dictyotæ Fasciolæ* contorta, ab omnibus formis *Ulvæ nematoideæ* Bory, quas in *Flora Algeriensi*, I, p. 152, sub nomine *Phycoseridis fasciatæ* conjunxi, essentialiter differre mihi videtur.

1589. Porphyra columbina M., — *Prodr. Phyc.*, p. 14, et *V. P. S.*, p. 33, t. 9, f. 2. — frondibus aggregatis, gelatinoso-membranaceis, parvulis, purpureo-violaceis, columbinis, orbiculatis, crispato-undulatis, granulis subquaternis.

Hab. Ad oras Aucklandicas : d'Urville. — Kg., *Spec.*, p. 692.

1590. P. Boryana M., — *Fl. Alg.*, p. 150, t. 13, f. 2. — cæspitosa; fronde minuta angustissima plana, lineari-lanceolata, spiraliter torta, purpureo-rosea, hexagono-cellulosa, granulis quadratis.

Hab. Ad littora Algeriensia in *Gelidio corneo* parasitans : Bory, Deshayes. — Kg., l. c., p. 691. — *Bangia Boryana* DNtrs., *in litt.*

†1591. P. vexillaris M. mss. : serialis; fronde minima, a basi rotundata breviterque stipitata, oblongo-lanceolata, violacea, plana, granulis (gonidiis Kg., sporis et antherozoidiis Derb. et Sol.) cruciatim quaternatis, parallelipipedis, transversim aut longitrorsum seriatis.

Hab. In fronde *Grateloupiæ filicinæ*, ad oras Martinicæ : Bélanger.

Desc. Frons gelatinosa, membranacea, tenerrima, 2 ad 4 millim. longa, 1/2 ad 2 millim. basi, ubi in stipitem brevissimum attenuata, lata, plana, violacea, tandem decidua; tum ramuli *Grateloupiæ* stipitibus persistentibus inhorrescunt. Granula quaternata, oblongo-quadrata.

Obs. Minutie, forma et loco ab omnibus congeneribus species facile distincta, signa illa monitoria, quibus navis prætoria aliis classis navibus mandata tradit, in memoriam revocans.

1592. Prasiola pusilla M., — *Cent.* VI, n° 59, sub *Ulva*. — læte-virens; fronde tenuissima, laciniata, margine undulato-crispatissima,

cellulis monogonimicis, gonidiis laxis ovoideis, altero fine ut plurimum acutis.

Hab. In littore insularum Carolinarum : Le Guillou.

* Enteromorpha bulbosa M., — *Bonite*, p. 3, et *Fl. Chil.*, VIII p. 372, descriptio.

Syn. *Solenia bulbosa* Suhr, *Flora*, 1839, p. 72, fig. 46.

1593. E. pacifica M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 372. — filiformis, capillaris, confervacea, simplex, tubulosa, intricata, pallide viridis, 1 ad 2 centim. longa, 3 ad 4 centumillim. crassa ; cellulis oblongis recte quadrangulis transversim seriatis, extus prominulis.

Hab. In Chile, ad Copiapo : Cl. Gay.

1594. Phyllactidium arundinaceum M., — *Fl. Alg.*, p. 156. — orbiculare, rufum, ambitu repandum, e cellulis e centro radiantibus parallelogrammis dichotomis, diametro duplo triplove longioribus, enucleatis formatum.

Hab. Culmis arundinaceis adnatum, in paludosis lacus *El-Hout*, prope La Calle : Durieu. — Kg., *Spec.*, p. 424, et *Tabul. Phycol.*, Band IV, p. 19, t. 88, f. 2.

1595. Anadyomene Calodictyon M., — *Conar.*, p. 180, t. 8, f. 1.— fronde solitaria suborbiculari, e viridi-fusco nigrescente, cribrosa, margine dissecta lobataque, venis quinis, mediis erectis, binis inferioribus patentibus (nec deflexis), membrana nulla connexis.

Hab. In portu Orotava insulæ Teneriffæ : Webb.

Syn. *Microdictyon* Dcne., *Pl. de l'Arab.*, p. 115.—Kg., l. c., p. 512.

Ordo II. — HALIMEDEÆ.

1596. Udotea sordida M., — *Lond. Journ. of Bot., decemb.* 1844, p. 659. — stipite vix ullo bulboso, mox in frondem cuneato-flabelliformem fusco-olivaceam sordidam obsolete zonatam dilatato.

Hab. Ad oras insularum Philippinensium : Cuming, n° 2233. — Kg., *Spec.*, p. 503.

1597. Penicillus Arbuscula M.,—*Prodr. Phyc.*, p. 14, et *V. P. S.*, p. 25, t. 14, f. 4. — stipite brevi, filis liberis, dichotomis articulatis

fastigiatis, diametro 1/4 millim. æquantibus, crusta mucilaginoso-calcarea, porosa obductis.

Hab. In littore insulæ Toud : d'Urville.

Syn. *Corallocephalus Arbuscula* Kg., l. c., p. 506.

Ordo III. — ACETABULARIEÆ.

LXXVII. RHIPIDOSIPHON M.

Frons viridis, stipitata, stipite continuo monosiphonio, mox plana, flabellari-expansa, antice fissa, basi cuneata, e tubulis contiguis, dichotomis anastomosantibus, materia granulosa sporacea refertis, crusta calcarea obductis conjunctisque constituta. — M., *Prodr. Phyc.*, p. 14, et *V. P. S.*, p. 22.

1598. Rhipidosiphon javensis M., — *V. P. S.*, p. 23, t. 7, f. 3. — Characteres iidem ac generis.

Hab. Ad Madreporam, in oris insulæ Leyden. Java : Hombron. — Kg., *Spec.*, p. 493.

Ordo IV. — CAULERPEÆ.

1599. Caulerpa mamillosa M., — *Prodr. Phyc.*, p. 13, et *V. P. S.*, p. 18, t. 6, f. 3. — surculo longissimo repente, frondibus erectis ramosissimis, ramis corymboso-fastigiatis, ramentis sessilibus, inferioribus mamillaribus obtusis 5fariam — superioribus ovatis mucronatis 6fariam imbricatis.

Hab. In oris insulæ Galega : Aug. Leduc; ad littora insulæ Manga-Reva : Hombron.

Syn. *Chauvinia mamillosa* Kg., *Spec.*, p. 498.

1600. C. corynephora M., — *Prodr. Phyc.*, p. 14, et *V. P. S.*, p. 15, t. 6, f. 2. — surculo repente crasso, frondibus elongatis erectis pinnatis, pinnis clavatis oppositis, basi, ob lineam transversalem pellucidam, specie articulatis.

Hab. Ad rupes insulæ Toud : d'Urville et Hombron. — Kg., l. c., p. 496.

1601. C. læte-virens M., — *Prodr. Phyc.*, p. 13, et *V. P. S.*, p. 16, t. 6, f. 1. — surculo repente crasso, frondibus erectis simpli-

cibus aut divisis, ramentis vesiculosis pistilliformibus amœne viridibus undique imbricatis.

Hab. Cum priori : d'Urville.

Syn. *Chauvinia læte-virens* Kg., l. c., p. 498.

1602. C. oligophylla M., — *Prodr. Phyc.*, l. c., et *V. P. S.* p. 14. — surculo repente longissimo diviso, frondibus erectis brevibus simplicibus, una alterave pinna instructis, pinnis suboppositis clavatis, impari cæteris longiori.

Hab. Cum priori : d'Urville et Hombron. — Kg., l. c., p. 496.

1603. C. Urvilliana M., — *V. P. S.*, p. 21. — surculo repente....., fronde erecta dichotoma, in ramentis membranaceis ovoideis mucronatis, contiguis, siccitate collapso-corrugatis, undique tuberculoso-inflata.

Hab. Ad insulam Toud : d'Urville.

Syn. *Chauvinia Urvilliana* Kg., l. c., p. 497.

1604. C. Webbiana M., — *De l'organis. et de la reprod. des Caulerpées, Comp. rend. Acad. des sc.*, 18 septembre 1837, et *Ann.*, 2, IX, p. 129, ubi observ. gener. et hujus speciei descriptio inveniuntur; item, *Canar.*, p. 178, t. 9, icon analytica. — surculo repente sessili, frondibus simplicibus bi-trifidisve, ramulis (ramentis Ag.) linearibus 4fariam aut spiraliter imbricatis patenti-erectis, apice dilatato palmato-lobatis, lobis obtusis mucronatis.

Hab. In portu Arrecifæ insulæ Lancerottæ : Webb.

Syn. *Chauvinia Webbiana* Kg., l. c., p. 499.

LXXVIII. HERPOCHÆTA M.

Frons filiformis, cylindrica, nuda, intus filis tenuissimis anastomosantibus spongiosa, viridis, dichotoma aut vage ramosa, ramis nunc æqualibus, nunc fastigiatis, e surculo repente seu rhizomate erecta. — M., *Ann.*, II, XX, p. 305.

1605. Herpochæta fastigiata M., — *Cent.* I, n° 16, et *Cuba*, p. 19, t. 2, f. 3, sub *Caulerpa*. — surculo repente frondibusque erectis, dichotomis filiformibus (crinalibus) fastigiatis, apice ramulosis, ramulis

brevioribus longioribusve obtusis subobpositis aut et subfasciculatis adscendentibus, axillis rotundatis.

Hab. In portu Havanensi, ad alias Algas, Polyparios et testarum fragmenta : Ramon de la Sagra. — Kg., l. c., p. 494.

† 1606. H. Requienii M. mss. : surculo horizontali inferne radices, superne frondes erectas teretes, virides, vage et irregulariter divisas, nudas, apice obtusas, axillis acutis, producente.

Hab. In mari Rubro : Hb. Requien. Hanc*e* speciem etiam legit ibidem cl. Figari, secundum specimen ab amicissimo De Notaris missum.

Desc. Surculus repens horizontalis, teres, pennam anserinam crassus, viridi-pallescens, inferne radices, superne frondes, eadem cum illo crassitudine gaudentes emittens. Radices pollicares et ultra, apice decolori in radicellas confertissimas capillares, arenam intrantes, divisæ. Frondes virides, erectæ, a basi post intervallum unciale, sæpe minus, subdichotome divisæ, ut rami vagi et etiam subfasciculati, ad apicem obtusum eamdem crassitudinem jam supra commemoratam servantes et ramentis prorsus nudatæ. Specimen nostrum altitudine 15 centim. metitur.

Obs. *Caulerpæ flagelliformi* Ag. (*Phyllerpa* Kg.), *C. filiformi* Hering subsimilis, a qua frondibus teretibus, nec foliaceis, nec basi plicato-annulatis, maxime recedit.

Ordo V. CONFERVEÆ.

LXXIX. CHLOROPTERIS M.

Frons confervacea, heterogenea, ramosissima, basi filis longissimis ramosisque stuposo-radicans. Rami in rachide anguloso-geniculata alterni, simplices, plumosi. Color herbaceo-viridis. — M., *Guy.*, p. 18.

1607. Chloropteris Leprieurii M., — *Guy.*, n° 39. — fronde pygmæa, stupa radicellarum intricata radicante, prolifero-ramosa ramisque alterne pinnatis, uno latere versis, e quoque geniculo angulato (*en zigzag*) egredientibus, articulatis; articulis filorum radicantium diametro 2plo-3plo — frondis primariæ ramorumque sesquilongioribus aut eumdem vix superantibus.

HAB. Ad rupes rivulorum *les Gémeaux*, cum *Ballia Leprieurii* : LEPRIEUR; *Coll.* n° 882.

1608. CLADOPHORA OXYCLADA M., — *Fl. Chil.*, VIII, p. 384, et *Fl. Bol.*, p. 5, sub *Conferva*. — cæspite basi stuposo, funiformi-ramoso, filis constituto setaceis siccitate nitentibus, radices implexos duplici origine emittentibus, ramosissimis, ramis vagis ramulisque strictis adscendentibus, subsecundis fasciculatis, supremis aculeiformibus; articulis cylindricis diametro (1/25 millim.) duplo triplove longioribus.

HAB. In littore sinus S. Blasii : ALC. D'ORBIGNY; Chilensi : CL. GAY.

SYN. *Conferva aculeata* M., *Sert. Patag.*, p. 4, t. 4, f. 1, non SUHR. — *Cladophora oxyclada* et *aculeata* KG., l. c., p. 419.

1609. C. PACIFICA M., — *Prodr. Phyc.*, p. 16, et *V. P. S.*, p. 7, t. 14, f. 2, sub *Conferva*. — cæspite funiculari-ramoso, e filis constante capillaceis, viridibus nitentibus, basi radiciformi-intricatis ramosissimis, ramis erectis, inferioribus simplicibus, hinc inde in fulcrum rectum uncinatumve mutatis, superioribus dichotomis, ramulis subsecundis acutis; articulis diametro subduplo longioribus, exsiccatione alternatim constrictis.

HAB. Ad oras insularum Auckland : D'URVILLE, HOMBRON. — KG., l. c., p. 419.

1610. C. ÆGICERAS M., — *Prodr. Phyc.*, p. 15, et *V. P. S.*, p. 9, t. 7, f. 2, sub *Conferva*. — repens; filis membranaceis tenuissimis, dichotomis, in cæspitem viridi-fuscum implicatis, ramulis lateralibus ceratoideo-recurvis; articulis fusco-punctatis diametro duplo-quadruplo longioribus.

HAB. Ad rupes insulæ Toud : D'URVILLE.

SYN. *Spongomorpha Ægiceras* KG., l. c., p. 418, et *Tabul. Phycol.*, Band IV, p. 16, t. 76, f. 1.

1611. C. ENORMIS M., — *Canar.*, p. 86, sub *Conferva*. — filis capillaribus, e centro radiantibus, cylindricis laxe dichotomis, in globulum pallide viridem intricatis, ramis irregularibus subfasciculatis, apice brevioribus; articulis obsoletis.

HAB. In littoribus Canariensibus : WEBB.

SYN. *Ægagropila enormis* KG., l. c., p. 416, et *Tabul. Phycol.*, Band IV, p. 15, t. 69, f. 2.

1621. C. OEDOGONIA M., — *Guy.*, n° 40. — flaccida, pallidè viridi-lutescens; filis membranaceis cylindraceis, arachnoideis, intricato-ramosissimis, ramis patenti-erectis, ramulis alterne subternatim secundis brevibus; articulis longitudine variis, diametrum bis aut duodecies et ultra superantibus, brevioribus fructiferis tumidis oblongis.

HAB. In puteis Hospitii nautici, apud Cayennam : LEPRIEUR, *Coll.* n° 826.

1622. C. POLYACANTHA M., — *Guy.*, n° 42. — cæspitosa, obscure viridis; filis biuncialibus rigidiusculis inferne subdichotomo-ramosis, ramis irregulariter ramulosis, ramulis longiusculis brevioribusque spiniformibus crebris intermixtis; articulis diametro 2plo-3plo longioribus.

HAB. Ad rupes æstu maris innudatas. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1101.

1623. C. DELICATULA M., — *Guy.*, n° 41. — cæspitosa, sordide virescens; filis tenuissimis laxe intricatis, virgato-ramosis, longe articulatis, iterum ramulosis, ramulis brevibus breviterque articulatis; articulis fili primarii et ramorum diametro 6plo-4plo—ramulorum vix duplo longioribus; geniculis paululum constrictis.

HAB. Cum priori : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1100.

1624. C. SPINIGERA M., — *Cent.* IV, n° 70, sub *Conferva*. — cæspitosa, parvula; filis capillaribus irregulariter di-trichotomis, ramulis ultimis spiniformibus, monogoniis, subsecundis; articulis variis, cylindricis aut ellipticis, diametro subquadruplo longioribus, materia viridi illinitis, geniculis vix pellucidis.

HAB. In littoribus, prope Montevideo : GAUDICHAUD.

1625. C. VIRIDI-FUSCA M., — *Cent.* I, n° 6, sub *Conferva*. — cæspite erecto unciali; filis tenuissimis intricatis, viridi-fuscis, ramosis, ramis paucis alternis elongatis; articulis inferioribus diametro subduplo longioribus, supremis brevioribus exsiccatione alternatim constrictis.

HAB. Ad littora Brasiliæ, prope Macahé : AUG. DE SAINT-HILAIRE.

SYN. *Hormotrichum viridi-fuscum* KG., *Spec.*, p. 382, dein *Conferva* EJUSD., *Tabul. Phycol.*, Band III, n° 1106, t. 47, f. 4.

† 1626. C. Sagræana M. mss. : minutissima, cæspitulosa, viridis, sub microscopio incolorata; filis a basi repente erectis intricatis, arachnoideis, parcissime ramosis, ramis simplicibus brevibus aut longissimis strictiusculis; articulis vel diametrum æquantibus subventricosis, vel 2plo-4plo superantibus cylindricis, fere semper tamen geniculis leniter constrictis, massa gonimica contracta lineari hyalina.

Hab. Ad radices arborum denudatas, in Cuba insula : Ramon de la Sagra.

Obs. Cæspitulus bimillimetrum altitudine superantes, ad speciem porracei. Fila autem ad microscopium visa hyalina apparent et diametro centimillimetrum plus minusve metiuntur.

1627. C. mammiformis M., — *Fl. Alg.*, p. 174, sub *Conferva.* — pulvinata, calce incrustata; filis erectis læte-viridibus hyalinisque centimillim. crassis ramosis, ramis brevibus longioribusque intermixtis, alternis, patenti-erectis, apice obtusis; articulis variis, diametro æqualibus vel 2plo-3plo longioribus.

Hab. In stillicidiis, ad rupes. Lugdunum : Ipse; prope Oran : Durieu.

Syn. *Vaucheria mammiformis* Balbis, *Fl. Lyon.*, III, p. 325.— *Chlorotylum mammiforme* Kg., l. c., p. 432, et *Tabul. Phycol.*, Band V, p. 12, n° 1499, t. 37, f. 2.

1628. Rhizoclonium bolbogenum M., — *Guy.*, n° 46. — cæspitosum, submarinum; filis e basi bulbosa radicantibus subsimplicibus, tenuissimis obscure olivaceis; articulis sesqui-triplo longioribus, ad genicula vix constrictis.

Hab. Rupibus maritimis in lacunis adhærens, apud Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 1092.

1629. Chætomorpha chlorotica M., — *Fl. Alg.*, p. 165, sub *Conferva.* — pallide viridis; filis membranaceis simplicibus, laxissime intricatis, flexuosis, longissimis, 1/5 millim. crassis; articulis quoad longitudinem variantibus, aliis diametro brevioribus, aliis eodem subduplo longioribus, geniculis leniter constrictis pellucidis.

Hab. In oris Algeriensibus : Bory. — Kg., *Spec.*, p. 377, et *Tabul. Phycol.*, Band III, p. 18, t. 54, f. 2.

1630. C. Picquotiana M., — *Cent.* VI, n° 60, sub *Conferva.* — simplex, longissima, crassa, rigida erecta, exsiccata variegata nitensque; articulis diametro 2plo-4plo longioribus, hic illic compressi.

Hab. In oris Labradorensibus maris septentrionalis : Lamarepicquot. — Kg., *Spec.*, p. 379, et *Tabul. Phycol.*, l. c., p. 19, t. 58, f. 2.

1631. C. pachynema M., — *Canar.*, p. 184, sub *Conferva.* — filis cæspitosis, simplicibus, cartilagineis, crassis, rigidis erectis, flexuosis, olivascentibus, apice hyalinis; articulis diametro æqualibus aut sesqui-longioribus, geniculis subcontractis.

Hab. In littore Canariensi : Webb. — Kg., *Spec.*, p. 379, et *Tabul. Phycol.*, l. c., t. 60, f. 1.

1632. C. coliformis M., — *Prodr. Phyc.*, p. 16, et *V. P. S.*, p. 5, sub *Conferva.* — filis simplicibus longissimis, crassis, rigidiusculis, exsiccatione longitrorsum plicatis; articulis variis, inferioribus diametro 5plo, cæteris sesqui-subtriplo longioribus cylindricis inflatisque.

Hab. Ad folia Zosteræ, in littore insulæ Toud : d'Urville. — Kg., *Spec.*, p. 380, et *Tabul. Phycol.*, l. c., p. 20, t. 62, f. 2.

1533. C. geniculata M., — *Guy.*, n° 45, sub *Conferva.* — filis simplicibus rigidiusculis, obscure viridibus, longis, laxe intricatis, flexuoso-crispatis, hinc inde geniculatis, geniculis plus minus patentibus; articulis diametro sesqui-duplo longioribus, raro æqualibus.

Hab. Apud Cayennam, in mari : Leprieur, *Coll.* n° 357.

Syn. *Conferva Linum* M., *Ann.*, 2, XIII, p. 199, non Linn.

† 1634. C. Blancheana M., — *in litt. ad celeb.* Kuetzing. — filis simplicibus capillaribus tortuosis fuscis, articulatis (1/5 millim. crassis); articulis diametro brevioribus (raro sublongioribus) aut æqualibus siccitate corrugatis vel alternatim constrictis.

Hab. In fossis, prope sylvulam Pinorum, ad Beyrouth : Blanche.

† 1635. Bangia dispersa M. mss. : linearis, oblonga, purpureo-miniata, primitus confervoidea, tum semimillim. longa, 1/50 millim. crassa, gonidiis integris transversim parallelogrammis uniserialibus farcta, tandem gonidiorum multiplicatione per deduplicationem seu tmesin plana, duplo-triplo longior; gonidiis diametro majori 15 millimillim metientibus, transversim longitrorsumve deduplicatis.

Hab. Individua in laminam cuneiformem *Grateloupiæ cuneifoliæ* sparsa vel ex eadem basi plura enata. Insula Martinica : Bélanger, n° 896.

Obs. A *Bangiis atro-purpurea* et *atro-fusca* affinibus, forma, dispositione gonidiorum aliisque notis satis recedere videtur.

†1636. Ulothrix vichiensis Haime et Petit, — *De la matière organique des eaux minérales de Vichy*, in-8°. Paris, 1855. — saturate viridis, demum decoloranti-lutescens ; filis cylindricis, in vivo mobilibus, fragilibus, hinc plus minus longis, diametro 0^{mm},0070 ad 0^{mm},0080 æquantibus; articulis transverse parallelogrammis, specie saltem, cum revera disciformes sunt, secundum ætatem vel diametrum subæquantibus vel eodem plus duplo brevioribus; geniculis haud contractis, linea diaphana conspicua aut obsoleta interjecta; nucleo gonimico initio integro, mox granuloso, tandem libero, in quatuor opseospermata cruciatim diviso. Nobis.

Hab. In thermis Vichiensibus, ubi a cl. Petit, in consortio *Naviculæ vichiensis* infra descriptæ observata, et a cl. Haime determinata fuit. Hancce Algam mihi impertivit consocius Expeditionis ægyptiæ celeberrimus Jomard.

Obs. Hæc species, ut jam prænuntiaverat cl. Haime, affinis est *Ulothrici oscillatorinæ* Kuetz., a qua non solum loco natali, sed etiam nucleorum forma et magnitudine recedere videtur.

Animadversiones nonnullas a doctore Petit, dum viveret alga, factas mecumque in litteris communicatas huc transcribere juvat :

« Quant à l'*Ulothrix*, sur laquelle vous me demandez de nouveaux » renseignements, je vous répète qu'il ne manque à ce que vous avez » pu voir à Paris, que les mouvements spontanés. Ces mouvements, » rapides ou lents, consistent soit dans un allongement, soit dans un » mouvement en sens inverse, comme si la plante marchait à recu- » lons. On voit alors l'extrémité du filament vert, qui est toujours » arrondie, jamais aiguë, s'agiter par des mouvements latéraux, qui, » quelquefois brusques et saccadés, sont d'autres fois tellement éten- » dus que l'extrémité de la tige parcourt un quart de cercle, comme » si l'aiguille d'une pendule tombait brusquement de midi à neuf » heures ou à trois heures. On voit ainsi ces tiges (filaments) vertes » s'agiter, se croiser quelquefois en tous sens, et parfois traverser le » champ d'observation de manière à disparaître complétement à la » vue. J'ajouterai que les cloisons sont plus ou moins dessinées, ce qui » tient sans doute au degré de développement de l'Algue. »

Vichy, 9 septembre 1855. Ch. Petit.

1637. U. FUSCA M., — *in* Kg., *Tab. Phyc.* — filis arachnoideis simplicibus intricatis, lutosis vel fuscidulis, 0mm,0070 crassis, articulatis, æqualibus; articulis diametro subduplo longioribus, nucleo exsiccato ampullæformi.

HAB. In fossis, prope sylvulam Pinorum, apud Beyrouth : BLANCHE. — Kg., *Tabul. Phycol.*, Band II, n° 924, t. 97, V. — Vix Alga nostra.

1638. OEDOGONIUM DIDYMOSPORUM M., — *Guy.*, n° 47. — filis crystallinis simplicibus tenuissimis, intricatis articulatis; articulis diametro 3plo-5plo longioribus; sporis didymis.

HAB. In aquis pigris fossarum, ad vias. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1094.

LXXX. COMPSOPOGON M.

Frons filiformis, ramosa, rarius subsimplex, intus septis tenerrimis evanidis articulata, e pluribus cellularum stratis constans. Cellulæ interiores autem maximæ, vesiculoso-inflatæ, hyalinæ, corticales vero monogonomicæ, in parenchymate continuo contextæ. Articuli aut inconspicui aut ad genicula constricti. Fructus : sporæ continuæ in verrucas corticales aggregatæ, cellulis peripheriçis matricalibus innatæ, mox liberæ. — M., *Fl. Alg.*, p. 154, et *Ann.*, 4, XIV, p. 298. — *Campsopogon* Kg., errore typographico.

1639. COMPSOPOGON CÆRULEUS M., — *Fl. Alg.*, p. 154. — fronde setacea, cærulea, longissima, ramosa et ramosissima, ramis axilla rotundata patentibus, dichotomis attenuatis, articulato-constrictis; articulis diametrum subæquantibus aut dein brevioribus.

HAB. In Portoricco : BERTERO; apud La Calle, in rivulis : DURIEU. — Kg., *Spec.*, p. 432.

SYN. *Conferva cærulea* BALBIS, *in sched.*, et C. AG., *Syst. Alg.*, p. 122. — Genere incerta.

1640. C. LEPTOCLADOS M., — *Guy.*, n° 32. — cæspitosus, griseo-fuscescens, in vivo cæruleo-glaucus; fronde primaria elongata, setacea, virgato-ramosa, lanceolata, ramis ramulisque brevibus confertis,

alternis erecto-patentibus arachnoideis ; articulis diametro brevioribus aut æqualibus.

Hab. In aquis dulcibus profluentibus. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1098.

1641. C. subsimplex M., — l. c., n° 34. — obscure violaceus ; fronde subsimplici setacea, flexuosa, passim inflato-incrassata, verrucosa, obsolete articulata, e verrucis prolifera ; sporis e globoso ovoideis oblongis lilacinis, in verrucas sparsas conglomeratis.

Hab. Ad rupes maritimas æstu decedente nudatas et tum aqua dulci irriguas, prope Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 830.

1642. C. Hookeri M., — *Fl. Alg.*, p. 156. — fronde (livida) primaria mediocri, ramis dichotomis rectangule patentibus, segmentis dichotomiarum patentissimis.

Hab. In aquis Indiæ orientalis. Madras : Hb. Hooker. — Kg., *Spec.*, p. 432.

Syn. *Enteromorpha livida* Hook., mss. et Berkeley.

Ordo VI. — ZYGNEMEÆ.

LXXXI. THWAITESIA M.

Fila flexuosa, primo viridia, dein fuscescentia, in mediis articulis sese copulantia. Endochromatis cujusque gonidia in stellam singulam disposita, transfusione peracta sporam initio continuam, tandem cruciatim quadridivisam constituentia. Algæ aquæ dulcis. — M., *Compt. rend. de l'Acad. des sciences*, oct. 1845, et *Fl. Alg.*, p. 175.

1643. Thwaitesia Duriæi M., — l. c., t. 15, f. 1. — Characteres iidem ac generis.

Hab. In paludosis Algeriæ, prope La Calle : Durieu ; in paludosis circa Melodunum, Aprili 1855 : Roussel. — Kg., *Spec.*, p. 448, et *Tabul. Phycol.*, Band V, p. 6, t. 18, f. 2.

1644. Spirogyra ovigera M., — *Guy.*, n° 48. — filis flexuosis obscure viridibus ; articulis diametro sesqui-sextuplo longioribus, spiris ternis densis ; sporis ovoideo-ellipsoideis.

1637. U. FUSCA M., — *in* Kg., *Tab. Phyc.* — filis arachnoideis simplicibus intricatis, lutosis vel fuscidulis, 0mm,0070 crassis, articulatis, æqualibus; articulis diametro subduplo longioribus, nucleo exsiccato ampullæformi.

HAB. In fossis, prope sylvulam Pinorum, apud Beyrouth : BLANCHE. — Kg., *Tabul. Phycol.*, Band II, n° 924, t. 97, V. — Vix Alga nostra.

1638. OEDOGONIUM DIDYMOSPORUM M., — *Guy.*, n° 47. — filis crystallinis simplicibus tenuissimis, intricatis articulatis; articulis diametro 3plo-5plo longioribus; sporis didymis.

HAB. In aquis pigris fossarum, ad vias. Cayenna : LEPRIEUR, *Coll.* n° 1094.

LXXX. COMPSOPOGON M.

Frons filiformis, ramosa, rarius subsimplex, intus septis tenerrimis evanidis articulata, e pluribus cellularum stratis constans. Cellulæ interiores autem maximæ, vesiculoso-inflatæ, hyalinæ, corticales vero monogonomicæ, in parenchymate continuo contextæ. Articuli aut inconspicui aut ad genicula constricti. Fructus : sporæ continuæ in verrucas corticales aggregatæ, cellulis peripheriçis matricalibus innatæ, mox liberæ. — M., *Fl. Alg.*, p. 154, et *Ann.*, 4, XIV, p. 298. — *Campsopogon* Kg., errore typographico.

1639. COMPSOPOGON CÆRULEUS M., — *Fl. Alg.*, p. 154. — fronde setacea, cærulea, longissima, ramosa et ramosissima, ramis axilla rotundata patentibus, dichotomis attenuatis, articulato-constrictis; articulis diametrum subæquantibus aut dein brevioribus.

HAB. In Portoricco : BERTERO; apud La Calle, in rivulis : DURIEU. — Kg., *Spec.*, p. 432.

SYN. *Conferva cærulea* BALBIS, *in sched.*, et C. AG., *Syst. Alg.*, p. 122. — Genere incerta.

1640. C. LEPTOCLADOS M., — *Guy.*, n° 32. — cæspitosus, grisco-fuscescens, in vivo cæruleo-glaucus; fronde primaria elongata, setacea, virgato-ramosa, lanceolata, ramis ramulisque brevibus confertis,

alternis erecto-patentibus arachnoideis ; articulis diametro brevioribus aut æqualibus.

Hab. In aquis dulcibus profluentibus. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 1098.

1641. C. subsimplex M., — l. c., n° 34. — obscure violaceus ; fronde subsimplici setacea, flexuosa, passim inflato-incrassata, verrucosa, obsolete articulata, e verrucis prolifera ; sporis e globoso ovoideis oblongis lilacinis, in verrucas sparsas conglomeratis.

Hab. Ad rupes maritimas æstu decedente nudatas et tum aqua dulci irriguas, prope Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 830.

1642. C. Hookeri M., — *Fl. Alg.*, p. 156. — fronde (livida) primaria mediocri, ramis dichotomis rectangule patentibus, segmentis dichotomiarum patentissimis.

Hab. In aquis Indiæ orientalis. Madras : Hb. Hooker. — Kg., *Spec.*, p. 432.

Syn. *Enteromorpha livida* Hook., mss. et Berkeley.

Ordo VI. — ZYGNEMEÆ.

LXXXI. THWAITESIA M.

Fila flexuosa, primo viridia, dein fuscescentia, in mediis articulis sese copulantia. Endochromatis cujusque gonidia in stellam singulam disposita, transfusione peracta sporam initio continuam, tandem cruciatim quadridivisam constituentia. Algæ aquæ dulcis. — M., *Compt. rend. de l'Acad. des sciences*, oct. 1845, et *Fl. Alg.*, p. 175.

1643. Thwaitesia Duriæi M., — l. c., t. 15, f. 1. — Characteres iidem ac generis.

Hab. In paludosis Algeriæ, prope La Calle : Durieu ; in paludosis circa Melodunum, Aprili 1855 : Roussel. — Kg., *Spec.*, p. 448, et *Tabul. Phycol.*, Band V, p. 6, t. 18, f. 2.

1644. Spirogyra ovigera M., — *Guy.*, n° 48. — filis flexuosis obscure viridibus ; articulis diametro sesqui-sextuplo longioribus, spiris ternis densis ; sporis ovoideo-ellipsoideis.

Hab. In rivulis per imbres crescentibus, apud Cayennam : Leprieur, *Coll.* n^os^ 821, 1094 et 1095.

† 1645. Rhyncbonema Fiorinïæ M. mss. : filis intricatissimis viridibus, diametro 0^mm^,025 ad 0^mm^,03 æquantibus, vix geniculato-flexuosis nec unquam copulatis; cellulis haud replicatis; fasciis spiralibus.....; articulis diametro 3plo-4plo longioribus, fertilibus inflatis; sporis ellipticis perispermio hyalino inclusis, mox liberatis, luteo-rufiis.

Hab. Ad rupes stillicidio irroratas in Terracina (*Angur*). Egregia Comitissa Elisabeth Fiorini-Mazzanti, quæ olim libellum de Bryologia romana scripsit, cujus celeb. noster Adr. de Jussieu merita laudare dignatus est (*Arch. de Bot.*, tom. 1, p. 84) invenit hanc speciem ut videtur legitimam, ut ut dispositio spirarum adhuc ignota sit, mecumque communicavit.

Obs. Filorum longitudo absoluta, vix determinanda. Projectura geniculorum manifesta, sed articuli a linea recta parum deflectentes. Sporæ magnæ, maturæ rufo-luteæ, ellipticæ, 5 centimill. et quod excedit longæ, 3 centimillim. crassæ, cito liberatæ. Cum solo *R. vesicato* (Hass.) Kg. affinitatem quamdam offert, cellulis vero fine haud replicatis simul et statione diversa ab eo distat hæc nostra species.

Ordo. VII. — OSCILLARIEÆ.

1646. Phormidium guyanense M., — *Guy*, n° 57. — strato membranaceo obscure olivaceo, ambitu cærulescente; filis flexuosis tenuissimis, 4 millimillim. crassis, apice obtusis; articulis vix conspicuis, apicalibus diametrum subæquantibus, vagina hyalina achroa sursum undulata.

Hab. Fundo limoso rivulorum adhærens. Cayenna : Leprieur, *Coll.* n° 819.

1647. Microcoleus Corium M.,—*in* Castag., *Catal. Pl. Mars. Suppl.*, p. 113. — primum fluitans, dein stratum crassum, pannosum, coriaceum, saturate viride efformans; vaginis hyalinis, rugulosis, subsimplicibus, centimillim. crassis, utrinque attenuatis, interdum altero fine divisis; filis inclusis numerosis, implicatis, 5 millimillim. crassis, æruginosis, articulatis, cylindricis aut ad genicula subconstrictis, intus tenuissime granulosis; articulis diametro æqualibus aut duplo longioribus.

Hab. In salinis, prope Berram, in Gallia australi : Castagne.

1648. CALOTHRIX INDICA M., — *Cent.* VI, n° 73. — filis erectis rigidis, luteo-olivaceis, in fasciculos aculeiformes coadunatis; articulis plus 4plo brevioribus; vagina laxa, pellucida, apice sæpe attenuata.

HAB. In foliis *Scepæ*, ad Assam Indiæ orientalis : HB. BERKELEY.

1649. LYNGBYA ANGUINA M., — *Prodr. Phyc.*, p. 16, et *V. P. S.*, p. 3. — filis porraceis, flexuoso-implexis, longis, in cæspitem crispatum aggregatis.

HAB. In algis majoribus, ad insulam Toud : D'URVILLE. — KG., l. c., p. 234, et *Tabul. Phycol.*, *Band* I, t. 90, f. 6.

1650. L. MAURITANICA M., — *Fl. Alg.*, p. 179. — cæspite lubrico obscure brunneo; filis simplicibus longissimis, crassissimis, crispis, exsiccatione olivaceo-griseis, endochromate diametro (3 centimillim.) tubi interioris 6plo breviore, tubo exteriore laxo hyalino.

HAB. Apud Philippeville et Stora : BORY. — KG., *Spec.*, p. 284, et *Tabul. Phycol.*, l. c., t. 90, f. 4.

1651. L. PUTEALIS M., — *Cent.* II, n° 7, et *Guy.*, n° 53. — filis e viridi cærulescentibus strictis, in cæspitem palmarem violaceum implicatis.

HAB. In puteis urbis Cayennæ : LEPRIEUR, *Coll.* n° 352.—KG., *Spec.*, p. 280, et *Tabul. Phycol.*, l. c., t. 86, f. 6.

1652. L. PRASINA M., — *in* KG., *Spec.*, p. 284. — læte viridis; filis 4 centimillim. cum vagina crassis, flaccidis, internis subcontinuis, minute granulatis; articulis obsoletis confluentibus; vaginis amplioribus laxis, hyalinis.

HAB. Sandal-Bay : LE GUILLOU. — KG., l. c., et *Tabul. Phycol.*, l. c., t. 90, f. 7.

1653. L. CANTHARIDOSMA M., — *Canar.*, p. 188. — filis tenuibus, simplicibus, elongatis, in cæspitem aggregatis intense viridem, siccum madidumve fœtidum, chartam, qua extenditur, ad ambitum colore violaceo inficientem.

HAB. Ad littora Canariensia : DESPRÉAUX.

1654. LEIBLINIA CÆRULEA M., — *Guy.*, n° 54. — cæspitosa; filis tenuissimis uncialibus et ultra, e glauco-viridi cærulescentibus, bre-

viter articulatis et transversim punctatis; vaginis achroïs, basi asperorugosis, summo apice flaccido vacuis; sporis globosis aggregatis.

Hab. Ad rupes maritimas, apud Cayennam : Leprieur, *Coll.* n° 820.

1655. Symphyosiphon Thelephoroides M., — *Ann.*, 2, XII, p. 45, sub *Scytonema*. — sericeum; filis dichotomis flexuosis, spiraliter contortis, fusco-hepaticis viridibusque, apice attenuatis, acutis, fastigiatis, in stratum pannosum semiorbiculare variegatum basi affixum laxe intertextis.

Hab. In Brasilia : Aug. de Saint-Hilaire. — Kg., *Tabul. Phycol.*, *Band* II, t. 44, f. 3.

